



00106030

PSALMI

ANNOTATIONE PERPETUA

ILLUSTRATI

AB

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERO

THEOL. DOCT. ET LINGG. OO. IN ACADEM. LIPS. P. O.

VOLUMEN TERTIUM.

EDITIO SECUNDA EMENDATIO ET AUCTION.

L I P S I A E

SUMTIBUS IOH. AMBROS. BARTHII

Digitized with financial assistance from

M D C C C X X I I I

Shri Brihad Bhartiya Samaj

on 20 February, 2020

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERI

THEOL. DOCT. ET LINGG. GR. IN ACADEM. LIBS. P. O.

SCHOLIA

IN

VETUS TESTAMENTUM

10603

ac

PARTIS QUARTAE

PSALMOS CONTINENTIS

VOLUMEN TERTIUM.

MXCI

EDITIO SECUNDA EMENDATIO ET AUCTION.

L I P S I A E

SUMPTIBUS IOH. AMBROS. BARTHII


M D C C C X X I I I .

God

221

Ros/sch

106050



PSALMUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Aperditissimis et fallacissimis hominibus, quos inter primos amicos habuerat, se in summam angustiam adductum queritur; optat sibi addi alas, ut in remotissimas terras possit aufugere, et in aliquod desertum se recipere, ubi tutus sit ab hostibus. Dein rogat Deum, ut turbet hostium consilia, simul illorum mores et factionem describens. In quendam praesertim, cum quo fuisse ipsi antea arctissima necessitudo, invehitur (Vs. 13. 14. 15.); queriturque se ab eo injuriam pati, quo ductore usus sit, quicum consilia suaviter contulerit, unaque aedem Dei frequentarit, illi, totique factioni subitam mortem imprecatur, affirmatque numquam cessaturum Deum precari, donec fuerit liberatus, hostes vero eversti, quemadmodum certo sperat, et futurum praedicit. Rursus fallum ac fucatum illum amicum perstringit, et perfidiae accusat.

Denique pro epilogo se suosque hortatur, suas omnes curas in Deum exonerent, certoque praedicat hostes perituros, neque medium vitae tempus expleturos.

Chaldaeae paraphrasis Psalmum hunc interpretatur de conjuratione Absalom, quod Kimchio quoque aliisque Hebraeorum magistris placuit, qui existimant Davidem hoc carmen edidisse, quum, audita Absalom filij scelerata adversus ipsum conspiratione Hierosolymis excessisset, et ascendenti per clivum Oliveti montis, omnibus circa eum illacrymantibus renunciatum fuisset, Achitophelem quoque inter conjuratos apud Absalomum esse; quo vix aliud tristius illi in hac calamitate accidit. Quam historiam vide 2 Sam. XV., cui et nos hunc Psalmum apte accommodari posse existimamus. Obvertit quidem H. E. G. PAULUS, cui DE WETTO ad stipulatus est, tempori supra indicato adversari Versum nonum, quo poeta se una cum hostibus in eadem urbe versantem describit. Sed nihil obstat, quo minus Psalmum interpretemur de eo tempore, quod praecessit proximo tempore id, quo gliscente seditione Absalonica de fuga jam ab urbe, et regia deserenda, cogitabat David. Alii ad illud discrimen carmen referunt, in quo erat David, quum oraculo didicisset, Saulum, ut ipsum in urbe Ceila comprehenderet, advenire. et cives Ceilae se Saulc tradi.

tradituros, quos tamen Philisthaeorum obsidione, magno suo periculo liberaverat. Ceilae tamen minus conveniunt, quae sunt in Psalmo, quum cives illius urbis non malitia, sed metu fecissent, quae fecerunt.

2. *הַאֲזִינָה אֱלֹהִים הַפְּלִי הִי* *Audi, Deus, precationem meam*, promte, benevole et cum effectu, i. e. exaudi; ne denega mihi, aequum et rectum roganti; ut Pf. LIV, 4. — *וְאַל-תְּחַלְּם מִתְּחַבְּתִי* *Et ne occultes te a deprecatione mea*; hoc est, ne averferis preces meas, ne me supplicentem resagias. „Latet in hoc verbo *עָלַם*, *occultus fuit*, et in Hithpael, *occultavit se ipsum*, anthropopathia, deducta ab amico vel patre suo; qui praevidens ab homine egeno et ad incitas redacto se implorandum; non patitur se reperiri, sed sua quaerit subterfugia. Hoc modo verbum *הַפְּלִי* tribuitur homini ignavo, inofficioso aut inimico, qui bovem vel agnum alterius errantem videns, *abscondit* se ab iis; i. e. simulat, se illa non videre, deseritque; Deuter. XXII, 1. 3. 4. Sic de immiserico corde, ab esuriente ac nudo se occultantē, Jel. LVIII, 7.“
GRIER.

3. *הַקְשִׁיבָה לִי וְעֲנֵנִי* *Attende et responde mihi*, opem ferendo. De verbo *הַקְשִׁיב* vid. not. ad Pf. V, 3. — *אֲרָרִי בְּשִׂיחִי וְאֲהִימָה* *Plango in sollicitudine mea et persstrepo*, Longe aliter N. G. SCHRÖEDERUS in *Observatt. ad Origg. Hebr.* Cap. I. p. 14. nostra verba convertit: *evagabor in exspatiatione mea, et aestu vertiginoso circumagor*. Verbo *רָרִי* tribuit significationem Arabici *رَأَى*, quod quum de pecore dicatur, ob graviolem famem per late patentem campos *discurrente* et *pabulum anxie quaerente*, hoc loco *vagationem* illi notare videtur *effusorem*, quae animum arguit vehementius turbatum;

qui vividius adhuc pingatur verbo פָּתַח , ex Arabico فَتَح illustrando, quod adhibetur de pecore, ob vehementissimam *stim*, imo et *morbum*, inde contractum, *aestuante*, et cum *vertigine*, attoniti instar, *palante*. Nomen פָּתַח vero Schroederus post A. SCHULTENSIIUM in *Commentar. ad Proverbia* VI, 22. p. 53. a verbo arabico

طَلَس (pro سَبَّح), huc illuc obiit per terram, *spatiatus est*, interpretatur *exspatiationem*, quod transferatur tum ad *animum*, quando in rem quandam profundiore meditatione se immittit, et quasi *exspatiatur*, tum ad *sermonem*, quo quis vel differendo, vel precando, vel conquerendo, longius *provehitur*, et per ampla quasi *spatia decurrit*. Et hoc quidem loco *exspatiationem* et *animi et oris exiliimat* intelligendam, qua Psaltes, anxiiis curis distractus, in querulam orationem excursurus erat. Alio modo I. D. MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx.* p. 2242. convertit: *vagor querulus et dolens, ac deserta pererro*, ex significationibus verborum arabicorum, quas antea iudicavimus. Quum tamen incertum sit, Arabici verbi significatio num apud Hebraeos quoque in usu fuerit, mihi tutius omnino videtur, *plangendi lugendique* significatum retinere, quem verbo נָחַח in conjugatione Hipbil obtinere dicunt Hebraeorum magistri. Aben-Esra נָחַח , *clamo*, Jarchi נָחַח , *lugeo*, interpretatur. Sic et Kimchi declarat per נָחַח וְנָחַח, *dolorem aut ejulatum*. *Plangendi* significatum confirmat etiam nomen deductum נָחַח , *p'lactus*, Thren. I, 7. Nomen נָחַח vero de *tristi meditatione* manifeste dicitur i Sam. I, 18, ubi cum נָחַח , *aegritudine animi*; jungitur; nec non de *tristitia* in verba erumpente, *querela*, Proverb. XXIII, 29. Job. VII, 13. IX, 27. XI, 1. XXIII, 2. Alexandrinus: $\text{ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου}$, *contristatus sum in meditatione mea*. Chaldaeus: ܢܚܚܢ ܕܢܚܚܢ , *murmuro in verbis meis*, id est, querula voce utor in precibus meis.

Verbum מְהִימָה Alexandrinus ἐταράχθη, *conturbatus sum*, Chaldaeus אַרְגוּשׁ, *tumultuor. perstrepo*, reddidit. In Niphal significat *conturbari, perstrepere*, fragore quodam confuso et perturbato; quomodo solum perstrepebat, Israelitis, ob arcae adventum vociferantibus, 1. Sam. IV, 5., item quomodo urbs Bethlehem personabat ex rumore advenientis Naëmi, Ruth I, 19., item Hierosolyma. ducto Salomone in regem, 1 Reg. I, 4. 5. In Hiphil praeter hunc locum semel adhuc habetur Mich. II, 12. מְהִימָה *Perstrepent urbes prae hominum multitudine.* Apte. vero vates hisce verbis declarat inconditas voces et ululatus, vi summi doloris ipsi expressos, in quos erumpere pro praescorum hominum simplicitate nec heroibus dedecori erat. Vide exempli causa Iliad. I, 348, XVIII, 22. seqq.

4. מְהִימָה אֵינִי *Ob vocem inimici me plangentem audi;* dependent enim haec a verbis versiculi prioris hoc modo: *plango et perstrepo propter vocem*, et quae sequuntur. Intelligit vero voces bestium comminantes, consultantes, insultantes, imo jamjam triumphantes. מְהִימָה אֵינִי *A facie propter pressuram improbi, propter injurias, quibus me afficiunt improbi mei adversarii; ut instar procumbentis, a plastro onullo supergrediente collisi, aut instar bajuli gravi onere depressi, misere mihi sit pereundum.* Sic enim verbum מְהִימָה *nsarpatur de premente plastro* Amos II, 13., et nomen מְהִימָה *de onere humeros aggravante* Ps. LXVI, 11.; praeterea non extat. מְהִימָה אֵינִי *Nam declinare faciunt super me iniquitatem,* id est dolosa adversus me condunt consilia, iniquissimis me undique obruunt calumniis ac injuriis plenos quasi miseriarum indignissimarum gurgites in me derivant. Alii haec verba ita capiunt: *injustitiae me apud populum damnant, atque in invidiam vocant, Absalom scilicet, et qui ab ejus partibus stant.* Hac arte usus legitur Absalom; quo sibi populi studia conciliaret, *et furaretur*, ut est 2 Sam. XV, 6., *cor virorum Israelis.* Per singulos dies mane abud viam mortae regiae adstabat, ac

si quis juris petendi causa Regem adiisset, comiter appellato interrogatoque de causa, bonum et aequum habere aiebat, sed qui eum audiret, a Rege quidem esse neminem. *בְּאַף יִשְׁמַנּוּ* *Et in ira odio me persequuntur*, ira accēsi maligno in me animo sunt, et cum mihi nocere, meque laedere cupiunt, occasionem opportunitatemque nocendi observant. Verbum *שָׂמַן* ut sono, ita significatu convenit cum *שָׂא*, odio habuit, averfatus fuit, reperiturque de Esavo, Jacobum averfante; Genes. XXVII, 41., de Josepho, cujus indignationem metuebant fratres, Cap. L, 15., de sagittariis, Josephum infestantibus, XLIX, 23., de Deo in crudelem se vertente, Job. XVI, 9; XXX, 21., et denique b. I. Alexandrinus *ἐνεόρου μοι*, indignabantur mihi, reddidit; Vulgatus vero: *et in ira molesti erant mihi*, quasi in Graeco legisset *ἐνεόρου*. Alius interpres vertit: *ἐμνησινάου*, memoriam offensionis retinebant. Symmachus: *ἐναντιώθησαν μοι*, adversati sunt mihi. Chaldaeus: *יִנְשָׁרוּ*, reconduunt mihi odium. Haud male Campanis sensum expressit hoc modo: *irati insurgere adversum me conabantur*.

5. *לִבִּי יָחַל בְּקִרְבִּי* *Cor meum contremiscit in medio mei*. Verbum *יָחַל* proprie de doloribus parturientium dicitur, vid. Ies. XXVI, 17., LXVI, 5. 7., hinc ad quosvis alios refertur dolores, pavorem sibi junctum habentes, veluti Sauli, a sagittariis sibi metuentis, clade jam praesente, 1 Sam. XXXI, 3., 1 Par. X, 3., terrae, Dei adventum extimescentis, Ps. XCVII, 4., populorum, Joel. II, 6. — *וַיִּמְוָה מִוֶּתֶת בְּפָלֵי עָלַי* *Et formidines mortis ceciderunt super me*, praesentissimae mortis terroribus percellor, mors instar spectri ante oculos jam mihi observatur. Quod quidam eo referunt, quod sciret vates, Achitophelem sibi necem minitari; cf. 2 Sam. XVII, 2. Verbo *בָּפַל* *cecidit*, utitur, ut significet, de improvise et derepente formidinem in se irruere, nam repentina mala timorem augment, et sic ab animo lucem consilii auferunt, ut tenebrae ab oculis videndi facultatem, ita ut rigore quo-

quodam stupidum hominem reddant. Itaque Moles quum dixisset in Cantico Exod. XV, 16. מפל עליהם אימה ופחד. *Irruat super eos formido et pavor*, deinde effectum formidinis hujus repentini addidit hisce verbis: וידמו כאבן, *fiant immobiles quasi lapis*. Metu enim obtupescens, inquit Pfalter, ac percussus, quid agam, quo me vertam, non habeo.

6. יראה ורעד יבא בי והכסני פלצות. *Timor tremorque mihi supervenit, et operuit me terror*, horror me totum occupat et perfundit. Verbum פלץ, quod nec apud Arabes nec apud Syros reperitur; Job. IX, 6. de columnis valde commotis atque tremulis usurpatur, unde nomen פלצות, quod praeter hunc locum ter adhuc occurrit, Job. XXI, 6., Jesh. XXI, 4., et Ezech. VII, 18., *trepidationem*, cum quis prae metu omnibus artubus contremiscit, videtur significare. Hinc Chaldaeus Job. XXI, 6. hocce nomen reddidit רהיחא, *tremor*. Nostro loco Hebraeum פלצות in Chaldaea paraphrasi תבירא, *contritio*, translationem reperitur, cui et alias (veluti Jerem. IV, 6. Thren. III, 47.) רהיחא jungi solet.

7. ואמר מי-יתן לי אבר בלצנה. *Dixi apud me, cogitavi; quis dabit mihi, i. e. utinam haberem pennas instar columbae*, ut possim avolare in locum, quo non queant me assequi hostes. *Pennas columbae optat*, quoniam ejus avis volatus perniciosissimus esse traditur. Ita PRINIUS *Hist. Nat. L. X. Cap. 36.* columbas dicit *soluto volatu esse accipitre in multum velociores*. Plura vide in BOCHARTI *Hieroz. P. II. L. I. Cap. I.* (Tom. II. p. 541. seq. ed. Lips.). *Quis dabit, h. e. utinam haberem!* sic namque exprimere solent Hebraei Optativum, ut Exod. XVI, 3. *Quis dabit nos mori in Aegypto*, h. e. utinam mortui fuissetus in Aegypto! Vid. etiam Num. XI, 29. Deut. V, 29. XXVIII, 67. — אצנפה ואשכנה *Avolabo et habitabo*, hoc est, avolarem, ubi securus habitare possem. Opponitur constans in certo loco commoratio tot periculosis variisque Davidis vagationibus,

bus, urgentibus hostium infidiis. Hoc modo verbum שָׁכַן, *habitavit*, nuda positum, significatione *subsistendi* vel *commorandi in uno loco*, occurrit etiam Nah. III, 18. *Magnas tui שָׁכַנְתָּ subsistent.*

8. הִנֵּה אֲרַחֵיק נָדַד *En elongabo fugere*, i. e. longissime fugerem. Prius verbum, אֲרַחֵיק, adverbialicit, ut Pf. X, 18. יוֹסִיף לְעַרְץ *addat conderere*; Pf. XXXIII, 3. et XLI, 9, ubi not. vid. אֲלֵיךְ בְּסוּדָר *Pernoctarem in deserto*, abderem me in aliquod desertum. Id quod et fecit paulo post in Absalonico periculo, fugiens ab urbe trans Jordanem in deserta loca ibi. Alii exaggerari putant his verbis miseriae prementis acerbiteratem, quod non tam aegre laturus esset formidabilem noctis (nam לַיִן est *pernoctare*) in deserto solitario horrorem, quam lucem diurnam inter tot adversarios, et quidem in urbe et locis cultis.

9. לִי מִרְחַב סֶעָה מִצֶּעַר *Accelerabo evasione* mihi propter ventum currentem, propter turbine arriperem fugam celeriter, qua effugerem ventorum et tempellatum procellas istas, quibus significari patet feditiones concursus, hostiumque furorem et impetum, qui est instar venti procellosi omnia disjicientis atque evertentis. Vocabulum סֶעָה Kimchio est Participium femininum speciei Cal verbi סָעָה, cui significationem verbi נָסַע, *profectus est*, ex conjectura assignat explicatque רִיחַ מִצֶּעַר מִתְעוֹרָרָה, *ventus a turbine excitatus*. Eodem modo Chaldaeus interpres vocabulum istud videtur accepisse, vertit enim: וְעָפָה בְּטֵלָה מִצֵּעֵי הָאָרֶץ *a ventis proficiscente e tempestate*. Jarchius vocem סֶעָה putat explicandam esse ex significatione speciei Hiphil verbi נָסַע, *proficisci fecit, transtulit, amovit*, quali ea voce significetur ventus procellifus, qui arbores eradicet. Quod et J. D. MICHAELI placuit in *Supplem.* p. 1649. Graeco Alexandrino interpreti סֶעָה רִיחַ est ὀλιγόπιστος, et hinc Vulgato *pusillanimitas spiritus*; forsitan ex Arabico سعي, quod est *moestum*,

moestum, sollicitum esse. Hiscæ conjecturis certiora dedit A. SCHULTENSIVS in *Animadverss. Philologg.* ad h. l. Arabicum شعي, inquit, „a Lexicographis exponitur *incedere, proficisci*, et جري, *currere*, quomodo a ذهب non multum discedit. Inde expcno: *ventus currens*. Venti saepe *currere* dicuntur ab Arabibus. Ita in Alcor. Sur. 38: 35. Et in illo Poetae: *Non semper votis damnatur homo, nam تجري الرياح بما لا تشتهي السفن* *currunt venti aliter, quam volant naves*. Sic in Beidavi Commentar. ad Sur. 51. ريح هبت وجرت *venti flantes et currentes*. Praesertim de procellis dicitur ventis, Alcor. Sur. 21: 81. *Salomoni subegimus ventos procellosos, qui ad nutum ejus currunt.* Praefixum و ante 777 et 778 J. DRUSIVS in *Miscellann.* Centur. I. Cap. 92. non causaliter sed comparative putat accipiendum, et Versum hunc vertendum ita: „*Maturarem evasionem mihi prae quam ventus tempestatis, quam turbo, aut, quam ventus profectus a turbine, ut hoc dicat: celerius fugerem, quam talis ventus.* Notum illud: *Veniet tanquam turbo*, pro eo quod est celerissime. Cui affine: *Transcant ut nubes*, i. e. velocissime. Nubes enim et venti celerissime feruntur: sed nihil celerius vento, e depressa nube contorto. Hinc proverbium: *turbine celerius*, quo rei festinatae summa celeritas significatur, eoque David, mea sententia, nunc respexit.“

10. *Aborbe, Domine, divide linguam eorum.* Deum precatur, ut Achitophelis ejusque similiarum Absalomi consiliariorum consilia turbet atque evertat, faciatque, ne in dicendis sententiis consentiant, sicque illorum conjuratio sit irrita. Nam et in historia (2 Sam. XV, 31.) et in Psalmis aliquot Absalonicis *αυτοχτασαν* et consiliorum perturbationem imprecatur Achitophel;

pheli et feditionis, et quod hio Versus imprecatur, id omnino factum fuit, de consilio Achitophelico, ut scinderentur et discreparent sententiae; vid. 2 Sam. XVII. — בלע *Absorbe*, i. e. medio tolle, everte, subintelligas לשונם *linguam ipsorum*, i. e. consilia lingua communiata. Chaldaeus: שלעם עצהוון *perde consilia eorum*, quemadmodum et Esaj. XIX, 3. dicitur: עצהוון אבלי *perdam consilium ejus*. Verbis לשונם פלג *divide linguam eorum*, putant aliqui alludi ad id, quod Deus subito turbavit insanam exstructionem turris Babylonicae. Sic igitur petetur hoc, ut Deus turbet eos intestinis odiis et disensionibus; sicut cum scinditur incertum studia in contraria vulgus. ביעיר המס וריב בעיר *Video enim violentiam et rixam in urbe*, video, quod injuriae, certamina et turbae, hanc urbem occuparint totam, et talis omnino erat Hierosolyma Absalonico illo tempore, ideo et fugere inde necesse habuit. Sunt tamen, qui civitate illa Hebronem putent significari, eo namque ierat Absalom, specie quidem ut vota redderet, re ipsa, ut conjuratos illic cogeret, et convivii scilicet praetextu ad dapes evocare principes populi liceret.

11. יומם ולילה יסבבה על-חומתיה *Dies noctesque circumeunt illam* violentia et contentio (id quod ex Versu 10. est repetendum) *super muris ejus*, quasi milites armati in muris excubant. Comparantur injuriae et turbae quae urbem illam occupant, custodibus civitatis, ac stationariis militibus per muros circumeuntibus, quasi diceret, o felicem scilicet urbem, cui tales custodes ad muros positi sunt, et ejusmodi muris septa, ne virtuti et paci pateat aditus: quae adeo indefessa ab pervigilibus custodibus tenetur, ut die ac nocte pervigilent, neque tantillum quieti concedant. יאון ועמל בקרבה *Et iniquitas ac molestia in medio ejus*, quibus se et alios conficiunt. Sic igitur, tam extrema quam intima hujus urbis plena sunt omni genere fraudis et injuriarum.

12. הוזה בקרבה ולא ימוש מרחבה חף ומרמה. *Pravities in medio illius, nec recedit a platea ejus oppressio et fraus.* De nomine חף vid. not. ad Ps. X, 7. Vol. I. p. 263. Quod autem poeta dicit, oppressionem et fraudem non recedere a plateis illius civitatis, eo aliqui hoc innui existimant, non in angulis illa scelera fieri, sed, pudore sublato, palam in publico, et in ipsis latissimis amplissimisque locis admitti, cum nulla verecundia haec moretur, nulla lex coerceat.

13. Hujus rei, inquit, mei eventus documento sunt, qui summam eorum, quos amicos putavi, perfidiam experior. לא-אויב יחפני ואשא. *Non enim hostis manifestus (ut ex Vs. 14. patet) probris me afficit, tantis me nunc afficit convitiis calumniisque, nam hoc sufferrem, live, alioquin sustinuissem;* quod si qui me contumeliis persequitur, apertas inimicitias antea mecum exercuisset, ferri ea injuria utcumque poterat. Aliqui אשא exponunt *sustulissim, abstulissim, i. e. repulissim eam injuriam, me defendendo, potuissim opponere aliquam defensionem.* Cavemus enim nobis a professo hoste, quem scinius nobis maxime insidiosum esse; nihil autem facilius, quam decipi praetextu simulatae amicitiae. Posterior tamen haec interpretatio non satis congruit hemistichio alteri, quo sese abscondurum fuisse dicit: לא-משנאי עלי הגריל. *qui non osor meus apertus erat, sese extulit contra me, alioquin abscondissim me ab eo, si qui nunc insolenter adversus me infurgit, et vim mihi ostendit, hic igitur si ostendisset mihi, quod odisset me, et apertam injuriam adversus me exercuisset, nimirum cavissim mihi ab ipso, neque me furenti objecissim, aut occasionem mei laedendi praebuissim.* De formula: *efferre se* (הגריל) *contra aliquem,* vid. not. ad Ps. XXXV, 26.

14. Peculiariter quempiam compellat, quem habuit inter primarios amicos et secretorum suorum conscium, ejus perfidiam fuerat expertus: ואתה אנוש פתיתי אלי פני

At tu aequalis meus, mihi conjunctus et familiaris, אמנש כערפי ad verbum: homo secundum taxationem met, i. e. instar mei, ὁμότιμος vel ἰσοτιμός μοι, quem ejusdem mecum conditionis, mei loci atque ordinis hominem pro aequali meo habebam. Ita Chaldaeus: *Sed tu, Achitophel, vir similis mihi*: Alii aliter: JARCHI: איש השוב כמוני *Vir reputatus sicut ego*, id est, eodem loco habitus atque ego, apud me et omnes aestimatus, quantum ego ipse. Aben-Esra: *quasi mihi tanti est, atque ego mihi*. ΚΙΜΧΗ; *quem eodem loco habui, ac si parvis mecum fuisset dignitatis*. Alexandrinus: *ὅτι δὲ ἴσους ἑστί μοι*; id est, quem ego tanti quanti me ipsum faciebam, quemadmodum et Deut. XIII, 6. (al. 7.) pro verbis hebraeis: *אשר כנפשי רעה* Graecus interpres haec posuit: *ὄλος ἴσος τῆ ψυχῆ σου*, *amicus aequalis animae tuae*. Symmachus interpretatus est ὁμότροπος, Aquila ὁμότροπέ μοι (et si Eusebius Ἀροδείξ. L. X. hoc Symmacho tribuit) id est, *similis studii, animi, voluntatis*, J. LUDOLFUS in *Lex. Aethiop.* p. 655. nostrum כערפי interpretatur: *quasi amicus meus*, quum ערה Aethiopice *amicum familiarem* denotet. Quod ad vocem אלהי, LUDOV. DE DIEU placet apponere notam: „Verti solet: *dux meus; verto: amicus meus*. אלהי אלהי apud Arabes est *copulare, conjungere*, hinc apud ipsos

أَلَيْ، أَلَيْ، *familiaris, socius, consuetudine junctus*,

أَلَيْ، *familiaritas, consuetudo, amicitia*, ut in prover-

biis Ali: *شَرَطُ الْأَلَيْ تَرْكُ الْكَلْفَةِ*, *conditio*

amicitiae est omisso coactionis, id est, imprimis in amicitia cavendum, ne amico molestus sis, eumque cogas. Sunt et alia Scripturae loca, quas eandem significationem fere ex-

torquent, ut Prov. XVI, 28. *Vir peruersus suscitatur lites, et susurro* הָיָה רִיבָה לְךָ LXX. διαχωρίζει φίλους, *separat amicos.* Proverb. XVII, 9. *Qui celat delictum, quaerit amicitiam,* הָיָה רִיבָה בְּרַב רֵעֵיךָ Vulgatus optime: *sed qui altero sermone repetit, separat foederatos,* LXX. ὁ δὲ μισεῖ κρύπτειν, διστρησι φίλος καὶ οἰκείους, *videtur rursus,* הָיָה esse φίλους καὶ οἰκείους. Mich. VII, 5. *Ne credite sodali, ne confidite* הָיָה in amico; *non dubito sic vertere, etiam* LXX. *et Vulgatus ducis significationem ibi retinuerit, sequitur enim: ab ea, quae dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui.* Sensus itaque est, nemini, ne amicissimo quidem, esse fidendum. Fateor quidem, הָיָה alibi passim *ducem* seu *praefectum* potius denotare, sed et hoc ipsum est ab Arabica copulandi conjungendique significatione; sicut iisdem صاحب est *socius, amicus, idemque etiam praefectus,* quia inter praefectum et subditos arcta est societas et copula. Haec L. de Dieu, quibuscum jungenda sunt, quae de verbi הָיָה significationibus variis, et de ipso nostro הָיָה disputavit A. SCHULTENSIUS in *Animadver. Philolog. ad Prov. II, 17. in Operr. Minorr.* p. 209. seqq. Qui nostro loco *ducis* significationem retinent, non uno modo exponunt. Alii: quem ego aliis praefeceram moderatorem, sive ducem, unus ex principibus et ducibus meis. Ita Kimchi, qui observat, fuisse Achitophelem unum ex principibus, et principem regionum consiliariorum, juxta illud: 1 Paral. XXVII, 33. *Achitophel autem consiliarius Regis et Chusai Arachites amicus regis.* Alii vertunt: *ductor meus,* de cujus consilio scilicet agebam omnia. Nihil suscepisse aut egisse Davidem, nisi de Achitophelis sententia, qui fuerit prudentissimus, patet ex 2 Sam. XVI, 23., ubi legitur: *Consilium Achitophelis, quod dabat in diebus illis, quasi quis consuleret Deum, instar oraculi divini aestimabatur.* Sunt ex Hebraeis, qui הָיָה hoc loco pro *praeceptore* seu *doctore* accipiant (verbum הָיָה enim in Piel est *docuit*)

ac putent, Achitophelém praeceptorem Davidis fuisse. In his Chaldaeus, qui habet: *רַב הַאֲרִיפָה לִי*, *praeceptor, qui docuisti me.* *עַד מֵי וְעַד* *Et notus meus*, cui omnia cordis arcana patefeci, sicut amico fieri solet. Sic Participium hoc de amicis Achabi usurpatur 2 Reg. X, 11., item de familiaribus in aerumna alienatis Pf. XXXI, 12. LXXXVIII, 9-19. Job. XIX, 14., praeter quae loca non occurrit. Chaldaeus, qui interpretatus est: *מִהַרְוֵי עֲמֻמָּה*, *docens sapientiam me*, videtur aliis punctis legisse, quam quae hodie sunt, nimirum *עַד מֵי*, *scire faciens me.*

15. *רַב הַאֲרִיפָה לִי* *Qui una dulce reddebamus consilium*, id est, qui sermonibus invicem conferendis dulcia colloquia inter nos habebamus, et magna cum animi voluptate, ut inter amicos fit, de rebus secretis simul solebamus communicare consilia. Bene Symmachus: *οἵτινες κοινολογούμεσθα γλυκεῖαν ὀμιλίαν*, *qui communicabamus dulce colloquium.* De nomine *רַב* vid. not. ad Pf. XXV, 14. Achitophelis consilio imprimis usum Davidem, patet ex loco ad Vers. praeced. adductum, 2 Sam. XVI, 23. Graecus Alexandrinus interpres haec verba ita vertit: *ὅς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλυκανάς μοι τὰ ἐδέσματά,* quod Vulgatus sic reddidit: *qui simul mecum dulces capiebas cibos*, idemque Syrus sequutus: *יָדָוּ עִמִּי אֶת הַלֶּחֶם*, *qui simul manducavimus cibum.* L. CAPPELLUS in *Crit. S.* p. 571. ed. Vogel. Scharfenb. illos interpretes pro *רַב* legisse *רַב* suspicatur, sive *רַב*, id est, *viaticum, venatio ferind.* In quam conjecturam tamen J. BUXTORFIUS in *Anti-Crit.* p. 635. recte observat: „Ego vero non puto, LXX. hoc spectasse; nam nec *רַב* valde affine est *רַב*, ut errore scribae alterum pro altero potuerit subreperere, nec *רַב* est *ἐδέσμα*. Putarim ego potius, interpretes illos *רַב* accepisse pro *רַב*, vel *רַב*, *רַב* (hoc enim significat *cibum, edulium, ferculum*), gutturali *ע* vel *ח* lila, vel in *ר* mutata. Sic *רַב* et *רַב* significat *visitare*, sic *רַב* et *רַב* significat *bardum, fatuum, stolisum.*

dum. Ita scribit Schindlerus: *Acceperunt pro סָעַר, ci-
bus, ob sonum similem.* Nili forsitan Graecus interpretis,
et qui eum sequuti sunt, סָעַר acceperint, significatu gene-
raliori pro *conventu* quovis, atque sic etiam pro *convivio,
symposio*. Ita conveniret locus noster cum Ps. XLI,
10., ubi similiter de familiaris alienijus perfidia, quellus, ad
eam exaggerandam addit, quod ejus amici desertor ac
proditor extiterit; cujus non modo contribulis et pro-
pinquus fuerit, verum etiam frequentissime ejusdem men-
sae particeps. Pergit: בְּבֵית אֱלֹהִים נִהְלַךְ בְּרִגְשׁ *In domum
Dei ibamus in turma*, quando in maxima populi frequen-
tia locum Deo sacrum frequentabamus, tu comes mihi incede-
bas proximus. A verbo רִגַּשׁ, *tumultuari, strepere* (vid.
not. ad Ps. II, 1.), nomen רִגַּשׁ proprie videtur notare
strepitum multitudinis, turbam strepentem, unde in uni-
versum pro *multitudine, concione* videtur usurpatum esse,
sere ut רִגַּשׁ, cui Ps. LXIV, 3. respondet סָעַר, tanquam
nomen aequipollens. Aben Esra h. 1. explicat בְּחִבְרוֹתָא
חַדָּה *in societate una*, hoc est, ut puto, eodem comitatu.
Chaldaeus: בְּסִרְהוּבָא, *cum festinatione*. Unde Judaei ho-
die hoc loco utuntur, quo probent, festinanter ad Syna-
gogas currendum esse.

16. יִשִּׁי טוֹתָ עֲלֵימָא *Decipiat s. defraudet eos mors;*
id est, mors eos obruat subita; mors hostes illos meos
inopinantes opprimat, et frustretur consiliis. Eleganter
Symmachus: αἰφροδίας θάνατος ἐπέλθοι αὐτοῖς. Verbum
יִשִּׁי, quod in Hiphil *decepit* notare conflat, aliis locis
vel cum אָח (ut Jerem. XLIX, 16. 2 Paral. XXXII, 15.),
vel cum ל (ut Jerem. IV, 10. XXIX, 8.), vel cum ב (Ps.
LXXXIX, 22.) construi solet; hoc vero loco cum עַל jun-
gitur, ideo, uti videtur, ut significetur *vis* mortis inopi-
nantibus illis supervenientis, quasi diceret: *super illos*
adeo elatos esse adhuc sese altius efferens vis mortis fal-
laciissima. Alii nostrum יִשִּׁי referunt ad נִשְׂחָה, *mutuum de-
dit* (Deut. XV, 2. XXIV, 10.), quod in Kiphil volunt esse
exigere, unde vertunt: *mors debitum ab eis exigat*. Ita

J. D. MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx.* pag. 1687. „*Exactorem constituat mortem super illos.* Debe-
 mus morti nos nostraque et nos Germani dicimus, *de-
 bitum naturae exsolvere, pro mori.*“ Sed *exigendi*
 significatio nullo alio exemplo potest probari, sen-
 susque, qui ea adsumta prodit, satis coactus est. Alii,
 quorum Aben-Esra mentionem facit, *אש*, referunt ad
אש, *oblitus fuit*, quod in Hiphil *oblivionem induxit*,
 denotaret, ut sensus sit: oblivionem illis inducat mors,
 aut, Deus oblivionem mortis illis injiciat, ut ejus obliti
 derepente et praeter spem moriantur. Patet tamen, prae-
 stare illum sensum, quem primo loco indicavimus. In
 textu legitur *אשמות*, *desolationes*. Videntur autem ver-
 ba *אשמות עליהם*, *desolationes super eos* scil. veniant, ex-
 secrandi formula fuisse. In Affixo poetico *א* (pro *הם*)
 deprehenditur subita numeri mutatio; poetis Hebraeorum
 perquam familiaris; praeter perfidam illam, de quo Vs.
 15. questus erat, etiam alios, sibi adversarios petere vi-
 detur. *ירדו שאל חיים*, *Descendant in infernum*
viventes, hoc est, morte subita, ut Kimchi alique
 exponunt; extinguantur. *Descendere in infernum* est
 mori; *viventes*, hoc est, non sentientes se mori, sed be-
 ne sani et incolumes. *Viventes* igitur mori dicuntur, qui
 nullo praecedente morbo subito extinguuntur. Locus est
 Proverb. I, 12. qui hoc doceat: *Deglutiamus eos sicut*
sepulchrum, *חיים ותמימים* *viventes et integros* (hoc est
 robustos et bona valetudine utentes), *quasi descendentes*
in foveam. Respicere quidam putant vatem ad poenam
 Corae, Dathani et Abirami, atque ipsorum factioni infli-
 ctam, Num. XVI, 33. — *בי רעה במעמם בקרבם*. *Nam*
mala in loco commorationis eorum, in medio eorum, quo-
 niam domus eorum, et ipsi undique circumfluunt nequi-
 tiis et maleficiis. *רעה*, *Mala*, hoc loco pro malis arti-
 bus et perversis consiliis, quibus alii pessumdentur, ac-
 cipienda esse, res ipsa docet. Nomen *מנוח*, *commorandi*
locus (Genes. XVII, 8. XXVIII, 4. XXXVII, 1. Ps.

CXIX, 54. Job. XVIII, 19.); Aben-Esra accipit pro civitate, cujus mentio facta Vs. 10. בקרבה. *In medio eorum*, id est; in media ipsorum habitatione; sic non raro duorum substantivorum unum adjectivi induit vices, ut Genes. I, 26. בצלמנו כדמותנו *in imagine nostra secundum similitudinem nostram*, hoc est, ad imaginem nostram profus similem; Gen. IV, 4. מבכורות מהלבהן *de primogenitis, de pingui eorum*, h. e. de primogenitis pinguissimis. Alii haec duo nomina ἀσυνδέτως posita existimant, ut subaudienda sit particula copulativa, γ, ut sensus sit: mala sunt in domiciliis, imò in medio, vel, in corde ipsorum, intra ipsos. Sunt, qui sensum faciant hunc in modum: *ubicunque enim sunt, mala consilia animo agitant ab ipsis mox exsequenda.* C. F. SCHNURRERUS in *Anima adversf. Philologg.* ad h. l. (in *Dissertatt.* p. 141.) vocabulum בקרבה existimat ad Versum, qui proxime sequitur, referendam: „queritur enim Davides, se in urbe scelerum et tumultus plena cinctum undiquaque esse hominibus turbulentis seditiosisque, nec ullam elabendi opportunitatem sibi relictam habere. Hos itaque *medios inter hostes suos* ait se precibus suis ad Deum confugere, et quod antea saepe expertus esset divinum auxilium forti et constanti animo expectare.“

17. 18. Dum itaque nihil nisi perniciem ab istis expectare posset, iique tum rerum potirentur, consequens fuit, ut Dei contra eos opem imploraret, id quod canit se fecisse duobus hisce Versibus: *Ego Deum invocabo, et Jova servabit me: vespere, et mane, et meridie*, hoc est, omni tempore, continuo, *plangam atque perstrepani, et exaudiet clamorem meum.* De verbo שָׁחַח vid. not. ad Vs. 3.

19. פָּדָה בְּשָׁלוֹם נַפְשִׁי *Redemit, si redimet, in pace animam meam*, hoc est, liberabit me, pace mihi meoque regno restituta. De verbi פָּדָה significatione cf. not. ad Ps. XXV, 22. — בְּשָׁלוֹם, *In pace*, i. e. ut in pace mihi esse liceat; liberavit me a bello, ut pace fruār. Referri potest haec phrasis ad classem earum, quas prae-

gnantes vocare solent; cum verbum unum inclusum gestat aliud, ut Pf. XVIII, 46. *Trepidat* (et procedit) *latebris suis*; vid. et Pf. XLII, 2. XLIV, 4. Alii פְּשֵׁי pro שְׁלֵמָה , *ad pacem*, dictum, existimant. Optime autem facere videntur illi, qui קָרָב per temporum *ἐναλλαγήν* interpretantur ut futurum, non ut praeteritum; sic enim omnia manent simplicia, et non erit opus violentis ullis explicationibus aliis. In vocibus, quae sequuntur, מִקָּרָב , explicandis non consentiunt interpretes. Alii, Aben-Efram sequuti, sic vertunt: *ne appropinquent mihi*, ac me attingant hostes. In hunc modum Chaldaeus: $\text{לִי יִשָּׂא$ *ut ne malus appropinquet mihi*. Alii, ut Jarchi et Kimchi, ita interpretantur: *a bello quod mihi*, a praeliantibus contra me; saepe alias enim nomen קָרָב pro *aggressione hostili, praelio, conflictu*, positum reperitur, vid. Job. XXXVIII, 23. Pf. LXXVIII, 9. Coh. IX, 18. 2 Sam. XVII, 11., imo in hoc ipso nostro Psalmo ita recurrit Vs. 22. Adeoque inter hocce nomen et sequens לִי subaudiendum erit relativum שֶׁנֶּאֱמַר , *a bello, quod mihi*. Aptè sic opposita erunt שְׁלֵמָה , *pax*, in quam asserendum se sperat, et קָרָב , *conflictus*, quod sibi esset cum adversariis. Sed multo magis dissentiunt in verbis, quae sequuntur: $\text{כִּי-בְרִבִּים הָיוּ עִמָּי}$. Ea Alexandrinus reddidit hoc modo: *ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί, quoniam inter multos erant mecum*, ut Vulgatus vertit. Quod aliqui sic interpretantur: quoniam hostes cum multis, in multorum medio et comitatu, erant contra me, (*mecum pro contra*), qui multos sibi adjungebant, ut me facilius et crudelius adorientur, mihi vero pauci sunt comites, solus Deus me ab illorum potentia liberare potest. Sic et Kimchi, et cum hoc Coccejus: *illí cum multis pugnant mecum*, qua *pugnandi* lignificatione verbum הָיוּ et 2 Sam. XI, 23. Num. XXXI, 3. accipiendum esse observat. Huc referendus quoque Synmachus, qui ita vertit: *πολλοὶ γὰρ ἐγένοντο πρὸς με, quod sequutus Hieronymus: multi enim fuerunt adversum me*. Campen-

lis: *quamvis plurimi sint, qui undique oppugnant me.* Hac ratione particula עמרי praesentiam denotabit hostium, eorum videlicet, qui penes aliquem sunt, eumque cingunt, non assistendi, sed obstitendi animo; ferme sicut Latini quoque dicunt, pugnare cum aliquo. Ita Genes. XXXI, 7. להרע עמרי ad malefaciendum mecum, contra me. Sic similis particula עם exponenda est Pf. XCIV, 16. Quis stabit apud me עם contra malignos? quis consistet apud me עם contra operarios vanitatis? Pf. LXXXV, 5. Solve indignationem tuam עמני contra nos. Hof. IX, 8. Praefixum ב vero ante רבים vel redundabit, ut Pf. LXVIII, 6. ביה שמו Jah est nomen ejus (cf. not. ad Pf. XXIX, 4.); vel cum reddendum erit, hoc sensu: quia adversarii cum multis copiis sunt contra me. Hoc modo Drusus in *Fragmentt. Vell. Interpp.* ad h. l. „Est Hypallage ab interpretibus non observata, in multis, i. e. cum multis: cum multis fuerunt in me, i. e. contra me: q. d. Multorum auxilio usi sunt adversum me.“ Aben-Esra, usitatiore particulae עמר significatione retenta, ita vertit: quoniam multi sunt mecum, quod de praesidio angelorum intelligit, collato loco 2 Reg. VI, 16. Plures enim, qui nobiscum sunt, quam qui cum illis: unde sensum nostri loci facit hunc: etiamsi multi sunt illi, plures tamen et validiores sunt mecum. Taceo alia aliorum interpretum commenta.

20. ישמע אל יגענם וישב קדם, Exaudiet Deus vocem meam, et humiliabit eos, quippe qui sedet antiquo, hoc est, ille, inquam, qui ab aeterno iudex sedet, et potest extollere et rursus deprimere quos vult. Verbo sedendi Deum ut iudicem videtur pingere, cf. not. ad Pf. XXIX, 10. Praefixum י ante ישב vel redundat, ut 2 Sam. XIII, 20. Et confedit Thamar ושמה desolata in domo Absalomi; XV, 34. Servus patris tui גאני ego jamdiu fui, et nunc גאני ego servus tuus; vel vicem explet pronominis relativi, quomodo exponi solet Jud. II, 21. וגאם, qui mortuus est; Pf. LXVIII, 10. וגלגא, quae

desessa est; *Cohel.* VI, 12. *diebus vitae* יַיָּעֲשֶׂם quos trans-
igit. Cf. N. G. SCHROEDERI *Institt. L. II. Syntax.*
Rég. CIX. a. λ. et STORRII *Observatt. ad Anal. et Synt.*
Hebr. p. 293. not. **). אשר אין חליפותו למו ולא יראו אליהם
Quibus non sunt mutationes (quod recte vertit Chaldaeus:
אשר אין חליפותו למו ולא יראו אליהם *non mutant vias suas malas*),
nec timent Deum, hoc est: Deus poenis justis suis afficiet
illos (יַעֲשֶׂם), quippe qui neque mutant vitam et mores
suos, neque meliores redduntur, et Deum neque colunt
neque timent. Aben-Esra חליפותו, *mutationes*, refert ad
fortunaе vicissitudines, hoc sensu: Deus deprimet istos,
qui profecto nullam fortunaе vicissitudinem experiuntur,
ac nihil in vita mali vident, ideoque putant se perpetuo
beatos futuros, ac securi vivunt, non cogitantes, se Deo
esse obnoxios. Quae sententia et J. D. MICHAELI pla-
cuit in *Supplem.* p. 790., nec non MUNTINGHIO, qui
et Arabum اختلاف *de fortunaе vicissitudinibus* usur-
pari observat. Certe et Alaphus Ps. LXXIII, 3. impiis for-
tunam numquam adversari queritur. Jarchius alio modo:
Eos intelligit, impios, qui non cogitant de die. חליפותם,
hoc est, חליפותם אין חרדים מיום המיתה, *qui diem mortis non ti-*
ment. Vult ergo per חליפותו mortem notari, quasi
excissionem, dicas, nam Kimchi et R. Levi חליף etiam per
חרף exponunt. Sic Job. XIV, 14. חליפה Aben-Esra
mors est. Arabice حلف *jurare* notat, et in Coujng. III.
foedus iniiit, atque nomen حلف *foedus, pactum sancti-*
tum. Hinc A. SCHULTENSIVS in *Operib. minor.* p.
118. nostrum חליפותו interpretatur *jura juranda, vel foe-*
dera jurejurando sancita; verbaque nostra ita vertit:
quia nihil ipsi sunt foedera jurejurando sancita.

21. שְׁלַח יָדָיו בְּשָׁלְמֵיךָ, *Mittit manus suas in pacifi-*
cos suos, nimirum unusquisque impiorum illorum homi-
num; hanc namque distributionem postulat subita numeri
pluralis in singularem mutatio. Exempla vidimus Ps. VII,

2. 3. XXXVII, 31. XLI, 6. seqq. Sunt, qui hisce verbis perstringi pütent auctorem et caput conspirationis, Achitophellem. *Mittere autem manum in aliquem*, est, violenter eum prehendere, vim aut plagas ei inferre, ut Latinorum *manus alicui inferte*; vid. 1 Sam. XXVI, 9., Genes. XXXVII, 22. — בְּשֵׁלְמֵי In pacificos suos, id est, in eos, qui pacem et amicitiam cum ipso colunt, in amicos suos; cf. Ps. VII, 5. XLI, 10. Nomen שְׁלֹמִים alias pacem notare constat; in Plurali praeter hunc locum semel tantummodo reperitur, Ps. LXIX, 23. *Et tranquillus* (שְׁלֹמִים) *in laqueum*, adeoque concrete ponitur pro *is, qui pace fruuntur*. Similis metonymia est Ps. LXVIII, 19. *Captivam duxisti captivitatem* (שְׁבִי), id est captorum turbam. Ezech. XLIV, 6. *Dices ad rebellionem* (מְרִי), id est, populum rebellem, ita et Hof. VIII, 9. *amores pro amatoribus*. Aben-Elra et Kimchi בְּשֵׁלְמֵי dictum putant pro בְּאִישׁ שְׁלֵמִי, *in vjrum pacium suarum*, aut foederum suorum, quomodo Ps. CIX, 4. dicitur וְאֲנִי תַפְלֵה, *ego oratio*, pro *ego vir orationis*, וְהָלַל בְּרִיתוֹ *Irritum fecit*, vel, *profanavit foedus suum*, animo profano rumpit foedus amicitiae. Bene Campensis: *amicitiae vinculo turpiter rupto*.

22. חִלְקוֹ מְחֻמָּה בִּיר *Mollia sunt butyracea os ejus*, h. e. figura poetae haud incongrua *verba oris ejus*; os ejus butyro leniora verba loquitur. Pulchre depingit insidiosas pacis et amicitiae simulationes. Alii vertunt: *lenia erant butyrinao ris ejus*. *Butyrina*, hoc est, verba ejus blanda, et instar butyri mollia. Galli dicunt *paroles emmielées*. Nomen מְחֻמָּה a חֻמָּה deductum, per literam praesformantem ו accipit sensum adjectivum, ubi facile licet subaudire Substantivum, quod conveniat cum בִּיר, *ore ejus*, nimirum *verba*. Vel foemininum accipitur, neutraliter, *butyrum oris*, h. e. id, quod butyro simile ex ore ejus procedit. Verbum חִלַּק plane convenit cum Arabum

حَلَقَ, *laevigavit, lenivit*, v. c. orationem, eaque leni usus fuit. Alexandrinus: διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ

προσώπου αὐτοῦ, quod Vulgatus ita reddidit: *divisi sunt ab ira vultus ejus*. Nec multo aliter Syrus: ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ

ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ, *turbati sunt ab ira faciei ejus*.

Verbum ܕܢܘܨܘܢܐ significatione *dividendi*, qua alias saepe occurrit, acceperunt, ܕܢܘܨܘܢܐ vero confuderunt cum ܕܢܘܨܘܢܐ, *ab ira*. Ceterum pro ܕܢܘܨܘܢܐ Dathius in Not. ad Pfalter. Syriac. h. l. non dubitat legendum esse ܕܢܘܨܘܢܐ, *prae butyro*, respondere enim in sequenti membro ܕܢܘܨܘܢܐ.

Cui conjecturae favet Chaldaeus, qui sic vertit: ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ

ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ, *Molliora sunt pinguedine caseorum verba oris ejus*; nec non Symmachus: ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ

ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ. Cf. MICHAELIS *Supplem.* p. 810. ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *Et bellum est cor ejus*, mens ejus quasi est bellum ipsum, nil nisi mera foveat diffidia ac nocendi libidinem.

ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *Mollia sunt verba ejus prae oleo*. Olei collatione adulatio et omnes blanditiae sermonis declarantur, quia oleum fluit sine omni strepitu, et gulus quoque ejus caret omni acredine et alperitate. Ita Proverb. V, 3, ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ

ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *Lenius est oleo palatum alienae*, h. e. mollissime atque suavissime loquitur. Simili modo Latinis *mollis oratio* et *mollia verba* dicantur; et Graecis ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *μαλακὰ ἔπη*, et ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *μαλακοὶ λόγοι*.

ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *Et ipsi evaginati sunt gladii*. ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *Ipsi*, scilicet sermones. Sine causa ad homines hoc refertur a Vatablo, cum optime cohaereat cum ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ, *verbis ejus*.

Nomen ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ, quod hoc tantummodo loco occurrit, a verbo ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ, quod de gladio usurpatum valet eundem *evaginare* (vid. ad Ps. XXXVII, 14.), *strictos*, scil. enses notare, res ipsa docet. Chaldaeus: ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ

ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *spiculae*, seu *lanceae occisionis sunt verba illa*. Verbis aurorem et lenitatem simulant, cum in corde pessima meditentur et moliantur.

23. ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ *Projice super Jovam onus tuum*. Sic vulgo vertunt, quum dictionem ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ h. l. Hebraeorum magistri plerique per ܕܢܘܨܘܢܐ ܕܦܢܝܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ, *onus*, explicent.

Talmudici in Gemarà ad Tractat. Megillah ita tradunt: *Nesciebant quidam Rabbidorum, quid esset* השלף יהבה *Dixit Rabba bar Channa: Quodam tempore ambulabam juxta Arabem quendam, et portabam onus. Tum dixit Arabs ille ad me: שקל יהביה ושרי אנמלא* *Accipe onus tuum, et injice camelis illis. Neque tamen in Lexicis Arabicis, neque Syriacis quidquam ejusmodi reperitur. Alexandrinus μέριμνα, Chaldaeus סכרה, spem tuam, Syrus ܟܘܢܝܘܬܝܢ, sollicitudinem tuam, Alexandrino consone interpretatur. KIMCHIO in Libro Radicum dicit, posse esse Praeteritum, sive verbum יהב, usitatissimum Syris, Arabibusque ܘܒܘܬܝܢ, ܘܒܝܢ, dedit, nostrumque locum sic esse interpretandum: Projice, quod dedit tibi ad hunc diem, et quae tibi amplius necessariae sunt, super eum, et ipse enutriet te. Simili modo J. D. MICHAELIS in Supplem. ad Lexica Hebr. p. 1063. ita vertit: Projice in Jovam id quod dedit tibi [ac si Hebraea sic sonarent אֲשֶׁר יָהֵב לְךָ], id est, fata tua prospera et adversa, quae ipse Deus dedit tibi. „Elegans, addit, sententia, quod Deus nobis imposuit, Deo reddendum esse.“ Mihi tamen non tam elegans, quam artificiosa haec sententia videtur, nec praeterea satis idonea, quum sic nimis generaliter et promiscue omnia Dei dona in ipsum dicerentur rejicienda esse. Magis placet alia, a Kimchio proposita, interpretatio: *Omnia donabilia tua*, id est, donanda, quae tibi dari desideras. והוא יכלילי *Et ipse sustentabit te*, necessaria quaeque large tibi suppeditabit. לא יתן לצדיק לעולם מוט *Non dabit, non permisit, in aeternum vacillare probo*, non perpetuo finet sortem fortunasque ejus debilitatas vacillare, ac ipsum infirma et perpetuo periclitante conditione esse. Cf. de hac figura not. ad Ps. XXXVIII, 17. Verbum נתן, dedit, significatu permittendi vidimus Ps. XVI, 10., *non dabis sanctum tuum videre corruptionem*; item Genes. XX, 6. לא נתתיך *Non permisi tibi, ut attingeres eam.* Quoad*

constructionem similem ferme locum habes Num. XX, 21.
Revertit אַחַר יִשְׂרָאֵל עֵבֶר נָחַן *permittere Israeli tō transire.*

24. וְאַתָּה אֱלֹהִים חֹרְרָם לְבַאֵר שַׁחַח. *Tu vero, Deus, deturbabis eos* (quorum facta fuit mentio Vs. 20. lqq.) *in puteum pernicietis*, i. e. infernum, idem quod supra 15: 16. שַׁחַח. Alias nomen באר plerumque accipitur de putea aquarum, ut Gen. XVI, 14. XXI, 19.; hoc vero loco per adjunctum שַׁחַח, *perditio*, restringitur ad ejusmodi abyssum, e qua nullus datur reditus, sed certa imminet pernicietis. אֲנָשֵׁי דָמִים וְמַרְמָה לֹא-יִחַצוּ יָמֵיהֶם. *Viri sanguinum et fraudis* (cf. Pf. V, 7.) *non dimidiabunt dies suos*, vix ad mediam vitae alias a Deo praefinitae partem pertingent. Cf. Proverb. X, 7. שְׁנוֹת רָשָׁעִים תִּקְצְרֶנָּה. *Anni impiorum decurtabuntur.*

PSALMUS QUINQUAGESIMUS SEXTUS.

A R G U M E N T U M.

Implorat auxilium Dei adversus hostes, de quorum vi et injuria graviter conqueritur. Sed erigit se spe et fiducia promissionis divinae, et favoris, quem hactenus expertus sit. Postremo, tanquam perfunctus periculis esset, Deo gratias agit, quod illi est familiare. De tempore et occasione carminis vid. not. ad. Vs. 1.

1. Verba *על־צפור־שׁוֹמֵת* vulgò ita vertere solent: *super* vel *de columba obmutescentiae*, i. e. columba muta, quo schemate Davidem existimant describere semet ipsum; ut qui ob simplicem ingenuitatem, pacificamque innocentiam, Sauli vel ulli alteri nunquam noxiam columbae esset similis; *mutae* autem columbae sese assimilare ob *patientiam*, quod columba, etiamsi juglandam se videat ab accipitre, nullas tamen edat vociferationes, verum instar ovis, quadrupedum patientissimae, obmutescat. „*Columbam mutam,*“ inquit GROTIUS, „elegantè se vocat, quod et innocens esset adversus populum suum, et tamen hanc suam innocentiam Philistinis prodire non auderet.“ Etenim nomen *על*, quod non nisi Pl. LVIII, 2. recurrit; referunt ad verbum *על*, quod in Piel significat *ligavit*,
colli-

אֱלִים רַחֲמֵי initium esse carminis, ad cuius modulus David hunc Psalmum composuit, quemadmodum in Psalmi XXII. inscriptione verba על-אֱלִים הַשָּׁמַיִם, de quibus vid. supra Vol. II. p. 581. Verba ipsa tamen nostra Aben-Esra reliquit ἀνεραυήματα, nec hodie quisquam illorum sensum certo definiverit. Conferri possunt, quae monuimus ad BOCHARTI Hieroz. P. II. L. I. Cap. I. T. II. p. 548. ed. Lips. Bochartus pro אֱלִים conjicit legendum esse, uno puncto mutato, אֱלִים, quod positum sit pro אֲלִים, arborum, quum Jod nota Pluralis-neri, nonnumquam excidat. Columbam autem arborum, seu nemorum existimat esse columbam sylvestrem, id est, palumbum, qui in sylvis degit, et in arboribus nidificat. Mera est conjectura, ejusmodi plures legi possunt in PFEIFFERI Dubiis vexatis, Cent. III. Loco 68. p. 605., atque in CHR. SONNTAGII Titulis Psalmor., p. 708. seqq., nec non in J. B. KOEHLERI Animadverss. Critt. ad h. I. in Repertorio Literat. bibl. et oriental. P. VIII. p. 253. De nomine מַכְתָּם vid. Prolegomm. Vol. I. p. XLVIII. seqq. בָּרַח אֶת פְּלִשְׁתִּים בְּנֵי בְרַח In comprehendere eum, i. e. cum eum, comprehenderent Philisthaei in Gath, i. e. dum eum, Sauli saevitiem fugientem, comprehensum Philisthaei ad regem suum, Achis, deduxissent, vid. 1. Sam. XXI, 10. seqq. et XXVII, 1. 2. et cf. Argumentum ad Ps. XXXIV. Vol. II. p. 843. seqq. Non solum autem de apertis et violentis hostibus hoc carmine conqueritur vates, verum etiam de ejusmodi aduersariis, qui calumniando perdere ipsum conarentur (Vs. 6.). Quod quum in Philisthaeos minime quadret, Psalmus non contra illos tantummodo, verum etiam contra hos erit directus, qui obtreccationibus suis apud Saulum Davidem ad fugam illam adegerunt, qua in hostium manus incidit, ut itaque haec verba, בָּרַח אֶת פְּלִשְׁתִּים בְּנֵי בְרַח ita essent intelligenda, compositum esse Psalmum illo tempore, quo Philisthaei Gathae eum comprehenderent. Cf. HENSLERI Bemerkungen, p. 98.

2. אֲנַחֵשׁ *Anhelat me*, i. e. inhiat mihi, quemadmodum fera praedae inhiat, perdere me captat. Verbum אֲנַחֵשׁ (quod cognatum videtur cum Arabum *أنف*, auram trahere ad vestigandum captandumque, cf. not. ad Genes. III, 15.), de onagro, prae aestu et siti ventum attrahente, usurpatur Jerem. II, 24. XIV, 6.; porro de homine aperto ore anhelante Pf. CXIX, 131.; hinc de eo, qui ad locum aliquem adspirat, cum anhelitu eo festinat, veluti Job. VII, 2. de servo, ad umbram anhelante, cf. Cohel. I, 5. De hostibus imminentibus, qui inhiant populo Israelitico, ut fiat possessio alienis gentibus, dicitur Ezech. XXXVI, 3. Et de persecutore אֲנַחֵשׁ usurpatur infra LVII, 4. Veteres tamen verbo אֲנַחֵשׁ tam hoc loco, quam mox Vs. 3. et LVII, 4. *conculcandi* notionem tribuerunt. Etenim Alexandrinus κατεπατήσε με, Vulgatus, atque adeo Hieronymus, *conculcavit me*, Chaldaeus אֲנַחֵשׁ, Syrus *انف*. Koehlers I. I. p. 254. suspicatur, illos אֲנַחֵשׁ, et Vs. sequenti אֲנַחֵשׁ legisse, sine Aleph; quod propterea pro matre lectionis habet, serius intrusa. Nulla tamen in codicibus hodiernis lectionis varietas. Sed quum אֲנַחֵשׁ et אֲנַחֵשׁ Chaldaice sit *copterere, comminueres*, hanc notionem, nullius praeter Chaldaicam linguae Orientalis petiti Judaei aliique interpretes, verbo quoque אֲנַחֵשׁ, dederunt, אֲנַחֵשׁ collective ponitur, quippe non unus, sed plures omnino hostes Davidem petierunt, ut patet ex Vs. 3. seqq. De voce אֲנַחֵשׁ *oppugnans*, vid. not. ad Pf. XXXV, 1.

3. De voce אֲנַחֵשׁ, *inimicus*, vid. not. ad Pf. V, 9. Vol. I. p. 126. Particula כִּי h. l. non est causalis, eadem namque et acquipollentes sunt ambae hujus versiculi propositiones, adeoque posterior non est causa prioris; sed est *affirmativa*, ac *sane* vertenda; ut 1 Paral. XXIX, 14. Job. VIII, 6. Pf. X, 14. כִּי-רַבִּים לְחַמִּים לִי. *Nam multi pugnant mecum cum elatione, cum ani-*

mo elato, insolenterque. Nomen מרום, *altitudo*, quidam pro Dei epitheto habent, vertuntque in Vocativo, o *Excelsè!* Chaldaeo praeunte, qui sic vertit: אלהי ארומא עמרום די כורסיה במרום *Deus supreme, cujus thronus in excelsò.* Sic et Aquila: ὅτι πολλοὶ πολεμοῦσι με, ὑψιστέ. Quod si voluisset, poeta scripisset hand dubie אלהי מרום ut Mich. VI, 6. habetur. Rectius hand dubie nomen מרום accipitur per ellipsin praefixi ב pro Adverbio, illorum, qui vatem oppugnarent, affectum exprimente, q. d. oppugnant me במרום *cum elatione*, h. e. elato animo, insolenter. Ita Mich. II, 3. Ne ambuletis רומה (pro ברומה) *cum elatione, est enim tempus infortunii.* Symmachus: ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ὑψηλότηροι. Syrus: *multitudo bellantium* רומה עלוה *elevata est contra me.* Singularis est Aben-Esra, qui hoc hemistichon sic interpretatur: יש לי מלאכים רבים במרום נלחמים בעבורי *sunt autem mihi angeli multè in excelsò, in coelo, qui pro me pugnant.* Quae sua interpretatio eo nititur, quod verbum *bellandi*, לחם, ubi cum ל persona constituitur, auxiliarem pugnam, sive propugnationem, cum autem sequatur עי *cum*, valere *adversari, pugnare contra* observat, adductis locis Exod. XIV, 14. 15. Deut. III, 22. Jos. XXIII, 3. 10. Id ut iis locis se habeat, hic tamen hand bene quadret sententiae. GUSSETIUS in *Commentarr. Ling. Hebr.* sub rad. לחם lit. C. „Fateor“, inquit, „nullam aliud mihi occurrere exemplum, in quo ל cum לחם, quacunque forma posito, notet hostes, contra quos pugnatur; intervrit tamen ל contrarietati notandae cum aliis verbis, ut לחם, לחם, vid. BUXTORFII *Thef. Grammat.* L. II. Cap. 11. Reg. I. no. 1.“ Adde quod Nah. I, 2. legitur ונתן קרנם לחרב *ultionem capit Jova de hostibus suis*, quae sententia alias per ל עי effertur, ut Ps. XCIX, 8. Et J. H. MICHAEËLIS ad h. l. notat, ל post alia quoque verba hand raro in diversum et contrarium usum venire. Sic e. g. e. cum verbo בוא *in bonum* sumitur 1 Sam. XXII, 5.

1 Reg. X; 14. Jesaj. XLIX, 18., at *in contrarium* Jerem. XLVI, 22. XLIX, 9. Obad. Vs. 5. Itā post כִּנְיָ in bonum significat לְ Proverb. IX, 12. at *in malam partem* Exod. I, 10.

4. אִיִּךְ אִם יִשׂוּ pro אִיִּךְ אִשׁוּ כִּיִּי, *diē, quo timebo*, quocumque tempore timore invaserit me, in te fiduciam ponam. Bene Symmachus: ἐν ἣ ἂν ἡμέρα φοβηθῶ, σοὶ πέποιθα. In versionis Alexandrinae codicibus magna h. l. perturbatio, de qua vid. Koehleri Notas l. c. p. 255. Arabs et Syrus inserunt particulam negativam: *in die non timebo*.

5: אִיִּךְ אִם לִלְהַלֵּל בְּאֱלֹהִים De Deo glorior, de verbo i. e. promisso suo, s. propter verbum suum, promissa sua. Ante אִיִּךְ vel particula בְּ videtur esse repetenda; vel particula לְ subaudienda, ut saepius, veluti Levit. XXI, 4. ubi not. vid. Verbum לִלְהַלֵּל cum בְּ constructum significare, *in re aliqua gloriarī*, vidimus ad Pf. XXXIV, 3. Promissio autem intelligitur illa, Davidi de tradendo regno facta. Alii vertunt: *cum Deo*, Deo auxiliante, laudabo verbum ejus, i. e. certo confido, fore adhuc tempus, quo Deo juvante celebrare queam promissum ejus, quod fuerit verax, omnique ex parte adimpletum. Ita בְּאֱלֹהִים *cum Deo*, i. e. Dei ope, occurrit Pf. LX, 14. CVIII, 14. Hunc sensum expressit Symmachus: διὰ τοῦ Θεοῦ ὑμνήσω τὸν λόγον αὐτοῦ. Alii אִיִּךְ, *verbum*, promissionem, accipiunt pro fide in promissionibus a Deo servata, sensumque faciunt hunc: in Deo fides a me laudanda maxime. Sed *laudandi* significatione ubi verbum לִלְהַלֵּל occurrit, construi solet mediante אִם, ut Joël, II, 26., vel particula לְ, ut 1 Par. XVI, 36. XXIII, 5. XXIX, 13. vel nudo accusativo, sine particula sequente, ut Pf. LXIX, 31. CXLVI, 2. CXLVII, 12. CL, 1. Male Alexandrinus: ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου et Vulgatus: *in Deo laudabo sermones meos*, i. e. mihi factos, ac si אִיִּךְ in Hebraeo legisset. Syrus אִיִּךְ profus omittit. Chaldaeus: בְּמִשְׁרָח דִּינָא דְאֵלֵהּ אִשְׁתַּחֲוֵי בְּמִשְׁרָח, *in mensura judicii Dei lau-*

laudabo verbum ejus, id est, etiam eo tempore, quo Deus me castigat, et mala mihi inmittit, eum celebrabo. **מה יעשה בשׁר לי** Quid faciet mihi caro, quid homines imbelles contra me efficiant? Infra Vs. 12., ubi eadem fere verba repetuntur, pro **בשׁר** ponitur **אמני**. *Caro* praeter propriam significationem cum in genere omnia animalia significat, ut Pl. CXXXVI, 25. CXLV, 10., tum hominem simpliciter totum, ut Jes. XL, 4. Joel III, 1., hinc ob imbecillitatem hominis, omne fragile et debile, ut infra Pl. LXXVIII, 39. Jes. XXXI, 3.

6. Quid sit **יעצבו דברי** de eo valde dissident interpretes cum veteres tum recentiores. Alexandrinus exque illis Vulgatus: *λόγους μου ἐβδελύσσοντο*, *verba mea execrantur*, forsan **יעצבו** legentes. Symmachus: *λόγους περὶ ἐμαυτὸν ἐφρόντιζον*, *verba de me meditantur*, idem quod Syrus planius dicit, **עצבו עלי**, *consilia contra me capiunt*. Chaldaeus: **עלי דברי**, *laborant contra me*; non quod **יעצבו דברי** legerunt, ut Dathius suspicatur, verum quod verbum **עצב** ad laboris et elaborationis notionem retulerunt, sed invita constructione, dicendum enim fuisset: **יעצבו עלי דברי**. Hieronymus ex doloris notionem: *sermonibus me affligebant*, sic tamen **דברי** dicendum fuisset. A verbi Arabici **عص**, *ligavit*, significatione recentiores nonnulli vertunt: *detorquent verba mea*, ut A. SCHULTENS in libro *de Defectibus hodiernis ling. Hebr.* §. CLVIII.; verum aliud est *ligare*, aliud *torquere*, *detorquere*, nec ab illa notionem ad hanc transitus fieri tutus sine usu linguarum exemplisque potest, ut recte monet J. D. MICHAELIS in *Supplementum*. p. 1940., qui tamen ipse in similem reprehensionem incurrit, dum verbum hebraicum h. l. *ligandi*, i. e. *irretiendi* significatu accipiendum esse dicit, et sic vertit: *omnia verba mea circumdant*, vel *irretiunt*, i. e. verbis meis imminet, insidiantur, omnia verba mea captant, ex illis accusationes et crimina paraturi. Koehlerus post J.

H. MICHAELIS confert Arabicum **عَضِبَ**, quod proprie *secuit, conscidit*, denotat, tum vero, ad probrosa dicta

translatum, *proscidit lingua*, unde **عَضِبَ** *acuta et virulenta lingua*. Quod sequutus Dathius vertit: *quotidie dicta et facta mea calumniantur*. In forma Piel verbum **עָצַב** praeter hunc locum bis tantummodo occurrit, Jes. LXIII, 10. *Exacerbarunt* (**עָצְבוּ**), *spiritum ejus sanctum*, ubi alii dolore affecerunt vertunt, alii, (adsumta significatione Arabici **عَضِبَ**, *irasci*) *ad iram provocarunt*; et Job. X, 8., ubi cum verbo **עָשָׂה** ita jungitur (*Manus tuae* **עָשָׂה וְעָצְבוּ**), ut contextus prope cogat, *formandi* notionem assumere. Unde Henslerus et nostri Psalmi verba sic vertit: *verba mea formant*, aliam quasi figuram et significationem eisdem tribuunt, ea detorquent. Eundem sensum bene expressit Rudingerus hoc modo: *non intermittunt calumniando detorquere in fraudem meam dicta et facta mea universa*. **עָלֵי כָל-מַחְשַׁבְתָּם לְרַע**, *Contra me omnia eorum cogitata in malum*, omnes eorum cogitationes malum meum intendunt.

7. **גִּירָוּ** Chaldaeus vertit **גִּירָוּ**, *congregantur*, quod sequutus Hieronymus Symmachusque, qui hoc verbum cum proximo **יִצְפִּינֻוּ** eleganter exprimit: *συνήγοντο ἀ-δύναται*. Sensus: collatis invicem sententiis deliberant, quomodo me perdere possent. Verbum **גִּירָוּ**, quod praeter alia etiam *commorari* Hebraeis (vid. Pl. XV, 1.) significat, Arabibus quoque notat in Conjug. III. *vicinus fuit*,

et hinc **גִּירָוּ**, *vicinus, confors*; unde patet, *congregandi* notionem, quae Hebraeo verbo h. l. tribuitur, non esse omni fundamento destitutam, ut pronunciat J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 286., qui vertit *injuste agunt*; constituit namque verbi **גִּירָוּ** significationes, dialecti Arabicae ope, hoc modo: 1) *deflectit a via*; 2) *deflectit a justo, injuriam alicui facit*, quomodo Arabicum

verbum cum *علي* construi solet, et Hebraicum infra Ps. LIX, 4., quo tamen loco etiam *congregandi* notio apta est, quae ipsa hanc hoc nostro Psalmo sensum multo commodiorem, efficit, quum צפן proxime sequatur. *Commo- ranti* significatione accepit h. l. Alexandrinus, qui vertit: *κατοικήσουσι*, *inhabitabunt*, ut Vulgatus reddit, nec non Syrus: *ג-ס-ו-ס*, *habitabunt*. Eodem modo recentiorum quidam, qui sensum hunc esse dicunt: inimici mei in insidiis mihi struendis pertinaciter sunt constantes. Pro יגורו Aben-Esra videtur יגורו (cum Daleth) legisse; sic enim habet in Notis ad h. l.: יגורו מגורה גרור שהיו רבים, *est a radice*, גרור, *turma; quia erant multi*. Hoc vult, voce illa significari: *turmatim in me irruunt*, quasi ad nomen גרור lit. referenda. Editor Bibliorum Veneto- rum, cum Rabbinorum Commentarius, ad marginem anno- favit: נראה שהיה גורס כן *Videtur ita legisse*. Similiter Ps. XCIV, 21. יגורו על נפש צדיק. Sed nostro loco, qui hodie extant codices Hebraei, constanter legunt יגורו. Cf. Buxtorffii *Anticrit.* p. 85g., qui putat, Aben- Esram non satis attentum vel festinantem ἀβλεψία יגורו legisse. יצפנו *Delitescent*, s. abscondunt semetipsos, insi- diandi causa, ut patet ex iis quae sequuntur. Quod at- tinet illud quod in textu scriptum existat (Ketib), notan- dum, in media vocis poni *Jod*, ac si esset Hiphil, יצפנו, quae forma occurrit quoque Exod. II, 3. Job. XIV, 13. *המה עקבי ישמרו* *Ipsi calcaneos meos observant*, instar ve- natorum ad quaevis mea attendunt vestigia, ne forte ela- bar, sed ut pedes mei tendiculis retibusque eorum con- stringantur. Eadem similitudo a venatoribus desumpta ha- betur Jerem. V, 26. XVI, 16. Thren. III, 5. IV, 19. — קיי נפשי כמשך *Quandoquidem expectant animam meam*, tantopere mihi insidiantur, quia vitam ipsam (*animam*) mihi eripere student.

8. על-און פלגט-למו *Propter vanitatem evasio illis, confidunt mendacii dolisque, quod ea ipsis sint praestitu-*

ra effugiam; spem evadendi collocant in versutia. Bene BUCERUS sic vertit: *pravitate speraverunt sese mala evasuros*. Quod in notis ita illustrat: „*Propter iniquitatem*“ inquit, „*ereptio illis*, hoc est, ipsi sperarunt, se mala evasuros, et in regno stabiles futuros, si me peremissent innocentem, ita saluti fore suam sibi iniquitatem arbitrati sunt.“ וְלֹא est Infinitivus Piel nominalscens, ut Pf. XXXII, 7. Alii pronomen וְלֹא referunt ad וְלֹא , Versu praeced., vertuntque: *ereptio eveniat illis, calcaneis meis*. Aben-Esra וְלֹא pro Imperativo capit, hoc verborum sensu: propter iniquitatem illorum evadere me fac, libera, ab illis. Verum verbum וְלֹא alias semper cum praepositione וְ , nusquam cum ל constructur; vid. Pf. XVII, 13. XVIII, 44. 49. LXXI, 4. Sunt, qui cum interrogatione vertant: *propter iniquitatem evasio ipsis? h. e. critne haec iniquitas impunita illis? LUDOV. DE DIEU* repetendum censet ex Vs. 7. Accusativum וְלֹא , qui respondeat Imperativo וְלֹא , vertitque hoc modo: *propter iniquitatem eripe ipsis* scil. animam meam. In alia omnia abeunt veteres. Alexandrinus: $\text{ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς σώσεις αὐτοὺς}$, quod Vulgatus sic reddidit: *pro nihilo salvos facies illos*. Symmachus: $\text{διὰ τὴν ἀδινίαν ῥῶσαι αὐτῶν}$. Aquila: $\text{ἐπὶ ἀνωφελεὲς διάσωσεν αὐτοὺς}$. Chaldaeus: $\text{וְלֹא בְיַדְהֶם וְלֹא בְיַדְהֶם וְלֹא בְיַדְהֶם}$ *propter mendacium, quod est in manibus ipsorum, ejicias eos*. Sensus non incommodus, modo *ejiciendi* significatio verbi וְלֹא probari possit. Syrus loquentes induci putat poetae adversarios (addit enim ad finem Versus praecedentis וְלֹא , et dicunt), verba וְלֹא omittit, et pronomen וְלֹא in singulari accipit, vertitque: $\text{וְלֹא בְיַדְהֶם וְלֹא בְיַדְהֶם}$, *non est liberator*. — $\text{וְלֹא בְיַדְהֶם וְלֹא בְיַדְהֶם}$ *In ira gentes deturbat Deus*, at Deus est, qui saeve totos populos ob iniquitatem dejicit, nec illis igitur parcat. Videtur enim hoc tanquam generalem sententiam subjecisse, unde significaret, idem judicii et suis hostibus expectandum, eo-
que

que omnino frustrandos perversa spe sua, propterea quod Deus, justus iudex, totos etiam populos e suo fastigio felicitatis et insolentiae dejiciat. Cf. Jesaj. LXIII, 6. Aben-Esra et Kimchi putant nomine עָרַמְי significari turbas, agmina adversariorum, cf. et Hensleri Not. ad h. l. Sed nominatim de suis hostibus canit Versus decimus. Vocem עָרַמְי A. SCHULTENSIVS in libro de *Defectibus Ling. Hebr.* §. CCL. propria *nasfi* significatione sumit, verbaque nostra sic vertit: *in nasum populos deturba, o Deus!*; monetque, locutionem esse familiarissimam Arabum أرغم الله ألقه , *nasum ejus in arenam demersit Deus*, pro: eum omni dedecore obrutum prostravit.

9- $\text{נָסוּתָי וְעִלְיוֹתָי}$ *Fugere meum*, s. *vagari meum*, migrationes meas et exilia, *numeras*, fugas et exilia mea, quae persequente me Saule subire coactus sum, tu nosse et curas. Potest נָסוּתָי etiam in futuro, sive imperativo, verti, ut הִרְחֵבְנִי , Pf. IV, 2., ubi not. vid. Quare Alexandrinus haec verba $\text{τὴν ζῶην μου ἐξήγγειλα σοι}$, Syrusque أناجيتك حياتي , *confessionem meam tibi indicavi*, reddiderit, dicere non habeo. Symmachus: $\text{τὰ ἔνδον μου ἐξήριθμησας}$, et Hieronymus: *interiora mea enumerasti*. Tribuerunt forsitan voci נָסוּתָי notionem proxime sequentis נָסוּתָי . Melius Chaldaeus: $\text{נָסוּתָי מְנִי מְנִי מְנִי מְנִי}$ *diis fugae meae numerasti*. MICHAELIS nostrum נָסוּתָי , ex Arabico نال , *motus, agitatus fuit*, interpretatur *motus, agitationes* (in *Supplem.* p. 1612.), atque hoc quidem loco *palpitationes cordis* significari censet, et hoc modo vertendum: *palpitationes meas numerasti*; repugnare enim *fugae* significationem titulo Psalmi, eum ad primam Davidis fugam referenti, *fugas* Davidis Deum non potuisse numerare, cum primam fugeret. Sed verbum נָסוּתָי Hebraeis esse *vagari* incertis sedibus, certissimum est; eo significatu usurpatur de Caino Genes. IV, 12, 14., de avicula Proverb. XXVI, 2. Pf. XI, 1., hinc-

que נור Genes. IV; 16. *divagatio, exsilium.* — שִׁמְחָה
 בְּנִמְרוֹתָי *Pone lachrymas meas in utre tuo, id est,*
 memor esto lachrymarum et calamitatum mearum, sicut
 qui in utre aliquem bonum liquorem vini aut olei repo-
 nunt, vel etiam secum circumferunt, ut juxta eandem
 velut mensuram aliquando gaudia mihi admetiaris. נִמְרוֹתָי
utrem denotat, quos vinum asservabant; 1 Sam. XVI, 20.
 Jos. IX, 4. 13., idem *lac*, Jud. IV, 19. Hujusmodi utres,
 ex caprinis praecipue pellibus, foris adhuc pilosis, intus
 vero commode purgatis, praeparata hodieque usurpant
 Orientales, vid. JAHNKE *Bibl. Archaeologie. P. I. Vol.*
 I. p. 230. 265. seqq. Alii ad ampullas s. urnas lachry-
 males, quales apud Romanos in usu erant, alludunt existi-
 mant, vid. *das a. u. n. Morgenl. P. IV. No. 832. p. 34.*
 „Miro consensu (inquit Dathius ad h. l.) omnes interpre-
 tes antiqui, si a Chaldaeo discefferis, Alexandrinus, Sym-
 machus, Syrus, Arabs, Vulgatus, Hieronymus, pro בְּנִמְרוֹתָי
 legerunt לְנִמְרוֹתָי, ἐνώπιόν σου, *in conspectu tuo.* Quae le-
 ctio quanquam pro genio linguarum occidentalium faci-
 lior videtur, tamen eam receptae praeferre nolim. Ne-
 que ipsa imago ad multitudinem lachrymarum, effusarum
 indicandam audacior videri potest, quam ea, qua in no-
 stra lingua utimur, *gante Ströme von Thränen.* הֲלֵא
 בְּסִפְרֶךָ *Nonne in libro tuo scil. sunt consignatae lachry-
 meae? Similis locus est Malach. III, 16. Scriptus est*
 סֵפֶר זִכְרוֹן *liber memoriae coram Domino omnibus timentibus eum,* id est, Deus recordatus suorum, eos minime
 negligit. Allusio est ad morem regum et aliorum guber-
 natorum, qui, ne prae multitudine negotiorum obli-
 scantur, curant annotari res agendas, et singulorum etiam
 vel reorum vel bene meritorum bona malave, eaque sibi
 tempestive in memoriam redigi.

10. מִן יְשׁוּבֵי אֹיְבֵי אֲחֹרֵי בֵּיתִי אֶקְרָא *Tunc conver-*
tentur retrorsum hostes mei die quo invoco, in fugam con-
 vertentur hostes mei ad preces meas. Vocula מִן respi-
 cit ad sequens בֵּיתִי, post quod subaudiendum בֵּיתִי, ut
 supra Vs. 4.

11. 12. via. not. supra ad Vs. 5.

13. נְדָרַיָּךְ עָלַי אֱלֹהִים *Super me, Deus, vota tua,* solvenda mihi sunt vota tibi facta, loquitur ita, ac si jam compos factus esset petitionis suae. נְדָרַיָּךְ, *Vota tua,* quae tibi nuncupata sunt; affixum enim h. l. non efficien-tem, uti alias, sed eum cui votum factum, denotat; ita Genes. XVI, 5. Jerem. LI, 35. הַמָּסִי *injuria mea est,* qua ego affectus sum; et עֲלֵי לִוְיָוֹתָם *facinora ipsorum,* Ps. XCIX, 8., sunt, quae alii adversus ipsos patrarunt. Cf. N. G. SCHROEDERI *Instit. L. H. Syntax Reg. IX,* not. Ceterum de נְדָרַיָּךְ cf. not. ad Ps. XXII, 26. L, 14. — עָלַי *Super me,* i. e. mihi incumbunt, me obligatum et obstrictum tenent; ista particula עַל de debito saepius usurpatur, veluti Jud. XIX, 20. *Omnis defectus tuus עָלַי super me,* h. e. mihi incumbit defectus tuos implere; ut 1 Paral. IX, 27. וְעַלֵּיהֶם *et super eos,* janitores, est vigilia, illis excubare incumbit. אֲשֵׁרִים לָךְ *Exsolvam tibi eucharistica,* cf. not. ad Ps. L, 14.

14. כִּי הִצַּלְתָּ נַפְשִׁי מִמּוֹת *Nam eripuisti animam meam e morte,* e letali periculo, ut Jos. II, 13. Ps. XXXIII, 19. — הֲלֹא רַגְלֵי מִדְּבָרִי *Nonne pedes meos eripuisti ab impulsione,* i. e. impediisti hostem incursantem, ne titubantes meos impelleret pedes, meque vacillantem sic prorsus prosterneret; cf. de hac figura not. ad Ps. XXXV, 5. XXXVI, 13. — לְהַחֲתִלֵּךְ לִפְנֵי אֱלֹהִים *Ad ambulandum coram Deo,* i. e. ut in vita hac conservatus diutius, porro Te colere possim. Verbum הִלַּךְ in Hith-pael frequentativam accipit significationem, ut vidimus ad Ps. XXVI, 3. *Ambulare autem coram Deo est,* omnia sua dicta et facta ad Dei quasi praesentis voluntatem componere, eumque continuo revereri, vid. Gen. V, 22, 24. VI, 9. XVII, 1. XXIV, 40. — בְּאוֹר הַחַיִּים *In luce viventium,* inter vivos, in hac vita; *lumen viventium* opponitur caligini sepulchri et interni.


PSALMUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS.

A R G U M E N T U M.

Conqueritur de periculis, in quibus haereat, sed sperat, quod Deus eum, ex illis sit liberaturus. Qua spe fretus pollicetur, se Dei benignitatem et veritatem laudaturum et celebraturum esse. Occasio carminis indicatur Vs. 1.

1. De Verbis אל-הַשְׁחַתּוּת vid. Prolegom. Vol. I. p. XXXVI. seq., atque de מַכְתָּם ibid. p. XLVIII. בְּרִחוֹ מִפְּנֵי שָׁאוּל *Quum propter Saulum in speluncam fugisset.* Bis David in spelunca latuit propter Sauli persecutiones. Primum in spelunca, *Adullam* dicta, 1 Sam. XXI, 1. Secundo in alia quadam spelunca, in deserto *Engeddi*, e qua Saulum salvum et incolumen dimisit, 1 Sam. XXIV, 1. seqq. Ad posteriorem historiam plerique putant nostrum Psalmum pertinere, quod in Vs. 4. et 7. miram conservationem et defensionem in praesentissimo periculo a Deo praestitam laudat et celebrat. Ad Engeddicum enim specum plus periculi fuit, quam ad Adullamicum, cum illuc cum exercitu trium millium venerit Saulus, ad Adullamicum autem nullus hostis venerit.

2. וְכַצֵּל-כְּנִפְיָהּ אֶחְסֶה Vid. Pf. XVII, 8. XXXVI, 8.
 — דִּם יַעֲבֹר הַזֶּה עַר-נִעֲבֹר הַזֶּה *Dum transeat calamitatum quaeque,*
 hoc modo *distributive* הַזֶּה reddendum esse, indicat num-
 meri inter nomen et verbum diversitas, vid. not. ad Pf.
 VII, 2. 3. XXXVII, 31.

3. לְאֵל גָּמַר עָלַי *Ad Deum, perficientem pro me, i. e.*
omnia mea expedientem et ad optatum finem perducen-
tem. Simili modo, sed cum בָּעַר constructum, verbum
 גָּמַר accipitur Pf. CXXXVIII, 8. *Jova בָּעַר בְּעָרֵי מִי pro me*
perficiet, sequitur enim in eodem Versu: *opera manuum*
tuarum ne deferas. Verbum גָּמַר, quod in Psalmorum
 libro tantummodo, et in eodem quinquies quidem occur-
 rit, ceteris locis tribus (Pf. VII, 10. XII, 2. LXXVII, 9),
 neutraliter pro *absumptus fuit, cessavit, desit,* usurpatur,
 vid. not. ad Pf. VII, 10. *Perficiendi* notionem habet
 etiam in Chaldaica dialecto, eodemque significato illud
 h. l. adhibuit Chaldaeus interpres, de cujus interpretatione,
 ceterum ridicula vid. BOCHARTI *Hieroz* P. II. L.
 IV, Cap. XXIII. T. III. p. 508. ed. Lips. Ex veteribus
 tam h. l. quam Pf. CXXXVIII, 8. quidam ita verterunt,
 ac si גָּמַל legissent, ut Pf. XIII, 6. גָּמַל עָלַי, ubi not.
 vid. Sic h. l. Alexandrinus: *εὐεργετήσαστά με,* et
 Hieronymus: *ultorem meum;* forsitan huc et Syrus
 referendus, *ad Deum*  *salvatorem meum.*
 In codicibus tamen, qui hodie extant. neutro loco le-
 ctionis diversitas deprehenditur.

4. יִשְׁלַח מִשָּׁמַיִם מִנְיָהּ אֵלַי *Mittit e coelis scil. manum suam*
ad meum auxilium, cf. not. ad Pf. XVIII, 17. —
 וְיִשְׁמְרֵנִי מִיַּד הַרְף שְׂאֵפֵי *Et servabit me dum probro me*
afficit persecutor meus, vid. de שְׂאֵפֵי ad Pf. LVII, 2.
 Potest quoque verti: *ignominia afficiet persecutorem*
meum.

5. *נפשי בחורף לבאים* Anima mea in medio leonum; vita mea summis exposita est periculis, hand aliter ac inermis homo incurfantibus undique cinctus leonibus famelicis. *אשכבה להשיים* Cubo, prostratus jaceo, inter homines flammis spirantes. Ante *אשכבה* subaudiendum est vel *בחורף*, vel *עם* aut *אח* cum, quomodo hoc ipsum verbum construitur Ezech. XXXI, 18. XXXII, 19. 20. imo ellipsia eandem, quae h. l. est,prehendimus etiam Ezech. XXXII, 21. *Descenderunt חרבי חללי נאכבו ויחצרו* jacuerunt inter transfossos gladio. Nisi cum GEsENIO *Lehrgeb.* p. 808. sumas, verbis *habitandi*, commorandique jungi nomina eorum, inter quos aliquis commoratur, in Accusativo, ut Ps. V, 5. *לא יגדודך רע* non commoratur apud te malus. Alexandrinus: *ἐκοιμηθη τετραγαγμένος*, Vulgatus: *dormivi conturbatus*. Ante verba, quae sequuntur, iterum repetendum est *אשכבה בחורף* jaceo inter *החיים בני אדם שניהם חניה ונחיים* homines; quorum dentes sunt lanceae et sagittae, וישונם חרב חדה, quorumque lingua gladius acutus, i. e. res valde et plane extreme noxiae. Videtur velle indicare instrumenta fermonis, et dicere, quod loquendo magis obliui, pluresque laedant ac perdant, quam si ipsis violentissimis armis in quosque obvios grassarentur.

6. *על השמים אליהם* Exaltare super caelos, Deus, id est, ostende tuam divinam omnipotentiam me liberando. Cf. Ps. XXI, 14. et *ibid.* not.

7. *רשע הכינו לפעמי* Rste pararunt gressibus meis, callide me variis suis fraudibus nituntur circumvenire et constringere. *Rete* enim per metaphoram omnis generis fraudes significat, quibus improbi vel vitae vel fortunae piorum insidiantur, vid. Ps. IX, 16. X, 9. XXV 13. XXXI, 5. — *נפשי בצפה* *Incurvata est anima mea*, jam constrictus teneo ab hoste, ut similis sim ferae, at

occul-

occulto quodam laqueo vel tendicula in terram prostratae, ubi jam accurrit venator, eandem jugulaturus. Quamvis enim alias *incurvationis* figurā moestitia summa solet significari, ut Ps. XXXVIII, 7. Jud. XI, 35. Jes. LVIII, 5.; hoc tamen loco, illam quam dedimus explanationem, contextus videtur flagitare. Aben-Elra notat, verbum קָפַץ esse vel עָרַמָּה , i. e. *intransitivum*, ponique masculinum, sicut בָּפַץ et aliās constructur, veluti Genes. XLVI, 25., vel esse *transitivum*, q. d. *unusquisque incurvat animam meam*, s. incurvavit hostis animam meam, quum transitive et Jes. LVIII, 5. usurpetur. Hinc nostro loco Alexandrinus vertit: $\text{κατέκαμψαν τὴν ψυχὴν μου}$, Vulgatus: *incurvarunt animam meam*, Chaldaeus: $\text{בָּפַץ בְּרִי קָפַץ}$ *incurvavit animam meam*. J. D. MICHAELI in *Supplem.* p. 1332. verbum nostram h. l. est *cepit,prehendit*, denominativum a קָפַץ , *manus*; vertitque: *prehendit hostis meus manu; velprehendit constringitque reti memet.* — $\text{כָּרְוּ לִפְנֵי שִׂיחָה}$ *Foderunt ante me foveam*, vid. Ps. VII, 16. et *ibid.* not.

8. בְּכֹחַ לִבִּי *Firmatum est cor meum*, i. e. forti ac laeto animo sum, qui in te fiduciam meam pono. Cf. not. ad Ps. X, 7. Hic Versus et quatuor, qui proxime sequuntur, repetiti sunt Ps. CVIII, 2—6, paucis nec magni momenti mutationibus, de quibus vid. G. B. RYDINGII *Observatt. Philologico-Criticæ de Psalmis bis editis*, Franeg. 1795. p. 71. seqq.

9. $\text{עֲנִיָּה בְּבוֹרֵי}$ *Evigila, gloria mea!* i. e. anima mea cf. not. ad Ps. VII, 6. XVI, 9. XXX, 13. Alii h. l. per *gloriam* intelligi putant *nablium* et *citharam*, quae mox sequuntur, propterea quod ea instrumenta Davidi, ut artis musicae perito, magnam conciliabant gloriam, 1 Sam. XVI. Cui sententiae tamen alii loci, in quibus בְּבוֹרֵי aperte de *anima* usurpatur. non favent.

עורה הנבל וכפור *Evigila nablium et cithara*, vid. de utroque ad Ps. XXXIII, 2. — אֶעֱיֶרָה שָׁחַר *Evigilabo mane*, verbum עור in Hiphil h. 1, intransitive accipitur, ut Ps. XXXV, 23. הָעֵיֶרָה *Evigila et expergiscere*. Aliter JARCOU: מְעוֹרֵר אֶחֱ הַשָּׁחַר וְאֵין הַשָּׁחַר עִמִּירְרָנִי: *excitabo auroram, non vero aurora excitabit me*. Artificiose! Placuit tamen Dathio; cui hoc eleganter et perquam poetice dictum videtur.

כִּי-גָלַל עַד-שָׁמַיִם חֶסֶדְךָ יְעַד-שְׁחֻקֶיךָ אֲמַתְךָ 11.
Nam ad coelos usque gratia tua magna est, et ad nubes usque veritas tua, id est, immensa et ineffabilis est veritas promissionum tuarum.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Reprehenduntur iudices iniusti, quorum impietas, quae describitur Vs. 3 — 6., tanta sit, ut vindictam divinam provocet, Vs. 7 — 10. Quo facto pii in virtutis studio confirmantur, Vs. 11. 12.

Plerique Psalmum interpretantur de consiliariis aulae Saulicae, qui regem adversus Davidem exulem calumniis suis irritabant, inter quos eminuit Doegus, Idumaeus; quo accusante et mortis sententiam exsequente immani crudelitate interficiebatur Achimelechus, sacerdos, cum tota familia. Alii de consilio seditiosorum Absaloniorum Psalmum interpretantur. Illi enim non minus, quam Saulici, et odia inflammabant, et caedes suadebant; atque ad innocentem ipsum persequendum et causas ad Absalonem deferebant, et cum ipso ad rem conspirabant, sociosque se ei facinoris adungebant, non

non iudicio vero, sed contra conscientiam, in assentatione mera, ut suis et alienis affectibus infervirent.

2. In priore Versus hemistichio difficultatem creavit interpretibus nomen לִּמְאָן . Sunt, qui ad verbum לִּמְאָן , *manipulos ligavit* (vid. not. ad Ps. LVI, 1.) referentes illud *manipulum*, indeque *congregationem* existiment denotare, totumque incisum sic reddant: *an revera, o congregatio justitiae*; i. e. vos, quibus provincia iudicandi recte mandata est, *loquimini?* Sive: *an revera, congregatio, justitiam loquimini?* Alii לִּמְאָן *obmutescentiam* interpretantur (vid. not. ad Ps. 1. 1.), Chaldaeo praeeunte, qui hanc verborum nostrorum explicationem dedit: $\text{הַרְסוּ בְּקוֹלְךָ שֶׁתִּקְרָא בְּעֵדוּן צְדִיקֵי בְעֵדוּן צְדִיקֵי לִכְוֹן הַצְדִּיקִים מִמְּלִיךָ$ *Nim vere quod silent justi tempore contentionis, videntur vobis justitiam loqui?* Mihi simplicissimum videtur, totum Versum sic reddere: *an revera obmutescentia justitiae? silet justitia? Proloquamini scil. quod justum est; ex aequo iudicate, homines!* J. D. MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. XII. p. 160. pro לִּמְאָן legendum censet לִּמְאָן , *dii*, h. e. iudices, quos hoc honoris titulo insigniri constat, veluti Exod. XXII, 27. Ps. LXXXII, 4. Alexandrinus forsitan לִּמְאָן legit, vertit enim: *σι ἀληθῶς ἀπὸ δικαιοσύνης ἀλάστει;* Ita et Syrus: $\text{אֲמִן אֲמִן אֲמִן אֲמִן}$ *si vere justitiam loquimini* (in Polyglottis tamen Anglicanis pro אֲמִן legitur אֲמִן *vere, recte*). Hieronymus: *Si vers. utique.* Ceterum $\text{בְּמִשְׁרֵי$ positum est pro בְּמִשְׁרֵי , ut Ps. IX, 9. habetur. Cf. N. G. SCHRÖDERI *Instit. L. H. Syntax. Reg. XCIV. a. §*

3. אף-בלב עליה הפעלון *Imo vero in corde iniquitates operamini, meditamini, נאָרץ קמט-יריכם הפלסון*
In terra, per terram, violentiam manuum vestrarum appenditis, hinc inde velut bilancibus distributis, ordinatis. Ponderandi verbo videtur exacta et studiosa injustitiae cura describi, cum pravi consiliarii vel iudices omnes quasi technarum attendunt minutias, tum hoc, tum aliud excogitando, tentando, exequendo. Alii *librare violentiam* interpretantur, prava consilia perficere praetextu justitiae, eaque exsequi, quasi ad trutinam rectae rationis, essent expensa. Eleganter Alexandrinus: *συμπλέκουσι*, et Vulgatus *concinnant*

4. זרי רשעים מרחם *Abalienati sunt impii* וְזֵרֵי אֵת omni pietatis et justitiae cura *inde ab utero*, male agunt, inde a nativitate sua; malitia iis est innata. De זרי pro זרי, ut alias habetur, vid. BUXTORFII *Theaur. Grammat.* p. 209, ubi similia affert exempla, veluti *זרבו, erubuerunt*, Jerem. XIV, 3., *טובו, boni sunt*, Cant. IV, 10. Vid. et GESENI *Lehrgeb.* p. 401, — *העו מפני הברי* *Errarunt*, s. errare solent, a recto justitiae et pietatis tramite, *inde a ventre* scil. matris (quomodo *מפני* etiam usurpatur Jud. XVI, 17. Ps. XXII, 11. LXXI, 6.) *loquentes mendacium*, quibus dolosos suos hostes innuit, ob justitiae vilipendium et iniquas sententias ab ipsis in judiciis prolatas.

5. *Venenum ipsis ut venenum serpentis*; forma regiminis *המה* per enallagen ponitur pro absoluta *המה*, cujusmodi exempla plura collegit BUXTORFIUS in *Thesauro Grammat.* Lib. II. Cap. IV. p. 379. seq. — *כמו פתח הרש יאמם אזנו* *Instar aspidis surdae* scil. venenum ipsorum, quae obturat aurem suam, scil. contra incantationes, ut in Versu proximo sequitur.

Arabibus quoque serpens ³ *כגן*, *surdus*, dicitur, cum incantatione nihilo magis afficitur, quam si vel surdus esset, vel

vel auribus obtusis. Eadem phrasi, qui erga pauperes durus est, et immisericors, *aurem obturare* dicitur a *clamore pauperis* Proverb. XXI, 13. Et vir pius *aurem obturat ne audiat caedes*, Jer. XXXIII, 15. id est, a cruentis et sanguinariis confiliis tam alienus est, neque ad ea magis attendit, cum ab impiis proponuntur, quam si aures haberet obturatas. *Surdos* autem ab Arabibus dici serpentes omnes, in quos credunt incantationem nihil valere, multis exemplis probavit BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. L. III. Cap. VI. T. III. p. 173. ed. Lips. Ejusmodi autem serpentes maxime perniciosi ab Orientalibus habentur; et Avicenna, medicus Arabicus, a Bocharto l. c. adductus, inter plura serpentum genera etiam mentionem facit *الصم السحرة السوردي* *surdi*, cito mortem inferentis. Plura dabit *das a. u. n. Morgenl.* P. IV. No. 833. p. 55. seqq. Aptissime itaque poeta noster homines perniciosissimos et nocentissimos *aspidi surdae* confert, cui venenum acerrimum nulla arte potest adimi. Ceterum de nomine *שׁוֹרְדִי* conferri potest nota nostra ad Bocharti *Hieroz.* T. III. p. 156. ed. Lips.

6. אֲשֶׁר לֹא-יִשְׁמַע לְקוֹל מְלַחְשִׁים הוֹבֵר חֲבָרִים מִחֶסֶם
Quae non audit vocem incantantium, et divini, incantationum periti. A nomine *שׁוֹרְדִי* *serpens* (qui ita dicitur a *lambendo*, *lingendo*, quae prima radicis *לחס* significatio est, ut multis ostendit N. G. SCHROEDERUS in *Commentar. de vestitu mulier. Hebraear.* p. 171. seqq., quod nullum animal tanta celeritate linguam movet, quam *serpens*) ortum verbum denominativum *שׁוֹרְדִי*, *carmine magico serpentibus vim nocendi demere*, eos *incantare*, illarum regionum, in quibus serpentes noxiis sunt, frequens et vetustum artificium, de quo multa Bochartus l. c. p. 162. seqq., et recentiores scriptores, quos ibi not. 2. adduximus. De serpentum incantatione nomen *שׁוֹרְדִי* dicitur Jerem. VIII, 17. Cohel. X, 11. De voce *חֲבָר* veram sententiam primus dixit CHRIST. BENED. MICHAEL-

1183, qui in *Philologem. Medicis* §. X. p. 13. illam explicandam ostendit ex Arabico *حـبـسـ*, *scivit*, ut *חֹזֵר* proprie sit *sciens*, tum *magus*, *incantator*; quemadmodum et Chaldaicum *מחבר*, atque Syriacum *ܡܚܒܪܐ* *incantatorem* significat. Verba enim, quae *sapiendi*, *sciendique* notionem habent, apud Orientales non solum, verum apud alias etiam gentes, ipsis quoque cesserunt *incantatoribus*, *veneficis* et *magis*, quemadmodum et Exod. VII, 11. *החכמים*, *sapientes*, junguntur *המכשפים*, *praestigiatoribus*, et *החרטמים*, *magis* Aegyptiis. Plura vid. in Not. 4. ad Bocharti Hieroz. T. III. p. 167. Pro verbis *חֹזֵר הַבְּרִים* Alexandrinus haec posuit: *Φαρμάκων τε Φαρμακευόμενου παρὰ σοφοῦ*, quod Arabs ita vertit *تَسْكِي سَكْرًا* *افضل من الحكيم*, *ipsa fascinatione melius quam sapiens*. Nec multo aliter Chaldaeus: *קמן רטני רטון הניא* *incantantibus incantationem ipsa est prudentior*. Reddiderunt ita, ac si pro *מחכם* legissent *מחכם*. Syrus: *לֹא יִשְׁמָעְךָ קוֹל מְכַחֵם וְלֹא יִשְׁמָעְךָ קוֹל מְכַחֵם* *ut non audias vocem incantatoris, et exorcistae, ac sapientis*. Symmachus: *ἐπαστροῦ τε ἐπωδαῖς σεσοφισμένου*. Aquila: *ἐπασιδουτρος ἐπασουδηυ σεσοφισμένου*. Vulgatus: *et venefici incantantis sapienter*. Hieronymus totum Versum sic reddidit: *ut non audiat vocem murmurantium, nec incantatoris incantationes callidas*.

7. *אלהים הרס-שנימו בפיו* *Deus evertit dentes eorum in ore eorum*, id est, omnem vim ac potentiam hostilem. Quia enim plerumque ferae sylvestres, et etiam quaedam domesticae, ut canes, potissimum dentibus pugnant ac laedunt, ideo per synecdochen dentes crebro pro omni vi ac potentia hostium ponuntur, vid. Ps. III, 7. 8. VII, 3. Job. XXIX, 17. — *בְּלִמְשָׁה כְּפִירִים נְחוּץ* *Dentes caninos leunculorum comminus, Jova*; vid. de hac imagine BOCHARTI Hieroz P I I. III. Cap. II.

II. T. II. p. 33. edit. Lips. De מולות, quod vulgo *dentes molares* vertere solent, sed male, quum molares dentes in leonibus aliis bestiis carnivoris parum sint metuendi, vid. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 1467., ubi docuit, esse *dentes* s. *acutos et anteriores* intelligendos, terribiles in leonibus, praeceuntibus interpretibus Orientalibus h. l.

8. מֵאֵסוּ כְמוֹ-מַיִם. *Liquidi sicut aquae* sunt liquidae, ita effluent, dissolvantur, ac si essent tam liquidi, quam aqua. מֵאֵסוּ pro מֵאֵסוּ, quemadmodum et Job. VII, 5. מֵאֵסוּ pro מֵאֵסוּ, et מֵאֵסוּ, *diripiunt*, pro מֵאֵסוּ, Jes. XVIII, 2., more Aramaeorum, qui verba quiescentia secunda haud raro cum defectivis secunda confundere solent, veluti מֵאֵסוּ et מֵאֵסוּ *humiliari*, et apud ipsos Hebraeos מֵאֵסוּ et מֵאֵסוּ *exaltari*. Sic h. l. מֵאֵסוּ pro מֵאֵסוּ accepit inter veteres Chaldaeus, qui ita vertit: בְּחַוְתֵּי הַיָּם מֵאֵסוּ הַיָּם *in peccatis suis colliquefiant ut aqua*. Et sic etiam Symmachus: διαλυθήσων ὡς ὕδωρ, atque Hieronymus: *dissolvantur quasi aqua*. Alii, retenta *spernendi* significatione, quae verbo מֵאֵסוּ inest, vertunt: *spernantur*, pro nihilo habeantur, *ut aqua*, quae prolabitur ac diluit; conferri volunt locum Ps. XXII, 15. et 2 Sam. XIV, 14. (vid. not. ad illum Psalmor. loc.) Ita Syrus: מֵאֵסוּ מֵאֵסוּ מֵאֵסוּ *reprobabuntur, sicut aquae, quae effunduntur*. Alexandrinus: ἐξουδένωθήσονται ὡς ὕδωρ διαπορευόμενον, et Vulgatus: *ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens*. Respexit haud dubie *dissolvendi* significationem, sed sensum tantummodo expressit. J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1470. col-

lato Arabico مائس, 1) *repulit*, 2) *rasit pluvia terram*, verba nostra sic vertit: *radantur*, i. e. *eluantur tanquam aqua*. Quae significatio aliis V. T. locis vix apta fuerit. Ante מֵאֵסוּ *decurrunt*, subaudiendum pronomen relativum מֵאֵסוּ, ut saepe, vid. N. G. SCHROEDER *Instit.* L. H. Reg. Syntax. XLII.; מֵאֵסוּ autem redundat, ut Ezech.

XXXVII, 11. *excisi sumus nobis*; vid. Schroeder: Reg. XXXVII. d. Similitudo nostro loco desumpta est ab aquis, ex imbribus forte coortis, magnum concitanti-
 bus strepitum ac horrorem, nec non quaevis obvia pro-
 sternentibus, si per montana prouant in valles; breui
 tamen per tot rivulos dispersae evanescent, inque terram
 se insinuant, ut nusquam compareant amplius. *יִרְרָה*
יִחַלְלֵהוּ בְּמַו יִחַלְלֵהוּ. *Intendat sagittas suas*, nūsq̄ue
 aduersariorum Vs. 2. seqq. descriptorum, sed fiant, *ac si*
succisae essent, b. e. cuspide careant; obtusae nulliusque
 pretii sint; careant effectū; cuncta illa tela fiant irrita;
 hand aliter, ac si in frustula concisa vel comminuta es-
 sent. Verbum *יִרְרָה*, *calcavit*, ad arcum quoque adhibe-
 tur adductionem; quando pes imponitur vel nervo vel
 arcui, ad incurvandū eum, telumque eo fortius eliden-
 dum; cf. Ps. VII, 13. XI, 3. XXXVII, 14. et ad ea loca
 not., quibus in locis conjungitur cum nomine *קַשׁוּ*, *arcus*.
 Quandoque tamen etiam cum *חַץ* et *חַצִּיב*, *sagittae*, con-
 structum reperitur; ut infra Ps. LXIV, 4. cf. Jerem IX,
 2. J. DRUSIUS in *Proverb.* Class. II. Lib. IV. Prov. 74.
 habet: „*Sagittae fractae*. Sic appellantur minae irritae,
 et quae nullum effectum fortiuntur; aut dirae et male-
 dictae, quae non eveniunt. Ps. LVIII, 8. *יִרְרָה*
יִחַלְלֵהוּ בְּמַו יִחַלְלֵהוּ; mens horum verborum: cum aptabit sagit-
 tas suas ad arcum, sicut ac si fractae essent. Vult dicere:
 accidat eis, quod jaculatur, cum sagittae franguntur; ne
 eveniant, quae mihi dira minitantur aut imprecantur.
 Vid. Ps. LXIV, 3. — *יִרְרָה* *יִחַלְלֵהוּ* compendium, dictum pro
יִרְרָה יִחַלְלֵהוּ בְּמַו יִחַלְלֵהוּ *tendat arcum suum, quo jaculatur*
sagittas suas; nisi malis *יִחַלְלֵהוּ*, *sagittas suas*, ad sequentia
 referre: tum locus ita ordinandus erit: *tendat arcum*
suum; sint ejus sagittae, ac si succisae essent. Hoc mo-
 do Heuslerus, cujus not. confer. Ante *בְּמַו*, subaudi-
 dum *יִרְרָה*, *fiant*. Verbum *יִחַלְלֵהוּ* MICHAELIS in *Sup-*
plem. p. 1488. ex Arabico *جاء*, *declinare, desistere*,
 vertit: tela ejus deflectant, non perveniunt ad metam.

Sed praeferat *succidendi* significationem retinere, quae verbo מל ex usu linguae propria est (vid. Deut. XXX, 6. Pl. XC, 6. Job. XXIV, 24.). De errore a scopo Hebraei verbum מל solent adhibere, vid. Jud. XX, 16. Proverb. VIII, 36. Praeterea si verbum מל h. l. *declinandi* sensu sumatur, similitudinis particula מו, perquam inepta erit. JARCHIUS verba nostra refert ad Deum, qui intendat sagittas suas adversus impios, ut succidantur et pereant. Ita Alexandrinus: ἐντενεί τὸ τόξον αὐτοῦ, ἐὼς οὗ ἀσθενήσουσιν, Vulgatus: *intendit arcum suum, donec infirmantur*. Syrus: ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ, *jaciet sagittas suas, donec consumantur*; Hieronymus: *intendit arcum suum, donec conterantur*. Chaldaeus: ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ, *intendit sagittas suas propter eos, et erunt jaculis confecti*. Symmachus contra, ut nos supra, ad impium haec verba refert, qui nocere quidem studet pio, sed sine effectu; vertit enim sic: ὁ τεύων τὸ τόξον αὐτοῦ θρονοβηθήτω ὡς τὰ θρονοπτόμενα.

9. כמו שבלול ממש יהיה. *Sicut limax liquefactione, i. liquefscens, abit.* „Hoc enim genus,” inquit RUDINGE-
RUS, „non esse diuturnum atque intra testam suam col-
liquescere, etiam testarum inanum multitudo ostendere
videtur in ripis et littoribus, et si et terrestre genus harum
est. Latino nomine sunt *Ulmaces*. Terrestris quidem re-
pendo absumuntur et colliquescunt, sicut mucus osten-
dit, quem post se relinquunt. Sed non interitum, qui
sensum fiat, sed celerem eis imprecantur similitudines
omnes istae. Itaque *sensim* hic locum non habet.” Qua de
causa verborum hebraeorum sensum ita expressit: *Pereant sicut cochlea, quae cito deliquitur contabescitque et testam post se relinquit inanem.* שבלול esse *cochleam*, i. *limacem*, ut Chaldaeis ܕܡܘܢܐ, multis ostendit BOCHAR-
TUS *Hieroz.* P. II. L. IV. Cap. XXX. T. III. p. 557.
seqq. edit. Lips. Ita et h. l. Chaldaeus interpres: ܕܡܘܢܐ

הַיְהוּאִם אִמְרֵי אֲלֵלְכֶם, sicut reptile limacis, quod humectat viam suam. In alia omnia abeunt reliqui interpretes. Alexandrinus: ὡσεὶ κηρὸς τακεῖς ἀντάναιρεθήσονται, unde Vulgatus: sicut cera, quae fluit, auferentur; et Syrus: *قير يذوب في النار*, sicuti cera, quae liquefcit, et cadit a conspectu ignis, destruentur. Nec multo aliter Theodotion, uterque Arabs et Aethiops. Verum si de cera res esset, Psaltes dixisset *אֲלֵלְכֶם*, ut Ps. XXII, 15., LXVIII, 3. XCVII, 5. Praeterea quorsum dicatur impius ire, vel abire ut cera liquefacta, quam ea nunquam eat, aut certe a loco, in qua fusa est, parum recedat? Aquila: *ὁμοίως γῆς ἐντέρῳ τακὲν πορεύεται*, a qua interpretatione Hieronymus parum recedens, Hebraea sic expressit: *quasi vermis tabefactus pertransiens*. Spectarunt haud dubie limacem, quam Hebraici et Arabici scriptores ita describunt, ac si sit vermis species, vid. Bochart. l. c. p. 558. Symmachus: *ὡσπερὶ χόριον διαλυθὲν διαφώνει*, ut secundinis foetus dissolutus perit; videtur Hebraeum *הַיְהוּאִם* alicubi per *יְהוּאִם*, vocem decurtatam pro *יְהוּאִם*, id est, *σέσιλον limax*, explicatum reperisse, quam cum *אֲלֵלְכֶם*, secundinae, confudit. Aliis denique *הַיְהוּאִם*, geminato Lamed, idem est, quod *הַיְהוּאִם*, Ps. LXIX, 3. 16. et Jes. XXVII, 12.; aquae scilicet fluentum, aut alveus (coll. Arab. *جاء*, in Conjug. IV. *manavit, profusa largius fuit* pluvia); quasi poeta impiorum vitam effluere velit inftar alvei aquarum. Cf. 2 Sam. IV, 14. Quae tamen inanitas esset repetitio similitudinis Versu 8. usurpatae. Verba quae sequuntur, *אֲלֵלְכֶם אֲלֵלְכֶם אֲלֵלְכֶם אֲלֵלְכֶם*, Chaldaeus sic reddidit; *אֲלֵלְכֶם אֲלֵלְכֶם אֲלֵלְכֶם אֲלֵלְכֶם*, ut *ab ortibus foetus et talpa, qui caeci sunt, nec vident solem*. Hebraeum *אֲלֵלְכֶם* ejusdem putavit esse significationis atque Chaldaicum *אֲלֵלְכֶם*, hoc est *talpa*, quod ipsum multi h. l. interpretes sequuti sunt. Sed rectius haud dubie Aquila, Symmachus, Theodotion et Hieronymus verba *הַיְהוּאִם*

נשׂא expofuerunt ἔκτρομα γυναικός, abortum mulieris.
 לִבָּב, abortivus, a cadendo nomen habet, quemadmodum
 Arabibus a verbo *ḥāw*, cecidit, excidit, *ḥāw*, vel
ḥāw, abortum denotat, quia mulieri ex utero excidit
 mortuus, ibiſtar immaturi ac decidui fructus. Neque ſo-
 lum hic extat, ſed et Job. III, 16, et Coh. VI, 3. Et
 נשׂא pro muliere, in ſtatu conſtructo frequentius, ſed et
 in Abſoluto occurrit. Sic Deut. XXI, 11. Et ſc. videris
 in captivitate אִרְאֵה נִשְׂאָה יְפֵה-חַיִּים, mulierem forma venuſtam.
 Et 1 Sam. XXVIII, 7. Quærite mihi נִשְׂאָה בְעֵלְיָהּ-אֹזֹב, mulierem
 Pythoniſſam. Vid. et Jeremi. XIII, 21. Ita hic נשׂא לִבָּב
 est abortivus foetus mulieris. Ante לִבָּב repe-
 tenda eſt ſimilitudinis nota לִבָּב, ex membro antecedente;
 ſimile exemplum vid. Coh., VIII, 1. Sensus eſt: extermin-
 entur ex hominum conſpectu inſtar abortivi, qui ſtatim
 in terram reconditur, nec ſolis lucem unquam vidit.
 Cf. Job. III, 16. Sicut abortivus latens, non amplius eſ-
 ſem, ut infantes qui non vident lumen. Et Cohel.
 VI, 3. 4. 5. Beatior illo eſt abortivus, quamvis in caſſum
 venerit, et in tenebras iverit, et tenebris opertum fuerit
 nomen ejus, neque ſolem viderit, neque cognoverit, etc.
 Alexandrinus interpres, qui pro verbis נשׂא לִבָּב poſuit
 ἔπεσε πῦρ, accepit, נשׂא ſignificatione Chaldaei אִשָּׁה,
 ignis, et Pfalten alludere putavit ad everſionem Sodo-
 mae, quae fulminibus divinitus immiſſis everſa eſt. Sy-
 rus Hebraeum נשׂא eodem, quo Alexandrinus, ignis ac-
 cepit ſignificatu, ſed verba priora Verſus proximi ad hunc
 traxit, unde haec enata eſt verſio: *וְלֹא רָאוּ אֵת אֵשׁ
 אֲשֶׁר אֵלֹהִים יָרָדָה וְלֹא יָדְעוּ: וְלֹא יָדְעוּ: וְלֹא יָדְעוּ*
cecidit ignis, et non viderunt, et ſol, et non intellexerunt.

10. בְּתַרְסֵם יְבִינֵי סִלְחֵיכֶם אֲמֹר כִּמְנו-חֵי כִּמְנו-חֵי בְּתַרְסֵם יִשְׁעֵיכֶם
 Priusquam ollae veſtrae perſentiſcant rhamnum, i.
 e. ignem ex rhamno, qui celerrime ardeſcit et caleſcit,
 tam

tam vivum, quam adustum, turbine abripiet illum scilicet rhamnum Deus; proverbialis loquutio, cujus sensus videtur hic esse: antequam consilia vestra ad maturitatem, aut effectum pervenerint, improviso omnes vestrae machinationes evertentur. Saepe accidere solet illis, qui per desertum iter facientes cibos parare sibi volunt, ut subita coorta tempestate ignis ad cibos coquendos accensus extinguitur, omnisque epularum apparatus destruitur, ac dissipetur (vid. OEDMANNI *Vermischte Sammlungen aus der Naturkunde zur Erklärung der heiligen Schrift*, P. IV. p. 99.); unde haec similitudo ducta videtur. Verbum כָּמֵן, *intelligere*, quod proprium est hominum ratione praedictorum, quandoque ad alia quoque transfertur, veluti ad palati gustum, Job. VI. 30., ad aurem, Job. XIII. 1., atque sic etiam h. l. ad ollas, quibus sensus calor tribuitur. Nomen feminini generis כְּרִיבִים conjungitur cum verbo masculino, enallage generis satis frequens, cujus exempla plura vid. in N. G. SCHROEDERI *Instit. Ling. Hebr. Syntax. Reg. LVI.*, cf. GLASSII *Philol. S.* p. 330. 331. ed. Dath. et GESENI *Lehrgeb.* p. 716. אֶמְצֵר elle *rhamnum spinis oblongis*, cujus multus est usus apud Orientales ad ignem in foco, quod facile flagrat, ostendit CELSIUS in *Hierobot. T. I.* p. 199 — 209. Cf. MICHAELIS *Suppl. m.* p. 66. כָּמֵן-כְּרִיבִים *Tam vivum* scilicet rhamnum, i. e. virentem adhuc, nec igne satis accensum, *quam ardorem*, i. e. jam ardentem, ita enim metonymice h. l. nomen illud usurpari, patet ex geminata particula כֵּן, sive כָּמֵן, qua repetita par et aequalis diversarum rerum conditio significatur, ut Jesaj. XXIV. 2. et Hof. IV. 9. כָּמֵן כְּפָהוּן, *tam populus, quam sacerdos*; Zach. IX. 15. כְּמִזְרָק כְּזִיזִים, *tam cratera, quam angulos altaris*. Sensus est; turbo erit tam vehemens, ut nihil, coquendae ollae necessarium, superstes sit mansarum. Verbum אֶמְצֵר, quod h. l. ut saepe alias idem valet quod אֶמְצֵר *procellosus fuit* (cf. not. ad Pf. L. 3.) transitive significatu accipiendum est, ut ad-

ditum

ditum affixum, ad *תּוּמָא* referendum, docet; adeoque sicut Zach. VII, 14. dicitur, *תּוּמָא תּוּרְבִינָא* turbine disjiciam eos per omnes gentes; item Job. XXVII, 21. *וַיִּשְׁעֶרְתָּהּ* et turbine abripiat eum a loco suo; ita et h. l. *וַיִּשְׁעֶרְתָּהּ* vertendum est: turbine abripiet eum rhamnū, scil. Deus, qui Nominativus ex Vs. 7. est repetendus. Multo aliter veteres hunc Versum interpretantur, Alexandrinus: *Πρὸ τοῦ σπινέναι τὰς ἀκανθὰς ὑμῶν τὴν ῥάμνον, ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ κατακτεταὶ αὐτοὺς*, quae Vulgatus sic reddidit: *Præquam intelligeret spinæ vestrae rhamnū, sicut viventes, sic in ira absorbet eos*; sensus videtur esse hic: ut agricola succrescentes in arvis teneriores adhuc spinas antequam duriores fiant, ac laedere possint, radicibus evellit, et quasi cum ira quadam detestatus abjicit, sic illos nondum latis in improbitate confirmatos Deus vita privabit. Apparet, Graecum interpretem nomen *סִרְיָא* pro spinis habuisse; et certe *סִרְיָא* spinam esse non dubium, sed ubi hac significatione sumitur, in Plurali, ubique terminatione masculina *סִרְיָא* dicitur, vid. Jes. XXXIV, 13. Hof. II, 8. Nah. I, 10. Eccles. VII, 6.; femina autem Pluralis terminatione, *סִרְיָא*, quae tamen undecies praeter hunc locum in V. T. occurrit, nunquam pro spinis, sed semper pro ollis usurpari solet hoc nomen. Alexandrinum tamen in falsa hujus vocis interpretatione sequuntur reliqui veteres. Ita Symmachus: *Πρὶν ἢ αὐξηθῶσιν αἱ ἀκανθὰς ὑμῶν ὡστε γενέσθαι ῥάμνος, ἔτι ζῶντα ὡς ὀλόξηρον λαλαψ ἀρεῖ*. Eum sequutus Hieronymus, nisi quod *וַיִּתְּ* cum Alexandrino male iras significatione accepit: *Antequam crescant spinæ vestrae in rhamnū, quasi viventes, quasi in ira tempestas rapiet eos*. Verbum *וַיִּתְּ* Jarchius quoque et Kimchius ex usu Talmudico *crescendi* notione accipiunt. Syrus: *וַיִּתְּ*

וַיִּתְּ *וַיִּתְּ* *וַיִּתְּ* *וַיִּתְּ*, *erunt spinæ eorum rhamnū, et ira conturbabit eos*. Chaldaeus: *וַיִּתְּ* *וַיִּתְּ* *וַיִּתְּ* *וַיִּתְּ*

כְּבוֹסָרָא בְּעֵלְעוּלָא יִשְׁצַפֵּין *Priusquam impii fiant magni, durefcant sicut rhamnus, donec sunt recentes, ut fructus immaturus, turbine destruet illos.* A. SCHULTENSIUS quoque in *Animadverff. Philologg.* סִירוֹה cum veteribus spinas vertit, totumque hunc locum sic interpretatur: „*Antequam intelligant impii, spinæ vestrae erunt rhamnus*, i. e. spinæ vestrae aculeatissimæ erunt, quo poena impiorum indicatur, coll. Jud. VIII, 16.: *uti vivus, l. vivipidus, est impius, sic ardore uret eum, scil. rhamnus; vel: ardor rhamni uret eum; Arabice* *سعر, سعير, est urere.*“ VENEMA pro סִירוֹהֵיכֶם divisim censet legendum יָבֵם סִירוֹה, vertitque: „*Antequam intellexerint spinæ percutiet eos; rhamnium prout vivum, ita aestu aduret, h. e. principem improborum, spinis praeditum pluribus et horrendis, pleno rigore et potentia praeditum, aestu irae quasi fulmine feriet et comburet.*“ Venemam sequutus DOEDERLEIN in eo, quod סִירוֹה יָבֵם legit, sed versionem hoc modo instituit: *Priusquam emicent spinæ, demetet eas; et rhamnium, sive recens sit, sive aridus, auferet.* Denique J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 731.

Hebraeo סִירוֹה collato cum Arabum *سعر, سعير, tribus, familia,* unde etiam de *densis spinetis*, ac tanquam familiis et gentibus spinarum ponitur, locum nostrum ita interpretatur: *antequam quis ad spinas vestras attendat, rhamnus factae sunt silvae similis, aut si lubeat סִירוֹה ad sequentia referre: ubi silva fuerit spinarum, incendiumque ortum, absument illam.* Quibus interpretationibus omnibus סִירוֹה significatione *spinarum* sumitur, quod tamen minime recte fieri, antea vidimus.

11. יִשְׂמַח צְדִיק בִּי-הוּהוּ בָּקָם בְּעַמִּיהוּ יִרְחַץ בְּדָם הַרְשָׁע *Laetabitur pius, dum hanc ultionem videt, gressus suos lavabit in sanguine impiorum; videtur allusio esse ad victoriam militarem, ubi victores necessario pedes suos ponunt aut gradiuntur in sanguine hostium, cum passim*
terra

terra sit cruore contexta cumque fugientes persequuntur ac caedunt, quorum sanguine viae passim contaminantur.

12. וַיֹּאמֶר אָדָם אֶת־פְּרִי לְצִדִּיק. *Atque dicit homo quilibet, omnibus, tum latendum erit: utique fructus est pio, non absque praemio manet virtus; אֶת־יְשׁוּ-אֱלֹהִים, שְׁפָטִים בְּאָרֶץ, utique Deus iudex in terra, Deum existere, qui iudicium exerceat. Cum nomine אֱלֹהִים, terminatione plurali, conjungitur et Pluralis שְׁפָטִים, ut Jos. XXIV, 19. Non potestis Jovam colere, כִּי־אֱלֹהִים, קדושים הוא אל־קנוא, etenim Deus sanctissimus est, Deus aemulus. Ita et verbis pluralis numeri jungitur Gen. XX, 13. XXXVII, 5. 2 Sam. VII, 23. Alexandrinus, quem sequuti sunt Vulgatus et Syrus, posuit ὁ Θεὸς ὑπὲρ πάντων αἰώνων, ac si שְׁפָטִים אֱלֹהִים legisset, ut Pf. XLIII, 1. שְׁפָטֵנִי אֱלֹהִים, habetur.*

PSALMUS QUINQUAGESIMUS NONUS.

ARGUMENTUM.

Preces continet pro sui conservatione ab hostibus impiis, qui poetam sine causa persequerentur et perdere studerent. His igitur hominibus perditissimis poenas divinas imprecatur, sibi vero defensionem et liberationem ex omnibus periculis fiducia certa in Deum nixus pollicetur. Tempus et occasio carminis indicata est Versu 1., ad quem not. vid.

1. De מַחֲסֵי אֱלֹהִים vid. Prolegg. Vol. I. p. XXXVI, et de מַחֲסֵי אֱלֹהִים ibid. p. XLVIII. seqq. בְּשֵׁלַח שָׂאֵל יִשְׁמְרוּ אֶת-הַבַּיִת לְחַמְסֵיהֶם *Dum mitteret Saulus videlicet שלוחים emissarios, (supplendus Accusativus ex verbo, ut Coh. VI, 3. Pl. XIII, 4. coll. Jerem. LI, 39. 57.), -ut custodirent domum ad eum interficiendum.* Historia legitur 1 Sam. XIX, 11. Furore quodam invidentiae Saulus transversus actus, qua jure, quave injuria Davidem e medio tollere decreverat. Quam igitur certo quodam die David esset in Sauli cubiculo, et in ejus conspectu citharam pulsaret; princeps ille, subito quodam et extraordinario veluti uestro percitus, hastam arripuit, et eam

eam in Davidem magna vi intorsit, sperans, ut eo ictu ad parietem transadactus affigeretur. David ictu, levi corporis inclinatione, devitato, excessit, et in domum suam se recepit, ratus fore, ut omnem de absente Saulus cogitationem abjiceret. At illa principis efferati rabies non confederat. Misit ergo ille satellites, qui sub vesperam domum Davidis circumdarent, et ipsum mane exeuntem corripere ac trucidarent. Verum cum Michal, ejus uxor, insidias animadvertisset, easque marito indicasset, convenit inter eos de ineundo consilio, cujus ope ille elaboretur. Demisit ergo se David per fenestram clanculum, adjuvante uxore, quo facto evasit; et ut longius progredi posset, quam ut satellites, eum insequentes, assequerentur, eos Michal mane in domum et in cubiculum Davidis introductos, artificio delusit. Quam igitur David in eo periculo versaretur, hanc precationem, qua Dei opem implorat, concepisse, et postquam in locum tutum pervenit, eam literis consignasse videtur. Sunt quidem qui inscriptionis fidem in dubium vocent, quod Vs. 6. vates Deum orat, ut in כל-גוים animadvertere velit, quod iis Davidis adversariis, quos inscriptio indicat, minus convenire videatur. Sed cf. not. ad Vs. 6. Syriaca translatio in Polyglottis hanc hujus Psalmi epigraphen exhibet: *אֲמַרְתָּ יְהוָה אֱלֹהֵי מִצְרָיִם כִּי מָצָא יְהוָה אֶת דָּוִד בְּעַלְמָו וְיָצָא מִן הַבַּיִת וְיָנֹחַ אֶת הַבָּרָא* *Cecinit David hoc carmen, cum percepisset, Saulum sacerdotes interfecisse. Historiam vide 1 Sam. XXII, 21.*

2. מִמְּחֻקְמֵי אֲשֶׁר־בֵּנֵי *Prae adversariis meis exaltes me, tutum me ab illis praesta, quasi in loco praealto et inaccessu constitutum, cf. Ps. XX, 2. De מְחֻקְמֵי vid. not. ad Ps. XVII, 7.*

3. De מְחֻקְמֵי אֲשֶׁר־בֵּנֵי vid. not. ad Ps. XXVIII, 3, atque de מְחֻקְמֵי אֲשֶׁר־בֵּנֵי ad Ps. V, 7.

4. יגברו עלי עוים. *Congregantur adversus me robusti, homines feroces et insolentes.* De violentia et etiam Genes. XLIX, 7. usurpatur. De verbo גבר vid. ad Ps. LVI, 7. J. D. MICHAELIS et h. l. *injuste agunt contra me* vertere mallet, cf. l. c. Syrus: **כחמיהו כחמיהו** et roborarunt contra me malitiam suam. Alexandrinus et Vulgatus: ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ, *irruerunt in me.* Sed Chaldaeus ut Ps. LVI, 7., **מהבשוין עלי לא פשעי** *Non ob delictum meum, sine culpa mea.* Subaudienda particula על, quam expressit Chaldaeus: **לא על סורחתי** *Non propter peccatum meum.* Ita congruit cum iis, quae proxime sequuntur: **בלי עון**. Alii subaudiunt verbum substantivum, et vertunt ita: *non delictum meum est, i. e. nullum delictum mihi potest imputari,*

5. בלי עון ירצו ויפוננו. *Absque culpa scil. mea, citra meam culpam, currunt, ultro citroque, tanquam occupatissimi in iis, quae ad meam faciunt perniciem, et praeparant insituta, in perniciem meam spectantia.* Alexandrinus et Vulgatus ita vertunt: ἀνευ ἀνομιᾶς ἐδραμον **לא קאטשׁפוננו**, *sine iniquitate cucurri et direxi,* ac si in Hebraeo **ואפני ארץ** scriptum esset. Symmachus: **μὴ οὐσῆς ἀμαρτίας ἐπιτρέχουσιν, ἵνα πατάξωσι με,** *cum iniquitas nulla sit, currunt, ut percutiant me,* quasi **ואפני** legisset. Sed recte Syrus: **לפי חמיהו חמיהו** *Sine iniquitatibus meis currebant contra me, et pararunt sese contra me.* Neque aliter Chaldaeus: **לא ערו דחשוין ומסדרין קרבא** *Antequam adsint iniquitates currunt et parant bellum.* Hieronymus: *Non egi inique, et illi currunt et praeparantur.* **עורה**, *Evigila!* vid. Ps. VII, 7. XLIV, 24. — **לקראתי** *In occursum meum,* ut amicus obviam solet ire supplicasque ferre amico impugnatō aut in fugam dato.

רָאָה *Et intuerere afflictionem meam*, vid. Ps. IX, 14. XXV, 18.

6. אֱלֹהִים אֲלֵהֶן צְבָאָה pro אֱלֹהִים צְבָאָה, prius enim accentus dirimit a צְבָאָה, ut regimen statuere non liceat; sed אֱלֹהִי subaudiendum est locis aliis, veluti 2 Sam. V, 10. 1 Reg XIX, 10. 14. Amos III, 13. V, 27. Cf. not. ad Ps. XXIV, 10. הַקִּיצָה *Evigila*, vid. ad Ps. III, 6. XXXV, 23. XLIV, 24. — לְפָקֵר כָּל-הַגּוֹיִם *Ad animadvertendum in omnes gentes*. Qualis precatio tamen huic loco minus convenire videtur. Cum quibus enim sit negotium poetae, mox ipse ostendit, adversus orbem terrarum; nunc quidem, nihil habet quod agat. Quem nodum alii aliter solvere tentarunt. HENSLE-
R'S in *den Bemerkungen* c. 104. Infinitivum לְפָקֵר pro Futuro תִּפְקֵר positum existimat, ut alias haud raro (vid. STORRII *Observatt. ad Anal. et Syntax. Hebr.* p. 421. seqq.), ut hic Versus nostri sensus prodeat: *Espergiscere! Tu, qui in totas gentes soles animadvertere, nec hisce parcus sceleratis, hostibus meis*. Verum haec interpretatio locum hic habere vix potest, quum Infinitivus לְפָקֵר manifeste de Imperativo הַקִּיצָה pendeat, et ellipsis durior statuenda foret, si לְפָקֵר pro אֲשֶׁר תִּפְקֵר positum esset. H. E. G. PAULUS in *Clavi* ad h. l. pro הַגּוֹיִם vult הַגּוֹרִים legi, i. e. *superbi, fastuosi, insolentes*, a גּוֹרָה *elatio, superbia*, Jer. XIII, 17. pro צְבָאָה, collato גְּאָזָם *fastus eorum*, infra Vs. 13. Verum illam punctorum vocalium mutationem, contra codicum omnium et antiquorum interpretum fidem factam, qui caute criticam exercent vix admittant. DE WETTE inde, quod hic הַגּוֹיִם כָּל-הַגּוֹיִם memorantur, colligit, hunc Psalmum adnumerandum esse his, qui contra totius populi Hebraei hostes, gentes exteras, auxilium a Deo petunt, nec rationem habendam esse ejus, quod Psalmi inscriptio indicat, facti, quod Davidem ad hasce preces impulerit. Attamen quum plura alia hujus Psalmi, veluti Vs. 3. 4. 5. 7. 8. 15. 16. tempori et causae, quam titulus indicat, bene convenient, non esse videtur.

videtur, cur illius veritatem in suspicionem vocemus. Nobis quidem recte videtur Kimchius sentire, Davidem vehementiore affectu concitatum, quum consideraret, nihil penitus iustitiae, etiam apud Israelitas, superesse, in haec verba erupisse: *evigila ad visitandum*, i. e. ad animadvertendum *in omnes gentes*, ut pro totius orbis iudicio orarit, quo qui obivis gentium mali exstant sint extinguendi. Alii per convitium exillimant מַיִסָּא vocari adversarios poetae qui quidem ortu Israelitae essent, barbarorum autem impietatem et in innocuos crudelitatem animo et moribus referebant. Cujusmodi usus nominis מַיִסָּא vix credo alia exempla extare. De verbo מִשְׁמַר, proprie *attendere*, considerare, observare, hinc, praeter alia, etiam *animadvertere in aliquem*, ut Jes. XXVI, 14. Jerem. XLVI, 25., vid. STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax Hebr.* p. 218. not. מִלְּחַן כָּל-בְּנֵי אֱוִן *Ne misere-re, ne parcas, ullius horum hominum pessimorum.* De verbo מִשְׁמַר vid. not. ad Ps. XXV, 3. Hoc loco participium nominascens collocatur in regimine, ita ut construatnr cum adjuncto *iniquitatis*, מִשְׁמַר; et vertendum sit *praevicatorum iniquitatis*, i. e. iniquissimi, ut supra Vs. 3. *homines sanguinum, sunt sanguinolenti, crudelissimi.* Cf. Jerem. XII, 1.

7. מִשְׁמַר לְעֵרֶב *Revertantur ab insidiis suis (Vs 4.) ad vesperam*, die inaniter consumto, re infecta. Respicere videtur ad sicariorum circa aedes suas praestolationem et insidias, a quibus aedibus altero die revertere et discedere cogebantur ob Davidem fuga elapsam. מִשְׁמַר כְּכֹלֵב *Tremant ut canis*, scil. femelicus, cibo diei quaesito destitutus. Verbum מִשְׁמַר, quod de quotibet strepitu proprie dicitur, hic ad canum ululatum transferri, res ipsa docet, quare Syrus recte verbo *عوم* et Arabs *عوم* ululans est usus. Alexandrinus cum Vulgato: *λιμώξουσιν famem patientur.* Sed BOEHARTO *Hieroz.* P. I. L. II. C. LV. F. I. p. 763. ed Lips., ubi multis de hoc loco agit

verili-

verisimile est, Graecum interpretem *μαιμάξουσιν*, *strepent*, scripisse. ויטובבו עיר *Et percurrant urbem*, canum famelicorum instar, qui victum quaerunt. De canibus urbes in terris Orientis magno numero percurrentibus, viduas alle u. neue *Morgenl.* P. IV. No. 834. p. 76. Sunt, qui verbum nostrum reddant in tempore praesenti: *red-eunt vespere* scil. ad me quaerendum et occidendum, *fre-munt*; etc. Verum eo, quo nos fecimus, modo verba accipienda esse, patet ex Vs. 15. et 16.

8. רעוה יביעון צפיהם *Eructant ore suo*, subaudi רעוה *mala, noxia*, quomodo integre haec phrasis habetur Provi. XV, 28. (פרי רשעים יביע רעוה); et sic in malam partem verbum נבע (de quo cf. not. ad Pf. XLV, 2.) usurpatur etiam Pf. XCIV, 4. יביעו ירברו עתק *Eructant loquuntur durum, ferocia*. חרבוה בשפתיהם *Gladii in labiis eorum*, sermones eorum adeo aculeati sunt et fauciantes, ut famam meam laedant. Cf. Pf. LV, 22. LVII, 5. — צימי שמע *Nam quis audiens?* h. e. nemo in ejusmodi calumniatores animadvertit, aut mendacia eorum refundit. Interrogatio affirmans negativum insert sensum, ut Pf. XIX, 13. XXXV, 10. Tacite videtur perstringere summi magistratus injusitiam, quod tales calumnias, injurias ac mendacia plane non curet et puniat; cf. Pf. LVIII, 2. Hinc Chaldaens: ארום מן די שמע ויהפרע *Nam quis est, qui audiat et ulciscatur?* Alii haec verba accipiunt *μυαυρωτός*, in persona hostium prolata, hoc sensu: propterea tam audacter me calumniantur, et omni injuriarum genere me afficiunt, quia ex ipsorum mente nemo, ne Deus quidem (cf. Vs. 9.) audit, multo minus in eos animadvertet. Quem sensum forsitan spectavit Symmachus: *ως ουδεις ος ακουοντος εβωω*, nec non Hieronymus: *quasi nemo audiat*, et Syrus: *et dicunt: quis audit?*

9. Cf. not. ad Pf. II, 4. XXII, 8. XXXVII, 13.

10. עוה אליה אשורה *Robur ejus*, scil. cujuslibet hostium, vel regis ipsius, quod attinet (Nominativus absolutus, de quo vid. ad Pf. XXXII, 10. XXXV, 13.), ad Te

Te attendam, i. e. vim hostilem non metuo, sed tuum exspecto auxilium. Sed infra Vs. 18., ubi eadem sententia repetitur, legitur ita: עָנִי אֵלֶיךָ אֲמֹרָה, quod ipsum et hoc Versu reponendum putarunt Michaelis, Doederlein, Koehlerus, alii. Consentiant ex parte versiones antiquae, עָנִי enim h. l. expriment omnes ne Chaldaeo quidem excepto, et habent sex Codices Kennicotti, et quatuor de Rossi. Sed אֲמֹרָה exhibent tantummodo Syrus et Arabs. Simile repetitionis exemplum vid. Pl. XLII, 6. 12. De מַשָּׁבּ vid. not. ad Pl. XLVI, 8.

11. אֱלֹהֵי חַסְדֵי יְקֻמְנִי *Deus gratias meae*, qui beneficus et misericors est erga me, qui tam clementer mecum egit adhuc, *praeveniet me*, cito mihi succurret, ante me sese sistet, tanquam protectorem, ictus declinantem. Secundum *Cethib* legendum est: אֱלֹהֵי חַסְדֵי, *Deum meum* quod spectat, *gratia ipsius ante vertit me*. Sic quodammodo Alexandrinus: ὁ Θεὸς μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με. Syrus חֶסְדֵי (ܚܫܕܝܐ) expressit, sed Chaldaeus חֶסְדֵי; recte, confer infra Vs. 18. et Pl. CXLIV, 2. — אֱלֹהִים יִרְאֶנּוּ בְּשָׂרָי *Deus videre me faciet*, cum voluptate conspiciendos mihi dabit, *osores meos*, debellatos et poena affectos. De verbo רָאָה, quod cum ב constructum, oblectationem solet inferre, vid. not. ad Pl. XXII, 18., cf. LIV, 9.

12. אַל-תִּהְרַגְם בְּן-יִשְׁכְּחוּ עִמִּי הַכִּי עֲמוּ בְּחַיִּלָּה *Ne interficias eos (statim יִרְי; ut Chaldaeus addit), ne obliviscantur populares mei*, sed *vagari eos fac per virtutem tuam*, i. e. fac potentia tua, ut vagentur paternis sedibus expulsi מִן בְּתֵירוֹן *a domibus suis*, ut bene Chaldaeus), tanquam infamiae spectaculum, cui iustitia tua ignominiae notam inussit. In miseris vivi conserventur, ut existet ad posteritatem etiam exemplum et monumentum in ipsis poenae, qua afficiantur calumniatores et qui opprimere innocentes student. Pro בְּן-יִשְׁכְּחוּ עִמִּי Alexandrinus posuit: μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου, et

et sic quoque Arabicus interpres. Vulgatus vero: *ne quando obliviscantur populi mei.* KOEHLERUS in *Repert.* P. IX, p. 64. ab Alexandrino τοῦ λαοῦ σου scriptum fuisse; (ut Aquila et Theodotio habent) suspicatur.

Syrus quoque *לֹא יִשְׁכַּח עַם יְהוָה*, *ne obliviscantur populi mei.* *וְהוֹרִימוּ* *Et deturba eos*, a felicitatis fastigio ad ima miseriae; cf. Ps. LVI, 8. Interpretantur hoc de disiectione ejusmodi, quae omnibus fortunis omnique dignitate eos exuat, et si et simplex dissipatio intelligi potest, qua dissipati et tanquam exules desinant esse factio. Prius illud tamen magis placet. *מִגִּבְרֵי* *Clypeus noster*, qui me meosque protégis ab omni periculo; vid. Ps. III, 4. VII, 11. XVIII, 3. 31.

13. [הַטָּאָה-פִּימוֹ הַבֵּר-שִׁפְחֵימֵו] Propositionis partes, sive subjectum et praedicatum, per synchysin sunt trajecta, ut sensus sit hic: *verbum labiorum ipsorum, est peccatum oris ipsorum*, quicquid suis proferunt labiis, nialum et perversum est. Hujusmodi transpositionis exempla passim obvia vid. Ps. V, 10. IX, 16. XIX, 2, XXXIX, 6. XLV, 7. Sunt, qui haec nectant cum verbo *יִשְׁכַּח* Va. 12.: *ne obliviscatur populus meus peccati oris eorum*; etc. Quod perquam durum esse, omnes vident. Nec magis facile est, quando alii haec jungunt sequenti *וְיִסְפְּרוּ*, *peccatum oris sui enarrant.* *וְיִלְכְּדוּ בְּגִאוֹתָם* *Ideoque capiantur*, constricti tanquam retibus, e quibus nequeant sese extricare (vid. Coh. VII, 26.) *in fastu suo*. Convincantur superbae elationis et contemptus Dei et hominum. Chaldaeus ante *הַטָּאָה-פִּימוֹ* particulam *עַל* subaudit, ut *וְיִלְכְּדוּ* sit convertivum: *מִכֹּחַ הַזִּכָּה פִּימֵהוּן וְיִסְפְּרוּ* *propter peccatum oris sui*; *וְיִלְכְּדוּ בְּגִאוֹתָהוּן* *et verbum labiorum suorum capientur in fastu suo.* *וְיִסְפְּרוּ* *Et propter maledictiones* in innocentes, quos immerito diris devovent, et *propter mendacia*; calumnias, quae enarrant, enunciant, spargunt, scilicet capiantur. Ante *וְיִסְפְּרוּ* pronomen relativum *הוֹרִימוּ* esse subaudiendum; docet

docet res ipsa, cf. Ps. LI, 10. LVIII, 5. 9. Sunt, qui hoc modo vertant: *ut de imprecationibus atque mendaciis suis narrent alii*; s. narretur, ut fiant fabula mundi; quomodo praefixum; de *sine* aut *eventu*; sicut Vs. 1. Ps. LXXVIII, 44.; ו autem de *objecto* accipitur; sicut non solum Alexandrinus et Vulgatus etiam habent: *et de execratione et mendacio annuntiabunt*; sed et NOLDIUS in *Concordanti. Particular.* p. 548. plura illius significationis exempla congerere voluit. Sed quum nullus locorum ab illo citatorum significationem istam extra dubium ponat; tutius omnino erit, illud ו *caussaliter* accipere; atque verba; ita, ut nos supra fecimus, interpretari. DATHIUS: *jaclant adeo sese perjuriorum suorum et mendaciorum*; putavit et is, ו *objectum* designare. Chaldaeus: $\text{וּמִן־מַעֲשֵׂי־שִׁקְרָא־וּמִן־מַעֲשֵׂי־זִמְיוֹן}$ quoniam ex perjurio et mendacio narrant. Syrus: $\text{וּמִן־מַעֲשֵׂי־שִׁקְרָא־וּמִן־מַעֲשֵׂי־זִמְיוֹן}$ quoniam maledictionem et mendacium confabulantur.

14. בְּלֵה־כֹּחַ *consumes*, perime, eos, quos adhuc descripsi; subaudiendum est $\text{וְאֵינֶם־יְהִי־וּם}$, ex sequenti $\text{וְאֵינֶם־יְהִי־וּם}$, *adeo ut non sint*, tit recte Chaldaeus vertit; adeo ut non supersint amplius inter vivos. Ne autem hoc sit contrarium ei, quod dicit initium Versus 12.: *ne interimas eos* rel.; ideo *conficere* seu *consumere* (בְּלֵה) hoc loco aliqui non interpretantur de occisione et interitu; sed de commodorum pristinorum; honorum et ornamentorum omnium detractioe et spoliatioe, ut desinant esse; qui fuerint; *ubi autem non sis, qui fueris, non est, cur vivere velis*; ut scribit Cicero. Sic בְּלֵה in hoc Versu nihil sit aliud, quam quod in Vs. 12. est $\text{וְהָרַדְתִּי־וְאֵינֶם־יְהִי־וּם}$ *dejice eos*; ubi vid. not. Alii vero servant hic simplicem significationem verbi hebraei et de occisione interpretantur. Ne autem sit contrarium imprecationi Versus 12., temporibus rem distinguunt, ut dicatur hoc: *interfice eos, nimirum post illas longas miserias, et longam veluti talem ipsorum, tandem eos tolle e medio, excruciatos,*
Tom. IV. N n n n vitae

vitae in miseris productione. Fortassis minus esset in-
 consentaneum sic existimare, quod, mutata sententia in
 commotione augete, simpliciter petat hoc genus pror-
 sus deleri. וְיִרְדּוּ בִּי-אֱלֹהִים מִשָּׁל בְּרִיעַקָב. *Ut cognoscant,*
 experimento ipso deprehendant, *Deum esse imperatorem*
in Jacobo, in Jacoby posteris. Opponi hoc quidam pu-
 tant Saulo, atque adulatorum ejus persuasioni fastuosae,
 qua se summum opinabatur in hoc populo regem, nul-
 lius legibus vel poenis subjectum. וְיִרְדּוּ בִּי-אֱלֹהִים מִשָּׁל בְּרִיעַקָב. *Usque*
ad limites terrae, h. e. dominium hoc Dei non angustiis
 Palaestinae includitur finibus, sed ad extremos orbis ter-
 minos protenditur, ut proinde ditionem Dei nemo possit
 effugere.

15. Cf. not. ad Vs. 7.

16. וְיִרְדּוּ בִּי-אֱלֹהִים מִשָּׁל בְּרִיעַקָב. *Ipsi vagentur*, hinc inde ober-
 rent, ut canes famelici solent, *ad edendum*, ad quae-
 rendum cibum, quem comedant. Lectio marginalis (קָרִי)
 est וְיִרְעוּ, *movebunt*; melior tamen est lectio textualis
 (כְּתִיב) in Kal, quum in Hiphil verbum לָרַע alias semper
 post se habeat accusativum, qui motionis objectum expri-
 mat, qui tamen hic deest; neutralis autem, seu intransitiva
 significatio, quae formae Kal est propria, optime quadrat b. l.
 וְיִרְדּוּ בִּי-אֱלֹהִים מִשָּׁל בְּרִיעַקָב. *Quando non saturati fuerint, et famelici*
pernoctaverint, i. e. noctem transigent famelici et palantes.
 Cf. Proverb. XIX, 23. *Timens Dei* שָׂבַע יָלִין *satur per-*
noctabit; impii itaque hic descripti pernoctabunt incoe-
 nati: Non multo diversus JARCHI: כִּאֲשֶׁר עָשׂוּ הַכְּלָבִים
 כָּל הַלַּיְלָה אִם אֵינָם שְׂבָעִים שִׁילִינוּ מִחוּךְ שְׂבָעָה וְיִשְׁנֶנּוּ
Sicuti faciunt canes, tota nocte vagantur, quando non
sunt saturi; etenim quiescunt illi et dormiunt propter sa-
turitatem. Aben-Efra censet לֹא geminandum, hoc sensu:
si non fuerint saturati, non dormient. Ita Syrus: *quae-*
rent cibum, nec saturabuntur. וְיִרְדּוּ בִּי-אֱלֹהִים מִשָּׁל בְּרִיעַקָב, *nec perno-*
ctabunt, s. pernoctandi locum invenient. KIMCHIUS parti-
 culam וְ ante יִרְדּוּ pro וְיִשְׁנֶנּוּ caput, et sensum facit hunc:
et si vagentur ad cibum quaerendum, non tamen satura-
bun-

duantur, quando hospitium ad pernoctandum quaerent, i. e. divertent ad hospitium incoenati. Alii vertunt $\text{וְאֵינֶם יְבִיחִים}$ *attamen*, hoc sensu: *quamvis non fuerint saturati, tamen ibunt cubitum*, ac si dicat David, hostes suos nihil profecturos, quum tota die erraverint ad quaerendum cibum, cogentur enim etiam tunc cubitum ire incoenati. Chaldaeus totum hunc Versum reddidit sic: $\text{וְהָיוּ יִשְׁלָחוּן לִמְצוֹן בְּזַחְלָהּ וְלֹא יִנְחִיחוּ עַד דַּי יִסְבְּעוּן וְיָבִיחוּן וַיִּגְאָבוּ$ *vagabuntur quaerentes praedam, ut comedunt, et non quiescent, donec saturentur et dormiant*. Nec aliter Symmachus: $\text{περιερχόμενοι πόλιν βεμβόμενοι, ἵνα μὴ ἀχορτάστοι ἀύλισθῶσι}$. Hi igitur omnes verbum וְיָבִיחוּ capiunt usitata *pernoctandi* significatione. Sed quum verbum וְיָבִיחוּ in Niphal semper et in Hiphil, quandoque denotet *murmurare prae impatientia* (veluti Num. XIV, 27. 29. XVII, 26. Exod. XVI, 7. 8. al.); sunt interpretes, qui et nostro loco vertant; *si non saturati fuerint, murmurent, s. murmurabunt*. Ita Alexandrinus: $\text{ἐὰν μὴ χορτάσθῶσι, καὶ γογγύσουσιν}$, quod Vulgatus et Hieronymus sequuti sunt.

17. $\text{וַיִּנְחַן אֶשְׂרָי עִנְיָי}$ *Ego vero* (ו) *adversative* est capiendum, ut supra Vs. 9.) *canam*, celebrabo *robur tuum*, quo me ab illorum vi liberasti. $\text{וְאֵת אֶתְרִי לְבָקֵר חֶסֶדְךָ}$ *Et alta voce cantabo bonitatem tuam*. לְבָקֵר *Mane* dicit, ut significet, se prima luce ad Deum celebrandum surrecturum, neque hac opera ulla alia sibi, ex diurnis et quotidianis, priores aut potiores futuras.

18. $\text{עֵינַי אֵלֶיךָ אֲמֹרָה}$ *Robur meum! tibi canam*. Verbum אֲמֹרָה alias nusquam cum אֵלֶיךָ constructum reperitur, sed vel mediante ל , vel nudo nominis Accusativo sequente; quare אֵלֶיךָ h. l. pro ל positum videtur. Alii vertunt: *de te canam*, ut Job. XLII, 7. *Non locuti estis, אֵלֶיךָ de me rectum*. In אֲמֹרָה Kimchius paronomasiam observat cum אֲמַרְתָּ supra Vs. 10., hoc modo explicandam: qui in te sperabam (Vs. 10.), nunc tibi *canam*. Quod a poetae Orientalis genio minime abhorret. Cf. not. ad Pf. XLIX, 13.

 PSALMUS SEXAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Superioris temporis cladibus atque calamitatibus publicis commemoratis Vs. 3 — 5., precibus suis ad Jovam conversus, petit ab eo, ut reconciliatus populo suo sanare velit vulnera regni, quae in ira sua inflixerit ei, Vs. 6. 7. Hinc, fretus promissionibus divinis, atque animatus victoriis a magna hostium parte jam reportatis, promittit sibi successum similem prioribus adversus hostes adhuc debellandos, oratque Deum, ut sibi auxilio sit, vanum namque esse sine illius ope auxilium hominum, Vs. 8 — 14. De carminis tempore et occasione vid. not. ad Vs. 2.

1. De למנצח vid. Prolegomm. Vol. I. p. LVI, de מנצח על-שמשן ibid. p. LXIV. seq.; et de מנצח ibid. p. XLVIII. seqq. Adjiçitur ללמד ad docendum, sive quod hoc carmen composuerit, ut doceret posteros, quae a se recta gesta essent; sive quod cantori praecipuo datus sit hic Psalmus, qui ceteros inferiores doceret. Nam quum in viginti quatuor vices distributi essent cantores, ex his aliqui

aliqui peritiores erant, aliqui non aequè periti, qui a peritioribus illis docebantur, vid. 1 Chron. XXV, 7. 8.

2. בַּהֲצִיחֹו In certando ipsum, i. e. dùm certaret, dum bellum gereret. Arabibus a ناصية, *antiae promicantes*, verbum ناصى notat *antias* alicujus *prehendere*, atque in Conjug. III. *invadere alicujus antias*, et proprie de iis dicitur, qui, *antiis mutuo correptis, decertant*, id quod ex Arabum Philologis docuit N. G. SCHROEDERUS in *Observatt. Selectt. ad Origines Hebraeas*, Cap. VII. p. 180. Unde elucet vera vis usus Hebraei, etiã Chaldaeis et Syris notissimi, quo נצה et הצה *acriorem contentionem, rixam, atque pugnam* dictam inde נצה et הצה, notant. Prius, נצה, formam passivam habens, proprie valet, *antiis correptus est*, posterius הצה, cui forma transitiva est, *instituit antiarum correptionem*. Utrumque potissimum de *rixantibus* usurpatur, qui, inter *mutuas crinium correptiones et pulsiones*, verbera et ictus sibi mutuo infligunt, sic Exod. II. 13. XXI, 22. Deut. XXV, 11. 2 Sam. XIV, 6., quo postremo loco נצה de duorum fratrum inter se pugnantium adeo acri conflictione usurpatur, ut eorum alter ictibus lethalibus occumberet, Non mirum itaque, verbum etiam ad *conferentes manum cum hoste et acie confligentes* transisse, ut nostro loco et Jes. XLI, 12., נצחוּ, *pugna*, quasi *correptio antiis* facta, et מלחמה, *praelium*, proxime conjungantur. Conferri potest de hoc verbo D. KOSNERUS in *Vindiciis Textus Ebraei Esaiæ Vatis* (Bernae, 1786. 8.) ad Cap. XXXVII, 26. p. 216., atque J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1665. seq. Male h. l. Alexandrinus atque Vulgatus reddiderunt: ὁπότες ἐνεπύρισε, *cum succendit*, ac si esset נצחיתו, a יצח, *incendit*, quomodo verba נצה et הצה Alexandrinus et Thren. IV, 15. inter se confudit. אֶת־מִצְרַיִם נִצְחָה Cum Mesopotamia, vid. de hac appellatione not. ad Genes. X, 22. et XXIV, 10., atque J. D. MICHAELIS *Spicileg. Geograph. Hebraeor. exterae*.

T. II. p. 117 — 120. *וַיֵּרָא אֶת-מִצְרַיִם מִצְבָּה* *Et cum Syria Nesibena.* *מִצְבָּה* live, ut nonnumquam Syriaco more scribitur, *מִצְבָּה*, esse *Nisbin*, Syris eodem nomine *ܢܝܨܒܝܢ* dictam, pluribus ostendit J. D. MICHAELIS in *Commentat. de Syria Sobaea* (duodecima earum, quae ab illo in Societ. Scientiar. Goetting. per annos 1763 — 1768. praelectae, junctim prodire Bremae 1769. 4. p. 67. seqq.) Erat autem Nesibis Davidis tempore regis praepotentis sedes, in cujus obsequiis et alia Mesopotamiae regna (2 Sam. X, 16. 19.). Cum rege illo gravia bella gessisse Davidem, constat ex 2 Sam. VIII, 13. seqq. X, 6. seqq. Illorum historiam illustravit J. D. MICHAELIS in singulari Commentatione, superiori de Syria Sobaea subjecta, p. 71. seqq., imprimis §. XII. XIII. p. 82. seqq. *וַיִּשָׁב וַיִּצָּב וַיִּמָּח וַיִּמָּח* *Et reversus est Joab et percussit Edomaeos*, i. e. iterum percussit, vel aliam, praeter Syrorum, obtinuit victoriam. Hujusmodi verbi prioris per adverbium exponendi idiotismus Pf. VI. 11. XLV, 5. LI, 4. Alii, verbis pressius adhaerentes, sic vertunt: *et reversus est Joab* scil. ex Syria ad domandam Idumaeam. Idumaei Nesibenorum in bello contra Davidem socii erant, vid. 2 Sam. VIII, 13. (ubi tamen in libris editis male *מִצְרַיִם* legitur pro *מִצְבָּה*, ut ponendum esse patet ex Vs. 14. atque ex loco parallelo 1 Chron. XVIII, 12, nec non versionibus antiquis) *בְּגִיא-סַלִּים* *In valle salis*. Sunt quidem in Syria Arabiae plures valles eo nomine dignae, quod exsiccatae, quae in illis restagnerant, paludes, stratum salis relinquunt; hic vero, ubi de pugna cum Idumaeis, ea vallis intelligenda videtur, quae mare mortuum ambit, salis illa officina naturalis, toti Palaestinae sufficiens, urbe quoque illo in tractu sita proprio nomine *עִיר-הַמֶּלַח*, *urbs salis* dicitur, Jos. XV, 62. Cf. YSER. VAN HAMELSVELD *Bibl. Geographie*, P. I. p. 402. vers. german. Sic vero ait MICHAELIS l. c. p. 87. res gesta videtur

tur: quo tempore in Arabia et ad Euphratem cum Damascus et Nesibenis Davidès pugnahat, ipsam a tergo Judaeam invaserunt Idumaei, Hierosolymae imminentes, quam magno metu adflarunt. Ingens tumultus, ut ex Psalmo LX. intelligitur, sed uno proelio debellatum. Partem enim exercitus, incertum, Joabo an Abisaeo duce, in Palaestinam reverti David jussit, eaque Idumaeos, cum vix unius diei aut bidui itinere Hierosolyma abessent, tanta clade affecit, ut totius gentis servitus consequeretur. — — Davidi victoriam tribuit Samuelis liber, Joabo Psalms sexagesimi titulus, Paralipomena Abisaeo. Nec inter Samuelis libros et reliquos duo testes pugna: Davidi enim, ut regi, hic haberi honor potest, licet ipse praefens non esset, quod ejus pugnatum est auspiciis; Joabus ergo et Abisaeus de hac laude contendant, vitiosa forte alterutra lectione; aut titulo Psalms sexagesimi recentiore, ac per errorem, Joabum, cujus nomen magis mobilitatum erat, pro Abisaeo ponente. In Syriaca certe versione, quaeque ex illa facta est, Arabica Maronitica, titulus Psalms omittitur, neque inscriptionibus Psalms certa ubique fides. Quae si excusatio displiceat, titulumque Psalms et omnes ejus literas, atque apices in clientelam suscipere necesse sit, ductu Joabi pugnatum dixerim, sed Abisaeo, quod ejus maxime virtute parta victoria sit, a Chronicorum scriptore eam tribui. שָׁמַיִם עֶשְׂרִי אֶלֶף *Duodecim millia.* Sed 2. Sam. VIII, 12. et 1 Paral. XVIII, 12. caesorum numerus dicitur XVIII. millia fuisse; incertum, utrum errore librariorum, an varie, ut saepe majoribus in praeliis fieri solet, numeratis caesis; cum his enim, qui in acie ceciderunt, in fuga caesi, prouti lubet, connumerari, aut omitti possunt. Quod si igitur post illam victoriam est scriptus Psalms, nimirum in apparatu belli ad conficiendas reliquias hostium scriptus erit. Syriacae quidem victoriae nulla disertata mentio carmini inest; sed paene plus spei et precum habet, quam gratiarum actionis et rei, — Sunt, qui huic inscriptioni ita

ita omnem fidem denegent, ut carmen, quod sequitur, ad alia plane tempora, quam quae in illa sunt indicata, referendum existiment. Et alii quidem, ut Hubigantius, Venema, Dathius, Psalmum ad initia regni Davidici referunt, illumque compositum existimant a Davide, postquam ab omnibus tribubus rex esset electus; alii vero, ut Rudingerus, ad Machabaica tempora referunt, et ad eas quidem historias horum, quae sunt descriptae 1. Macc. IV. V., quando post Encaenia Judas excurrit in Iudaeam, et contra Ammonitas; ac postea Simo, frater Judae mittitur in Galilaeam, et cum Jonatha fratre transit Jordanem, atque post multas victorias copias suas in Judaeam reducit. Quae conjectura et de Wettio placuit. Mibi quidem minime videtur opus esse, Hebraeam inscriptionem sollicitare, cui certe traditionis a majoribus acceptae autoritas denegari non poterit. Quam bene autem omnia hujus Psalmi Davidi convenient, ostendent notata ad Vs. 3. 8. 9. 10.

3. אֱלֹהִים וְנַחֲתָנוּ *Deus, qui irato in nos animo fuisti, iratum te in nos ostendisti.* Subaudiendum esse post אֱלֹהִים pronomen relativum אשר, colligitur e contextu, qui hoc verbum et duo, quae proxime sequuntur, ad circumscriptionem nominis invocandi docet adhiberi, hoc sensu: Tu, qui adhuc nos castigasti, nos reficias! Verbum וְנַח, ut Arabum رنج proprie *rancidum esse*, hinc, ad animum translatum, significat *iram, indignationem, odium*, praesertim grave, diuturnum, et inveteratum. Quae metaphora in aliis quoque pluribus, eandem, vel similem notionem habentibus, verbis, usu recepta est. Ita רנן, *rancescere*, ut رنج Arabum, ad *affectum malignum, odia et iras* translatum esse, observavit A. SCHULTENS in *Comment. ad Proverb. XVIII, 8.*, ubi et produxit حشيش, *rancor, de malevolentia*, et odio maligno, et حشيش, *rancescens, de percito iraoundia*, et acrius

suc-

succensente. Addit N. G. SCHROEDERUS, qui in *Observatt. ad Orig. Hebr.* Cap. V. verbi hujus indolem variasque significationes optime exposuit, §. XVII. pag.

83. seq., ^{عَفِرَ} *rancidus fuit, et hinc male affectus fuit*

animus, item verba ^{أَصْنَى}, ^{سَاحَسَ}, ^{أَلَّ}, *quae contra a corruptionis et foetoris notione ad iram et inimicitiam exprimendam transferri solent. Eodem sensu rancorem usurpari ab HIERONYMO in Epistola 66. ad Rufinum, atque a Franco-Gallis rancoeur et rancune, pro ira et odio inveterato, observavit idem Schroederus l. c. Sic igitur et h. l. זָרַח non multum diversum erit ab אָנַפֶּה, quod proxime sequitur. פָּרַצְתָּנוּ Qui perrupisti nos, h. e. haud leviter concussisti, nosque ut aries murum perrupisti, haud mediocri ruina facta. Sic verbum פָּרַץ (coll.*

Arab. ^{فَرَسَ}, *secuit, fudit, laceravit*) de murorum disturbance usurpatur Pf. LXXX, 13. LXXXIV, 41. Cohe. X, 5, / Jel. V, 5, quare et h. l. Alexandrinus ^{καρτερλας}, *dejecisti*, posuit. De violenta exercitus dissipatione hoc verbum dicitur 2 Sam. V, 20. 1 Paral. XIV, 11. Notetur h. l. ἀσυνδετον, אָנַפֶּה, פָּרַצְתָּנוּ, זָרַח quod emphasi carere non videtur, cujusmodi exemplum Exod. XV, 9. *Dixit inimicus: persequar, apprehendam, dividam praedam.* Jud. V, 27. *Incurvavit se, cecidit, jacuit.* Ex iis, quae hoc et sequentibus Versibus dicuntur interpretes fere colligunt, Hadadezeris, regis Nesibeni, exercitum insigni aliqua clade, et si hujus rei in historia non fit mentio, Israelitas affecisse. Sed videntur potius haec referenda ad interna bella, primum per bienne regnum Sauli, qui persequendo Davidem factionibus regnum complevit, donec tandem caesus a Philisthaeis, cum magne strage populi, et ipse sublatu fuit, et multa regni loca hostes occuparent, etiam vacuas civitates multas, ex quibus

bus incolae diffugerant (cf. 1 Sam. XXXI, 7). Quibus addamus post mortem Sauli septennium totum, quo Hebrone rex Judae fuit David, nam illud ferme totum bellis civilibus cum Sauli filiis consumtum fuit; et dicit Historia diserte (2 Sam. III, 1.), longum bellum fuisse inter domum Sauli et Davidem, donec tandem sublato Isbofetho, regnum etiam Israelis ad eum delatum fuit. Neque enim biennio tantum regnasse Isbofethus videtur (2 Sam. II, 10.), sed, ut Hebraei interpretantur, per septennium Hebronicum Davidis (2 Sam. II, 11.), quum mox post mortem Isbofethi David rex Israelis unctus fuerit (2 Sam. V, 1 — 5.). Ita igitur per annos continuos novem aut circiter valde calamitosa fuit terra, et regnum lacernum, donec sub initia occupati universi regni, a Davidis victoriis, rediret tranquillitas. Sicut igitur regnum scissum coaluit sub Davide, ita tribus primis hujus Psalmi Versibus peti videtur, ut vulnera etiam et hiatus ejus coalescant. *השׁוּבָה לָנוּ Resicies, vel resice, nos, h. e. nos animi velut deliquium passos, mortisque proximos, in vitam reduc, sana, exhilara.* Futurum, *השׁוּבָה*, pro Imperativo, ut Vs. sequ., Pf. V, 4. 12. et saepius. De verbo *שׁוּבָה*, *reverti, in Piel reducere, scil. spiritum, recreare*, vid. not. ad Pf. XXIII, 3. Alii: *converte te ad nos*; sed hujus reciproci significatus nullum extat exemplum.

4. *הַרְעַשְׁתָּהּ אֶרֶץ פְּצוּתָהּ Intempe feceras terram et dehiscere eam*, imago poetica a magno terrae motu petita, ubi sursum deorsum omnia aguntur, ubi montes corruunt, ac terrae labes fiunt. Eadem imago etiam alias ad ingentes motus bellicos adhibetur, vid. Pf. XVIII, 8. Hag. II, 6. 7. Ezech. 16. Verbo *פְּצָה*, quod hoc tantummodo loco occurrit, Hebraei interpretes tribuunt notionem *פְּצָה*, *diffisionis*. Recte, consonat enim Arabum *فَصَم*, *fregit sine partium separatione*. Chaldaeis quoque *perfringendi discindendique* notione usitatum est, po-

niturque in Chaldaica versione Jerem. XXII, 14. pro Hebraeo קרע. Chaldaeus h. l. נִדְרַקָּה יָהָה *et discidisti eam*. שָׁנָה פִּי-מָמָה רָפָה שִׁכְרִיהָ פִּי-מָמָה *Sana fracturas ejus, nam vacillat; ruinam minitatur nostra res publica; restitue igitur ei integritatem.* Metaphorice terra tanquam saucius homo sistitur, cui ossa sunt fracta, ut proflus sit impotens, atque ad fortiter agendum plane ineptus. Nomen שִׁכְרִיהָ de *fractura ossis* usurpari solet, ut constat ex Levit. XXI, 18. XXIV, 20.; hinc ad afflictionem ruinamque etiam aliam, sive hominis, sive populi, gravem refertur, ut Proverb. XVI, 18. XVIII, 12. Jer. XXX, 26. Jerem. IV, 6. 20.

5. הִרְאִיתִי עִמָּךְ קֶשֶׁה *Ostendisti populo tuo durum, experiri et perpeti fecisti populum tuum; mala multa et gravia, quomodo verbum הִרְאִיתִי Hebraeica saepius usurpari solet, vid. Pf. IV, 6. XXXIV, 13. Cohel. I, 16. II, 1. הִרְעֵלָה יַיִן הַשְׁקִיחֵנוּ יַיִן הַרְעֵלָה Potasti nos vino temulentiae.* Tro-
pus Orientalibus perquam familiaris. Dicitur autem *vinum* aut *calix*, e quo bibitur, in utramque partem, ad bona et mala, quae quis suscipit aut patitur, indicanda, veluti Jer. LI, 17. 22. Jerem. XXV, 15. (vid. GLASSER *Philol. S.* ed. Dath. p. 1212.). Significatur itaque h. l., Denique populum Israeliticum aerumnis et calamitatibus affecisse, quae eum vehementiores sint, animum obturbant, ut, qui eo vino sit ebrius dolore pressus jaceat, nec quid consilii capiat, expedire possit. Unde Alexandrinus οἶνον κατὰ πόνον posuit, quod non est *vinum compunctionis*, ut Vulgatus vertit, sed *vinum altum saporem inducens*, ut Aquila habet, οἶνον κερῶσεως, *vinum soporis* atque gravedinis, et Hieronymus: *potasti nos vino, consopiente.* A verbo הִרְעֵלָה (Nah. II, 4.) *tremuit*, quae significatio Aramaeis perquam usitata, הִרְעֵלָה apte ad *temulentiam* adhibetur. Propriam vocis notionem bene Symmachum expressit: οἶνον σάλου, *vinum agitationis*, quod fluctuare cogit ebrium, atque in orbem rotare, ut rebus agendis plane sit ineptus. Alii vertunt *vinum horroris*, i. e. maximo
nos

nos perculisti horrore. - Chaldaeus: חמר] דלנט, *vinum maledictionis*. Ceterum nomen יין positum est in flatu absoluto pro constructo יין, aut concise dictum pro יין חרעלה *vinum*, *vinum* nimirum *tumulentiae*; ut, 1 Reg. XXI, 27: לחץ ימים לחץ *cibus oppressionis et aqua oppressionis*.

6. בַּחֲמַה לִירֵאִיָּה בַּסֵּ. *Da cultoribus tuis vexillum ad elevandum*, h. e. ipse tuis in bellum proficiscentibus, vexilli instar, i prae, ut a Te ducti imperterrite invadant hostes eosque excidant; milites enim, quamdiu vexillum vident praere, bono sunt animo, idque impavidae atque a facres sequuntur. Praeteritum בַּחֲמַה in Imperativo vertendum, ut saepius (vid. not. supra ad LVI, 9.), precantis enim haec verba esse, totus tum antecedentium, tum consequentium contextus docet. Quod se se erigeret et sublato oculos feriret, sicque eos ad se ipsum vocaret ac recolligeret, praesidio tuo fruituros. Alii *vexillo* Davidem existimant indicari, atque haec verba sic explicant: dedisti me populo tuo regem, ad quem pii, veluti ad vexillum erectum respiciunt, ejusque ductum sequuntur, et contra hostes animose expeditiones suscipiunt feliciterque pugnant. Sed prior ille sensus multo aptior videtur, מַפְנֵי קֶשֶׁת *Propter veritatem tuam*, ut veritati promissionum tuarum sua semper constaret integritas. Conjungenda haec sunt non cum proximo להחנוקס, verum cum remotiori בַּחֲמַה מַפְנֵי. *Ob respectum*, h. e. propter, ut Exod. IX, 11, Jerem. VII, 12. XLIV, 23., unde Chaldaeus recte h. l. מן בגלל, et Aben-Esra interpretatus est. אמתה קשט, *veritatem tuam*, explicat; affixum enim subaudiendum, ut saepius, veluti Ezech. VII, 9. *Cognoscetis, quod ego, Dominus מכה percutiens* (vos); et Pf. XCI, 4. *Clypeus tuus ac parma tua*. Nomen קשט, quod semel tantummodo praeter h. l. extat (Prov. XXII, 22.), *veritatem* notare, Chaldaica docet atque Arabica dialectus. Unde et Chaldaeus h. l. מן בגלל קושטיה דאברהם, *propter veritatem*.

ritatem Abrahami posuit, quod tamen non de promissis, Abrahamo datis, sed de Abrahami virtute, illum intellexisse, constat ex Vs. 7., ubi habet: *propter innocentiam Isaac.* Alexandrinus vocem לְהַחֲזִיק retulit ad verbum נָס , *fugere*, שָׁק vero confudit cum שֶׁק , *arcus*, (Aramaeis quoque שֶׁק est *jaculari*, unde קִשְׁטָנִיחַ , *arcus*), unde hanc produxit interpretationem: $\text{τὸ Ὀυγαῖν ἀπὸ προσώπου τοῦ τόξου}$. Quod sequutus Symmachus: $\text{εἰς τὸ ἐκὸυγαῖν ἀπὸ προσώπου τοξέματος}$, Vulgatus et Hieronymus: *ut fugerent a facie arcus.* Syrus, sensum correcturus, addit particulam negativam, hoc sensu: *ut ne fugiant a facie arcus.* Alexandrini interpretatio placuit Dathio, qui Versum hunc sic verit: *Tui cultoribus vexillum erexisti, ut eo ab arcibus hostium confugiant.* Sententia, si quid video, parum apta poetae consilio; qui non salvam fugam suis precatur, sed gloriosam victoriam.

7. $\text{לְמַעַן תִּלְצַחַן יְדִירִיךָ הוֹשִׁיעָה יְמִינְךָ וְעֲנֵנִי}$. *Ut eripiantur dilecti tui, scil. vexillum erigas; serva dextera tua, et exaudi nos.* Ante יְמִינְךָ subaudiendum praefixum ב , ut Pf. CVIII, 7. CXXXVIII, 7. Ad הוֹשִׁיעָה vero pronomen suffixum repetendum est ex עֲנֵנִי , pro quo Keri habet וְעֲנֵנִי *et exaudi me*, preces fundentem. Alii duo hujus Versus membra hoc modo jungunt: *Ut igitur liberentur*, ideo nunc *serva nos dextera tua*; ut particula לְמַעַן a sequentibus pendeat; ut Ezech. XXI, 13. 20.; alias tamen fere semper ad praecedentia respicit, vid. e. g. Pf. IX, 13. LXXVIII, 6. Ceterum iisdem paene verbis hic Versus et proximi repetuntur Pf. CVIII, 7. seqq., ubi not. vid. Cf. G. B. REDDINGII *Observatt. de Psalmis bis edit.* p. 72. 76. seqq.

8. Confirmat animum Davides, aut qui sub ejus persona loquitur, poeta, oraculo, quod olim acceperat, fore, ut non modo regno Hebraeorum potiretur, sed etiam exteris gentes sub imperium suum subjugaret. מְלִיכִים דָּבָר
 בְּקָדְשׁוֹ

בְּקָרְשׁוֹ *Deus locutus est per sanctitatem suam*, i. e. sancte
 promisit, ut Am. IV, 2. et Ps. LXXXIX, 36. habetur
 נִשְׁפַּע בְּקָרְשׁוֹ. Verbum בְּקָרְשׁוֹ h. l. de *promissione* intelligen-
 dum, ut Genes. XXI, 1. Deut. IX, 28. Ps. LXXXVII, 3.
 Verbum אָמַר quoque eodem sensu saepius adhiberi, obser-
 vavimus ad Jes. XXXVIII, 15. Nomen בְּקָרְשׁוֹ quidam
 putant elliptice positum pro, *in palatio sanctitatis suae*,
 ut Ps. V, 8. LXXI, 1. dicitur, vel *in habitaculo sancti-
 tatis suae*, ut Exod. XV, 13. Deut. XXVI, 15. Ita h. l.
 Chaldaeus בְּבֵית סְקָרְשׁוֹ *in domo sanctitatis suae*. Eodem
 modo בְּקָרְשׁוֹ usurpatum volunt Ps. CL, 1.; *sanctuarium*
 enim alias סְקָרְשׁוֹ dici constat. In iis, quae jam sequun-
 tur, minime Deus loquens inducitur, ut nonnullis visum
 est; illa enim non Deo convenient, sed personae Davidis,
 qui quae sibi Deus fecerat, ut et in posterum fiduciam
 suam alat, gratulabundus memorat. אֲחִילְקָה שְׂכֵם וְעַמֵּק
 סִכּוֹת אֲמָרִי *Divisi Sichem et metitus sum, vallem Succoth*.
 Haec loca fortis Ephraimi fuerunt, in quibus Abner, prin-
 cept exercitus Sauli, regem constituerat Isbosethum,
 filium domini sui (2 Sam. II, 8. 9.), eoquē minus
 quam alia cessura ipsius imperio credebantur. Hinc est,
 quod nominatim eorum meminit, quo simul ostendere
 voluit, nulla ratione impediri potuisse quod sibi desti-
 nasset Deus. *Dividere et metiri* dixit pro posside-
 re jure haereditario, quod eo jure possidenda primum
 dividantur et dimetiantur. — אֲחִילְקָה Igitur *exultō*; sub-
 audiendum est לִכְן, ut Thren. III, 42. — שְׂכֵם, *Sichem*,
 urbs in tribu Ephraim sita, Jos. XVII, 7. XX, 7. XXI,
 21. Aliis שְׂכֵם hic est nomen appellativum, *portio* (qua
 significatione legitur Genes. XLVIII. 22.), quam h. l. de
 portione praedae intelligunt. Ita Chaldaeus, qui tamen
 utramque interpretationem jungit: *dividam praedam cum
 filiis Ioseph, habitantibus in Sichem. Vallis Succoth*,
 עַמֵּק סִכּוֹת sive *planities*; ut Chaldaeus h. l. vertit (cf. Gen.
 XIV, 3. 10. 17.), non amplius sit mentio. *Succoth* au-
 tem fuit civitas in tribu Gad, trans Jordanem, non pro-
 cul

cul à mari Genesareth sita, Jos. XIII, 27. Jud. VIII, 4. 14. Meminit autem locorum cis et trans Jordanem florum, ut dominium totum super Israellem describeret, q. d.: regiones cis et trans Jordanem mihi parent, et pro arbitrio cum eis agere possum. Cf. YSER. VAN HAMELSVELD, *Bibl. Geographie*, P. II. p. 385. vers. germ.

9. מְנַשֶּׁה לִי גִלְעָד וְלִי מַנַּשֶּׁה *Mihi est, i. paret Gileaditis et mihi Manasse*, trans et citra Jordanem, Jos. XIII, 29. seqq. et XVII, 1 — 18. Mentione tribuum quarundam per synecdochen facta, includuntur etiam reliquae iisdem vicinae. Kimchi eo, putat respici, quod Abner Isbosethum regem fecerat terrae Gileaditidis, 2 Sam. II, 9. — וְאֶפְרַיִם מְעוֹז רֹאשִׁי *Et Ephraim robur capitis mei*, i. e. Ephraimi, prae ceteris populosa ac potentis tribus (Jos. XVII, 17.), quae etiam regnum postea sibi affectavit, viribus ac fortitudine bellica non parum confido; instar galeae, caput a telis ictibusque defendentis, munimentum mihi praestat. Alii ad cornuum metaphoram putant respici, q. d. Ephraimo, quali cornu capitis mei, concutiam hostes; cf. Genes. XLVIII, 19. Deut. XXXIII, 17. Quicquid sit, firmamentum regni praecipuum hac phrasi describitur: imo sub tribu hac populosissima etiam reliquas cis Jordanem habitantes tribus indicari, improbable non est. Potissimum vero ad hunc locum illustrandum facere videtur, quod 1 Par. XII, 30. 31. tribus Manasse et Ephraim, quae sub Sauli et Isbosethi imperio fuerant, una cum ceteris tribubus ad Davidem Hebronem venisse narrantur et conjunctis cum ceteris sententiis regem eum Israeliticum creant. Venit autem Ephraim, ut illic dicitur, cum viginti millibus et octingentis viris, fortibus et bellicosis, unde hanc tribum recte *robur capitis sui*, i. e. suum, dicere potuit. In verbis וְיְהוּדָה מְדַבְּרֵי explicandis dissentiunt. Plerique sic vertunt: *Juda est legislator meus*, quod hoc modo interpretantur: ex tribu Juda sapientes mihi suppetunt viri, ad regendum populum. אוֹרְחֵי דְעָרֵינוּ *decernunt*

nunt justitiam (Prov. VIII, 15.); vel, p̄r prudentes ex hoc tribu viros exerceo imperium. Hoc significato haec vox usurpatur Jesh. XXXIII, 22. *Deus judicat nos, Deus est* אלהים. Alii affixum י ad אלהים explicandam censent per praepositionem separatam ל, ac si ita scriptum esset: אלהים לי, *mihī est Juda tribus legislatrix*, s. princeps, quae quidem interpretandi ratio mihi magis placet. Videtur hoc dicere: Judam esse totam suam, quae inter reliquas tribus emineat; propter stirpem in hac regionem. Forasan allusum ad Genes. XLIX, 10. Nec ineptum esset; אלהים, h. l. pro *praefecto militari* accipere, quemadmodum accipiendum est Jud. V, 14. ubi ex Machir descendere dicuntur אלהים; *vepillarii*, ut SCHNURREBUS vertit, cujus nota ad locum illum digna est; quae legatur in *Dissertat. Philologico-Critica*. p. 34. 35. Eodem significato אלהים Deut. XXXIII, 21. usurpatur. HENSLERO ad h. l. est *sceptrum ducis (der Führerstab)*, ut Genes. XLIX, 10., ubi אלהים et אלהים sibi respondent, ut Davides hoc dicat, tribum Judae sibi esse sceptri instar.

10. אלהים סיר רחמי מואב *Moab olla lotionis meae*, ac si diceret, *serviet mihi pro vilissimo mancipio*. אלהים סיר *vas in quo sordes eluuntur*, cujusmodi est *pelluvium* Festi, vel quod Cato appellat *labrum eluacrum*. Licebit uti hoc proverbio in eum, quem contemnimus; ita *matulae* vocabulo usus est Plautus [*Persa* Act. IV. Scen. 3. Vs. 64. et *Mostellar.* Act. II. Scen. 1. Vs. 40.]. Graeci vertunt: Μωαβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου, *Moab olla spei meae*, tanquam dicas: *mea sperata servitia*. Nam אלהים *sperare* in lingua Chaldaeorum. DRUSIUS *Proverb. Class. II. Lib. III. Prov. 65. Syrus recte: Moab lotio pedum meorum*. Gentem Moabiticam a Davide in servitutem fuisse redactam, dicitur 2 Sam. VIII, 2. 1 Chron. XVIII, 2. אלהים אלהים אלהים אלהים *Super Edom projecio calceum meum*; mihi Idumaea subjecta est. Uti apud Romanos *manus injectio* jus domini in re capienda et vindicanda, quam

quam agnoscit suam, significabat, ita apud Hebræos idem jus calcei injectione significatum videtur. Cf. Rut. IV, 7. et *das a. u. n. Morgent.* P. III. No. 483. p. 70: seqq. Quo pertinet, quod uxor fratris vidua, si frater superflus recusat eam ducere, eruit ei calceum, in caeremonia veteri Deut. XXV, 9; qua ostendit, se esse liberam a fratre mariti, et nubere ei licere, cui velit. - Chaldaeus sensum verborum על-ארם אשליך נעלי ita expressit: *super juncturam cervicis fortium Idumaeorum* בליךי ארם injecti, s. *imposui calceum meum*, ut victores agere solebant in devictos, vid. Jos. X, 24. et cf. infra Vs. 14: Davidem Idumaeos sibi subjecisse; et in eorum urbibus minnitis sua collocaisse praesidia; narratur 2 Sam. VIII, 14. 1 Chron. XVIII, 13. Alii: *projiciam Idumaeae calceum meum*, ut eum mihi ferat, vel purget, ut viles servuli solent, conferant Matth. III, 11. Act. XIII, 25. 1 Reg. XIX, 19. quorum locorum tamen plane alia est ratio. Syrus habet:

על ארם אשליך נעלי, quod Erpenius vertit: *super Edom projiciam calceos meos*; sed verti etiam potest: *super Edom solvam calceos meos*, tanquam super scabello. Ratione nova hunc locum interpretatus est HENR. SYPKENS in *Observatt. Miscellan. in selecta F. T. loca.* (Praef. N. G. SCHROEDER.). Groening. 1761. §. VII. seqq. (in *Sylloge Dissertatt. sub praesid. A. et J. J. Schultensi*, atque N. G. Schroederi defensor. Vol. II. p. 942. seqq.). Nomen ספי *spinæ*, verbum נחץ autem *conculcandi* significatione accipit (coll. Arab. *فخس vilis pretit fuit*), *spinarum* autem figura *hostes* frequenter indigetari ab Arabibus observat. Unde vertit: *Moab est spina conculcationis meae*, i. e. contusa et conculcata; plurali autem: *in Idumaeam immitto calceum meum*, significari putat, Davidem, uti gentem Moabiticam; ita et Idumaeam, veluti spinam, immisso quasi calceo, ita conculcasse, ut non amplius nocere, et suis quali aculeis Israelitas laedere valeat. Omitto interpretationa plura alia, quae

collecta atque perpensa legi possunt in ANT. BYNARI de *Calceis Hebraeor.* L. II. Cap. VIII. p. 351 — 367. Cf. REDDINGII *Observatt.* p. 79. 80. עלי פלשה ההרוועי De me, o Philisthaea! clangorem ede! i. e. acclama mihi Jo victoriae, ut de qua non dubito, quasi jam victam habeam. Imperativus suadentis et consulentis, q. d. gratulare tibi de novo rege, mihiq. domino tuo adplaudere potius, quam ut diutius relucteris, ne duriora etiam experiri cogaris. Respici videtur eo, quod Palaeolini Israelitis multum pugnae ac negotii facessentes, Davidi tandem se subicere coacti sunt, 2 Sam. VIII, 1. 1 Paral. XX, 4. Et si vero non sit certum, num eo tempore, quod Psalmi titulus indicat, Philisthaeos jam bis vicerit duobus magnis praeliis; tamen si quid tum reliquum fuerit, de eo tamen bene sperare potuit, id se paulo post confecturum, sicut et confecit. Alii ironice hoc dictum esse volunt: *jubila*, si potes, aut lubet. Sed quia verbum הריע non solum de clamoribus laetantium, ut Jud. XV, 14. Efr. III, 11. Exod. XXXII, 17., verum dolentium etiam dicitur, ut Mich. IV, 9., quidam verba nostra sic capiunt: *clama prae tristitia et dolore, Philisthaea, a me devicta!* Multo tamen aptiorem sensum facit, quod Ps. CVIII, 10. legitur עלי פלשה מהרוועי super *Philisthaea jubilo*, quod ipsum in nostro etiam Psalmo Syrus expressit. Chaldaeus h. l. vertit: *super Philisthaeis jubila, o coetus Israelis!* Legit עלי pro עלי. Videtur nostro loco sic legendum esse: עלי פלשה ההרוועי super *Philisthaea jubilaro meum*, s. jubilaro meum, ut ההרוועי sit infinitivus cum affixo primae personae.

11. Prius hujus Versus hemistichium, מי יובילני עיר plures vertunt: *quis deducet me in civitatem munitam?* ut sit Optativus, quem Hebraei ita interrogando exprimere solent (vid. Jud. IX, 29. 2 Sam. XV, 4. XXIII, 15.); *utinam compos fierem urbe munita!* qua Rabbam, sedem regiam Moabitaram, indicari putant; quam longa obsidione, et multa satis difficultate expugna-

pugnavit Joabus, qui ejus expugnationem tanti fecit, ut regi eam deferret, indignum ratus, ut ipse tantae urbis expugnator haberetur; unde quum illam expugnationi jam proximam reddidisset, ad regem misit, ut ipse adducto populo eam caperet, ejusque victoriae sibi titulum vindicaret, 2 Sam. XII, 26. seqq. coll. XI, 1. seqq. Sed quum in hemistichio altero Praeterito utatur, מי נָחַנִּי מֵאֵרָם *quis me deduxit usque ad Idumaeam?* malim et prius hemistichium in praeterito tempore accipere, et עיר נָצַר collective capere, *quis me deduxit in urbem munitam* (subaudito ante עיר praefixo ל, ut 1 Sam. XIII, 20. Jes. X, 32.)? nonne Deus fuit, qui me tot munitarum urbium expugnatorem reddidit? qui et ipsam Idumaeam mihi subjecit (supra Vs. 10.), ut igitur soli Deo omnes illas victorias sese debere fateatur.

12. Versus hic eleganter respondet carminis initio (Vs. 3.) dum dicit: הֲלֹא-מִאֲחֵי אֱלֹהִים וְנִחַנְתָּנִי *nonne tu Deus, qui olim respueras nos?* auxilio tuo destitueras, scil. nobis omnes illas victorias concessisti, et hostibus nostris nos superiores effecisti? וְלֹא-הָצַא *et qui non exiveras* (praecessit Praeteritum וְנִחַנְתָּנִי) ad bellum gerendum; verbum הָצַא enim Hebraeis solenne est de expeditionibus bellicis (vid. 2 Sam. XI, 1. Jes. XLII, 13. Zach. XIV, 3.), ut Arabibus خَرَجَ, *egressus est*, ut in Elmascini Histor. Sarac. p. 16. خَرَجَ *exiit Abubecrus contra Absitas et Dobianitas*; item p. 22. *Egressus est Omar in Syriam* (خَرَجَ عُمَرَ إِلَى الشَّامِ). Et p. 63. *Egressi sunt contra Hagagum* (خَرَجَ عَلَيَّ الْحَاغَاغِ). Jam vero et porro, uti fecisti, nobis victoriam dabis. Pro hac orat Versu proximo.

13. הֲבֵנָה-לָנוּ עֲזָרָה וְצָרָה *Da nobis auxilium ab hoste,* praesta nobis auxilium ab hostibus, qui nobis debellandi restant. עֲזָרָה *Auxilia*; feminina Pluralis terminatio interdum

dum est ה, pro וו, ex dialecto Chaldaica: ut תהלה *laudes*, Pf. IX, 15.; עצה, *consilia*, Jef. XLVII, 13." N. G. SCHROEDERUS in *Instit. Ling. Hebr.* Reg. C. c. II. Iud tamen in dubium vocat GESSENIUS *Lehrgeb.* p. 527. Not. 1., et p. 467. terminationem ה — potius pro femini singularis terminatione poetica habet, ut וְעָרָה *canticum* Jesai, XII, 2., ad quem locum alia exempla attulimus, וְשׁוֹן תְּשׁוּעָה אֲדָרָה *Nam vanitas, vanum est scilicet hominis*, quae ab hominibus expectari et praestari potest. Confitetur, praesidia hominum nullius esse momenti, quo ad copias suas respexit, quibus uti quidem volebat, et fidere solo Deo, de quo canit Versu ultimo.

14. בְּאֵלֵהֶם נַעֲשֶׂה חַיִל *In s. cum Deo faciemus virtutem*, fortiter bellum geremus, magnis animis pugnabimus. עָשׂוּ חַיִל est fortiter et strenue agere, Num. XXIV, 18. Pf. CXVIII, 16.

PSALMUS SEXAGESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Implorat auxilium divinum ut defendat eum adversus hostes suos. Agit tamen simul gratias Deo, qui protexerit eum eo usque, et regem fecerit, petitque, ut conservetur ei regnum, idque diu et feliciter teneat. Ex Versu 3., ubi poeta se *ex sinibus terrae* ad Deum clamare dicit, colligunt fere interpretes, composuisse Davidem hoc carmen, dum exul esset ultra Jordanem, quo profugerat Absalomi metu, 2 Sam. XVII, 22. Neque est quidquam in Psalmo, quod illi tempori admodum refragetur, nisi quod propter *aeternitatis* mentionem in voto pro regis vita Vs. 7-8. alii Davidi Psalmum omnino non convenire, sed ad Messiam referendum existiment *). Huic tamen quum prior carminis pars haud facile aptari queat; dictio עולם Vs. 8. erit de longo vitae spatio intelligenda, ut alias haud raro; vid. not. ad eum locum. Cur autem ad populum referatur

*) Inter hos Chaldaeus, qui Vs. 7 מלך interpretatur
מלכא משיחא.

tur Psalmus ab aliquibus, non video. Nam et si Versus 7. et 8. personae enallagen habent, non tamen in tertia persona decurrit, uti Psalmus XXI., et reliqui Versus nequaquam populo conveniunt.


3. מקצה הארץ *A sine terrae*, i. e. ex ultimis ferme terrae Israeliticae partibus, coll. Exod. XVI, 35. Jerem. XII, 12. Alii hanc phrasin intelligunt in oppositione ad coelos, q. d. e terra, quae longissimo tractu a coelo distat, coll. Pf. CXXXV, 7. Jerem. LI, 16. Sed prius praefereamus. בעטף לבי *Dum languet*, s. deficit cor meum, aut tristitia quasi obruitur; verba, quae *involvere*, *obtegere* notant, tam apud Hebraeos quam apud Arabes frequenter ad animum anxium, miseria quasi involutum, transferri, docuit ALB. SCHULTENSIVS in *Animadversiff. philologg. ad Cant. I, 7.* Cf. N. G. SCHROEDERI *Commentar. de vestitu mulier. Hebr.* p. 232. בצר ירום *In rupem*, i. e. ut recte Chaldaeus, *in arcem munitam*, quae constructa est super rupem, (cf. Pf. XVIII, 3. 34.) quae *altior est prae me*, ut Chaldaeus רם מני (על טירה). Ellipsis relativi, ut Pf. LIX, 13. 18. quae altior est, quam ut meis viribus ad eam pertingere possim. Sensus: securius mihi auxilium, praesidiumque praesta, quam in meis deprehendo viribus. Sed pro ירום veteres omnes, Chaldaeo excepto, חרום מני *exaltas me*, legisse, observat KOEHLERUS in *Animadversiff. critt. in Repertor.* P. IX, p. 77. Etiam Pf. XXVII, 5. legitur בצר ירום מני.

5. אהבה בפתח *Ideo commorabor in tentorio tuo perpetuo*, sub protectione tua, tanquam domesticus tuus, cf. Pf. V, 5. XV, 1. XXVII, 5. — אהבה בפתח *Confugium meum quaeram sub latibulo alarum tuarum*, cf. Pf. XXXVI, 8. et ibi not.

6. *Nam tu, Deus, exaudisti vota mea*, i. e. preces, per synecdochen, quum vota non soleant nuncupari sine precibus, et preces veterum non carere solerent precibus. Recte igitur Alexandrinus: τῶν προσευχῶν μου, et Vulgatus *orationem meam*, בְּחַת יִרְשָׁה יִרְאֵי שָׁמָּה *Dedisti mihi haereditariam possessionem cultorum tuorum*, i. e. quicquid petii dedisti mihi, fecisti ut sub meam potestatem venirent ii, qui vita pia colunt te, peculium et possessio mea sunt timentes Deum. Recordatione praeteritorum beneficiorum a Deo in se collatorum confirmat fidem suam de liberatione futura. Post בְּחַת subaudiendum est לִי ex נְדַרְיִי, quod proxime praecessit. Alexandrinus, Vulgatus et Chaldaeus subaudierunt לִי ante יִרְאֵי, vertuntque *timentibus nomen tuum*. Sed non apparet, cur David, qui de se tantum loquitur, plures Dei cultores exauditionis precum suarum participes faciat.

7. *Dies diebus regis adjicies*, tu vero, quem regem fecisti ei etiam vitam produces, et regnum conservabis, et restitues exulem. Loco Pronominis ipsum nomen ponitur, ut Gen. IV, 23. XLIX, 2. 26. Exod. XXX, 14. 16. 1 Reg. I, 33. — שְׁנַחֲתֵי עָמּוֹ דֹר וָדֹר *Anni vitae ejus erunt secundum generationem et generationem*, per plures generationes. De דֹר vid. not. ad Pf. XXII, 31.

8. *Sedebit*, s. f. *fedeat*, i. e. regnet (vid. not. ad Pf. XXI, 10.), *perpetuo ad finem usque vitae*, ut Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17. 2 Reg. V, 27. — לִפְנֵי אֱלֹהִים *Gratia et veritas para*, i. e. fac, constitue, ut eum custodiant, constitue, ut pietas et veritas custodiant eum, regionum instar satellitum, qui regnum suum stabiliant, ne iniuria tyrannide senium deturpet. Sic gratia et veritas regnum stabilire dicitur Prov. XX, 28. XXVIII, 2. cf. Pf. XLV, 5. LXXXV, 11. מִן Imperativus Piel per apocopen tertiae radicalis pro מִנֵּה, sicut הָסֵה pro הָסֵה, Am. VI, 6.;

לֵבָא pro לֵבָא, *retege*, Ps. CXIX, 8. Verbum מָנָה h. l. idem valet, quod עָשָׂה, ut Jon. II, 1. IV, 6. ЛУДОВ. ДЪ ДІЕУ in *Critica S.* ad h. l. illud מָן pro particula habet, *vere, profecto*, ex usu Syriaco. Sed defectus similitum exemplorum in lingua Hebraea hanc explicationem dubiam facit. Aliis est pronomen interrogativum *quis*, ut in Chaldaea et Syriaca dialecto. Sic Alexandrinus: τίς ἐζητήσεται αὐτῶν, Vulgatus: *miseritordiam et veritatem ejus quis requirit?* Syrus: , *quis custodiat eam?* Sine sensu commodo. Quibus ex versionibus KENNICOTTUS in *Dissertatt. generali in V. T.* §. 25. (p. 49. ed. Bruns.) colligit, in codicibus hebraeis, quibus illi interpretes usi fuerunt, scriptum extitisse מִי; compendium scriptionis pro מִיָּהוָה, a *Jova*. Et Chaldaeus sane hoc loco habet מִן מְרִי עֲלֵמָא, a *domino mundi*. Exempla plura nominis divini per Jod expressi, atque lectionis varietatis exinde ortae profert Kennicottus et Bruns in nota l. c. Sed מִן plane non expresserunt Aquila, Symmachus, Hieronymus, quod utique salvo sensu abesse potest. Neque Proverb. XX, 28. legitur, ubi haud dubie ad nostrum locum respicitur. Quinta et Sexta verterunt ἀπὸ σοῦ, ac si legissent מִנִּי.

9. מִן *Ita vero*, quum יָדָא mihi bene et secundum vota mea feceris. לְשֵׁלְמִי נִרְרִי יוֹם יוֹם Bene Vulgatus: *ut reddam vota mea de die in diem*, quotidie, per singulos dies; Genes. XXXIX, 10. Exod. XVI, 5. Jes. LVIII, 2.

PSALMUS SEXAGESIMUS
SCUNDUS.

ARGUMENTUM.

Profitetur suam in Deo fiduciam et docet hoc facere etiam alios, atque hostium suorum pravitatem describit, quo ingenio, quibus moribus praediti sint, et quam pertinaces in ipso persequendo. Atque ita hac occasione communem doctrinam instituit, ne quis ulla re alia fidat aut nitatur, quam solo Deo, neque hominibus illis, neque opibus, aut ullis malis artibus, et rebus fluxis aliis. Tales autem intelligi vult eos, qui sunt in factione hostium suorum, et principes horum praecipue, qui rebus humanis talibus et potentia humana freti agant omnia, quibus et propterea everisionem et interitum praedicit. Si Psalmus, ut inscriptio asserit, Davidis est, videtur ad tempora persecutionum Saulicarum referendus.

1. De תורת-בז vid. Prolegomm. Vol. p. XL —
XLII.

2. *אָר* Certo, utique, quo afferendi significatu haec particula supra Pf. XXXIX, 6. LVIII, 12. aderat, et simili sensu repellitur in hujus Psalmi Vs. 3. 5. 6. 7. 10.

Sic et hoc loco Chaldaeus: *בָּרַם*, et Arabs *أَل*. Sed Ale-

xandrinus interrogative: *ούχι τῷ Θεῷ υποταγήσεται ἡ ψυχή μου*; et Vulgatus: *Nonne Deo subjecta erit anima mea?* Alii: *Tantummodo* sive *duntaxat* ad Deum etc. Hieronymus: *attamen*; incommodum certe carminis initium.

אֵל-אֱלֹהִים דּוֹמֵה נֶפֶשׁ Ad Deum silentium animae meae; scil. dirigitur.

ה. דּוֹמֵה h. l. filens expectatio auxilii divini; ut supra Pf. XXXVII, 7.

דּוֹם לַיהוָה ubi not. vid. Nomen absolutum *דּוֹמֵה* pro constructo, ut saepius, veluti

Exod. XXVIII, 17. *טוֹרֵים אֲבֵן* ordines lapidis; Deut. XVI, 21. *לֵעֵץ פֶּלֶא* lucum ullius arboris. Exempla

multo plura vid. in БУХТОРФИИ *Thesauro Grammatico* L. II. Cap. IV. p. 378. Niſi *דּוֹמֵה* locis tribus aliis, Pf. XXII, 3. XXXIX, 3. LXV, 2. manifeste substantivum esset; haberi posset, Aben-Efra praecunte, pro Participio

feminei generis, ad formam *בּוֹכֵה*, flens, Thren. I, 16.

Ita et Chaldaeus: *שְׁחָקָה*, silens; Jarchi *מַצְפֵּה* speculari: expectans.

4. Verba *לֹא-אֲמוֹט רֵבָה* Aben-Efra per compendium dicta putat pro: *non movebor*, s. *dimovebor ab asylo meo*

אֵל-תְּהוֹם רֵבָה ad abyssum magnam, s. profundam, qua sepulchrum indicari censet, coll. Ezech. XXXI, 4.

Chaldaeus *רֵבָה* explicat: *בְּיוֹם עֲקָא רֵבָה* in die anxietatis magnae. Jarchius subaudit nomen verbale (*commotio*),

exponit enim: *מְנוּחַ גְּדוּלוֹת* motionibus magnis. Et Kimchi: *מוֹטָה רֵבָה*, collato, quoad sensum, Pf. XXXVII, 24.

Atque hujusmodi ellipsis nominis verbalis e verbo eliciendi, alias etiam deprehenditur, veluti Pf. XIII, 4. *Ne dormiam* (dormitionem) *mortis* (ex Jerem. LI, 39. 57.); Coh. VI, 3. *Si genuerit* (gnatos) *centum*.

Sic vertendum erit: *non labascam multo lapsu*. Unde et Lutherus: *dass mich kein Fall stürzen wird, wie groß*

er ist. Mihi femininum רַבָּה neutraliter, atque adeo adverbialiter h. l. positum videtur; sicut apud Latinos *multum, plurimum*. Ita namque hoc ipsum רַבָּה in forma constructa adverbialem habere sensum, constat ex Ps. LXX, 10. רַבָּה *multum* locupletas eam; Ps. CXXIX, 1. 2. רַבָּה *multum* anxerunt me a puerita mea; cf. Ps. CXX, 6. CXXIII, 4. Ita סְבִיבָה tam *circulatum*, quam *circumquaque* significat. Recte h. l. Aquila: οὐ σφαλῆσομαι πολλῶν. Paulo aliter tamen Alexandrinus: οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον, et Vulgatus: *non movebor amplius*. Sensus proinde loci nostri erit hic: utut multis impetari procellis, utut multis me pulsis hostes ab asylo conentur de- trudere, non tamen dimovebor multum; licet vacillare forsan coepero, non tamen profus cadam. Lucem capiet hic locus ex Ps. XXXVII, 24. *Cum ceciderit pius, non succumbet, quia Dominus sustentat manum ejus.*

4. וְהִתְהַלַּלְתֶּם עִמּוֹ Quousque ocllamabitis viro inno- cuo, id enim significare videtur verbum הִתְהַלַּלְתֶּם hoc tantum- modo loco occurrens, ex Arabico هَيَّت et هَوَّت, clamare. Alii conferunt Arabum هَات (pro هَيْت) intulit malum, grassatus est. Huc referendus Alexandri- nus, qui ἐπιρροεθε posuit; unde Vulgatus irruitis. Po- tuerat tamen et ille verbum clamandi significatione su- mēre, et in vertendo sensum tantummodo exprimere, quum similitudo petita sit a clamore bellico, quo Orientales etiamnum in pugna in hostes irruere solent. Quod et Chaldaeus spectasse videtur, dum vertit תִּשְׁתַּחֲוּוּ לִי- מִלְּטָנִים (eritis). Dathio tamen, quoniam illi ipsi Da- vidis hostes in sequenti Versu dicuntur mentiri atque ore amicitiam simulare, minus aptus videtur ille clamandi significatus sermoni contexto. Quare verbum הִתְהַלַּלְתֶּם expli- candum censet ex cognato Arabico هَات (pro هَيْت) quod praeter illam significationem clamandi in sexta Conjugatione etiam notat congregari, convenire ad res concinnandas. Sic Aquila: ἐπιβουλευετα, et Hieronymus: ins-

insidiamini. Aben-Elra et Kimchi verbum nostram referunt ad nomen הרוח, *pravitatès*, illudque explicant; הרוח החשבו *pravitates cogitatis.* Quod jam Symmachus expressit: *ματαιοπονῆστες.* Syrus sensum utcunque expressit: *על-אין פוגנתים, rixamini.* *על-אין* Contra *virum*, scil. innocuum, הסי, quod Chaldaeus addit, הרצחה *Frangemini*, coll. Arab. *فزع* *confregit, comminuit*, qua quidem primaria, ut videtur, significatione, ex qua *occidendi* significatio, Hebraeis utilitior, orta fuerit, verbum h. l. accipiendum esse, recte monuit J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 2263, quod *occidendi* significatus huic loco, ubi similitudo de parie inclinato petita est, vix aptus. Atque sic passive in Pyl הרצחה legit Rabbi Aaron, Moïsis fil. e tribu *Ascher*, qui floruit in Judaea anno p. C. n. 1037, quem sequuntur Judaei occidentales. Orientales vero Judaei, post *Ben-Naphtali*, (qui in Babylonia floruit eodem fere quo B. *Ascher* tempore) legunt הרצחה, active in Piel, *frangitis*, s. infringere conamini. Quam lectionem interpretes veteres omnes exprimunt, Alexandrinus *Qovsveta*, Vulgatus *interficitis*; Chaldaeus הרוח הרוח *efficiemini homicidae*, nisi hic utramque lectionem conjungere voluit. *כלכם* *Vos omnes mei adversarii.* *כקר גומי* *Quasi paries inclinatus*, h. e. brevi facillime *frangemini*, s. conciditis, haud aliter ac paries dissolutus, vel maceria vento aut vetustate quassata et jamjam ruitura. Ita de hostibus exponunt, qui passive praecedens verbum accipiunt. Qui vero active legunt; *infringitis*, s. infringere conamini, ii Davidem parieti *inclinato* conferri putant, quod ita esset debilitatus atque afflictus, ut levissimo momento impulsus corruere atque exitio propinquus esse videatur. Tum vertendum erit: *sicut parietem inclinatum*; vel construenda haec erunt cum *אין*, subaudito relativo: *virum*, qui est *tamquam paries inclinatus.* Sunt, qui et הרצחה active sumendum esse dicant, ad peculiarem conjugationis formam, *Pohel* dictam,

dictam illud referentes; cujusmodi formae volunt esse שופט, שורש, et alia quaedam. Vid. SCHULTENSII *Instit. Grammat. Hebr.* p. 265. et N. G. SCHROEDERI *Instit. L. H. Reg. LVI, 7.* (12.). Sed eorum sententiam refutavit G E S E N I U S *Lehrgeb.* p. 251. 2.

5. אִךְ מִשְׁאֲחֹי יַעֲצוּ לְהַרְיֵחַ *Utique ex altitudine, dignitate sua, deliberant depellere* scil. eum virum, quem tantopere oderunt prostratumque cupiunt (Vs. 4.). אֲמַשׁ, *excellensia, altitudo*, h. l. de regia dignitate intelligenda, de qua deturbare Davidem consultabat Absalon cum Achitophèle ceterisque conjuratis. Bene Syrus: *Imo etiam de honore ejus cogitant eum deturbare.* Eumque in sinem כָּבֹד *diligunt mendacium*, studet vel calumniis de me detrahere, vel dolis et adulationibus me circumvenire. בְּפִי יִבְרַכּוּ *Ore suo bene precantur*, unusquisque illorum; suffixum singulare *distributive* accipiendum; ut verbum, quod proxime sequitur, et suffixum plurale probant, cf. *Jes. XXIX, 13. Zeph. III, 13.*

6. לְאֱלֹהִים דַּמָּה Vid. Pf. XXXVII, 7.

9. שִׁפְכוּ-לִפְנֵי לַבְּבֹכִים *Effundite* (vid. not. ad Pf. XLII, 5.) *coram eo cor vestrum*, desideria, curas et sollicitudines animi Deo in precibus exponite; cf. *Thren. II, 19.*

10. אִךְ הִבֵּל בְּנֵי-אֲדָם כָּבֹד בְּנֵי-אִישׁ *Utique vani sunt homines ignobiles, fallaces sunt nobiles.* De בְּנֵי-אֲדָם et בְּנֵי-אִישׁ, ubi invicem sibi opponantur, vid. not. ad Pf. XLIX, 3. Sensus est: saepe non possunt, saepe non sunt homines juvare; igitur falluntur, qui in eis spem suam ponunt. כָּבֹד, *Mendacium*, saepe dicitur de eo, quod non praeslat, quod vel verbis vel externo habitu aliis polliceri videbatur, vid. *Hos. IX, 2. Habac. III, 17;* eodem sensu, quo שָׁקַר usurpatum vidimus supra Pf. XXXIII, 17. — בְּמֵאֲזָנִים לַעֲלוֹהַ *In lancibus ad ascendendum i. e. ascendunt*, homines bilanci impositi eam sua gravitate deprimere non possunt, sed cum ea ob summam suam levitatem ascendunt et attolluntur לַעֲלוֹהַ
ad

ad ascendendum scil. parati s. destinati sunt, i. e. ascendere solent. Ita Infinitivus praefixo ה, omisso verbo substantivo, haud raro pro verbo finito ponitur de eo quod fieri solet, ut Prov. XVI, 30. *Comprimens oculos suos* לחַשֵׁב חַמְסוֹת *cogitare perversa*, i. e. perversa excogitare solet. Vid. N. G. SCROEDERI *Instit. L. H. Syntax. Reg. LXXXVII. c. I. not. מ. ב. STORRII Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 422. seq. et GESENII Lehrgeb. p. 786. §. 211.* הָמָה מְהֵבֵל *Ipsi prae vanitate* scil. leviores sunt, quod ex לעֲלוֹת, quod proxime praecessit, intelligitur. Tam quidem, inquit, sunt nihili, ut si cum ipsa inanitate appendantur, haec illos momento suo praeponderet, et ipsa inanitate inaniore reperiantur. פָּרִיטֵר *Pariter*, tam nobiles, quam ignobiles.

11. אֶל-הַמְּצָחָה בַּעֲשֵׂק וּבְגָזֹל *Ne confidatis oppressione et rapina*, i. e. divitiis oppressione et rapina partis. אֶל-הַהֲבָלָה *Ne vani sitis*, i. e. absit a vobis ista vanitas. Alii: dispicite, ne fallaci vosmetipfos spe decipiatis, coll. 2 Reg. XVII, 15. Jerem. II, 5. — הֵיל כִּי-יִנְנוֹב *Divitiae si creverint, ne apponatis cor*, i. e. quodsi non etiam malis artibus quaesitae, aut sua sponte contingant vobis divitiae, sic tamen ne pendeatis ab his animis vestris, neque iis nitamini, sive, uti bene Syrus reddidit: *ne gaudeat de iis cor vestrum*, ne ametis illas. De phrasi *ponere cor ad aliquid*, vid. not. ad Pf. XLVIII, 14. Verba הֵיל כִּי-יִנְנוֹב Alexandrinus vertit: πλεῖστον ἐὰν βέη, unde Cappellus aliique post eum collegerrunt, illum יִנְנוֹב, legisse, quod *fluere* notat. Sed recte BUXTORIUS in *Anti-Crit.* p. 641. „Negatur consequentia: יִנְנוֹב enim idem quoque significat, licet non proprie sed metaphorice, *abundanter affluere*, ut plerique interpretes, non solum LXX. hic accipiunt et exponunt.“

12. אֶחָד *Unum, vel semel*, saepe designat tale enunciatum, quod non mutatur, irrevocabile, quo sensu haec

vocula occurrit quoque Job. XXXIII, 14. Prov. XXVIII, 18. Ps. LXXXIX, 36. Vid. GLASSII *Philol. S.* p. 389. ed. Dath. *בִּישׁוֹת* *Bis*, i. e. aliquoties, pluribus vicibus, numerus certus pro incerto, ut Hof. X, 10. *duo peccata*; Am. IV, 8. *duae et tres urbes*. Huc illud Job. XL, 4. (al. XXXIX, Vs. ult.). *Semel locutus sum et non respondebo; et bis, nec addam*, h. e. semel atque iterum locutus sum, sed nil quidquam in posterum respondebo. Alii hunc Versum cum sequentis hemistichio primo, *יְהוָה אֱרֵבֵי הַסֵּר* conjungunt hoc sensu: Deus proloquutus est certae sententiae vocem, qua testatur de se haec duo, quod magnae sint vires ejus, et quod sis clemens, o Domine, et misericors. Sed simplicius videtur, ut singuli Versus singulas sententias contineant.


13. *יְהוָה אֱרֵבֵי הַסֵּר* *Et tibi, Domine, gratia*, tu non solum potens es ad vindicandum pios (Vs. 12), sed benignus quoque erga eos, qui te colunt. *לְאִישׁ* *Viro*, i. e. unicuique, ut Ps. XII, 3. XXXI, 20. XXXIX, 7.



PSALMUS SEXAGESIMUS. TERTIUS.

A R G U M E N T U M.

Exponit desiderium et cupiditatem, quo teneatur cultus sacri, a quo se jam separatum esse dolet. Sed ejus recordatio quoque in illo exilio eum delectat, et fiduciam ejus sustentat, fore, ut hostibus victis regno restitatur. Argumento et sententiis simillimum carmen Psalmo XLII., atque adeo ad idem tempus referendum. Vid. notata ad Vs. 1.

1: יהודה במדבר בהיותו במדבר יהודה *Dum in deserto Judae commoraretur.* „Quoniam in exilio propter Sauli persecutiones David saepe et diu in deserto Judae viveret [vid. 1 Sam. XXII, 5. XXIII, 14. 15. 26.], tamen ad illa tempora hunc Psalmum referri non posse, jam plures interpretes recte observarunt. Nam in Versu 12. se regem vocat; quod nomen vivente Saulo nunquam sibi tribuit. Etenim a Samuele rex unctus esset, tamen ex eo, ne mortuo quidem Saulo, jus in regiam dignitatem sibi vindicabat, sed ex libera tribuum electione regnum accipiebat. Igitur haud dubie inscriptio de exilio propter seditionem Absalomi explicanda est, cum trajecto Jordano in deserto Judae, quod latius, quam vulgo sumitur, patuit, castris fortasse saepe mutatis, degeret.“ **D A T H I U S.**

2. אֲשׁוּרָהּ *Te inquirō studiosissime.* אֲשׁוּרָהּ, *aurora* verbum אֲשׁוּרָהּ propriè notat *mane aliquid investigare*, hinc in universum, *sedulo quidquam quaerere*; aliquid tanquam unicūm, quippe quod quam primum expeigiscimur animum occupat; vid. Prov. I, 29. VII, 15. VIII, 17. Hof. V, 15. — אֲלֵי־הֵן pro אֲלֵי־הֵן *ad te*, ut Deut. XXXIII, 46. *Apponite cor vestram לכל ad omnia verbā.* Vocabulo אֲשׁוּרָהּ, ἀπαξ λεγόμενω, *desiderandi* significatum inesse; docet contextus; et respondet אֲשׁוּרָהּ, quod praecessit. Cognatarum tamen dialectorum nulla hanc aut similem notionem servavit. Arabice  est *coecutivit*, (ut

Syriace ) *caligavit oculus*; *alteratus colore*, et *mente debilitatus fuit*. Aquilā reddidit ἐπεσάθη σοι ἢ σάραξ μου, Symmachus *insperat se*, Hieronymus, *desideravit te*, et sic etiam Chaldaeus (רַגִּינִי), atque Syrus  *expectans*. Male Alexandrinus ποσαπλῶς et Theodotion ποσάχως, atque Vulgatus *quam multipliciter*; ac si אֲשׁוּרָהּ scriptum esset. Pro אֲשׁוּרָהּ Syrus atque interpres anonymus Graecus in Hexaplis אֲשׁוּרָהּ *sicut terra sicca* videntur legisse; sensu minime inepto. Et Ps. CXLIII, 6. legitur: *anima mea אֲשׁוּרָהּ - עֵינַי - אֲשׁוּרָהּ*, *Fessum*; de magnō deserto usurpatur etiam Jel. XXXII, 2., vel per metonymiam effectus: quod fessum reddit viatorem; qualis metonymia est *mors pallida*, et *otium segne*; vel, quod אֲשׁוּרָהּ idem sit quod *siticulosum*; quum fessus et sitiens esse soleat. Ad אֲשׁוּרָהּ enim, non ad אֲשׁוּרָהּ, referendum esse אֲשׁוּרָהּ, manifestum est ex loco modo citato Ps. CXLIII, 6. Nec opponi potest generis discrepantia, quum אֲשׁוּרָהּ sit generis utriusque, ut רוח, unde 1 Reg. XIX, 11. רוח גדולה רוח *ventus magnus et fortis*. Cf. 1 Sam. XV, 9, ubi מְלֹאכָה, *substantiva*, contrahitur cum feminino נְבֹחָה, *contemtibilis*, et cum masculino נָמַס, *tabescens*.

3. Versu hoc et tribus, qui proxime sequuntur, loquitur de felicitate, quam ex observatione cultus religiosi se percepturum esse, in posterum sperat. Difficultatem creat in hoc Versu particula כֵּן. Potiores interpretationes breviter recensere. Aliqui illam 1) per conjunctionem reddunt: *sic in sanctuario contempler te*, q. d. ideo tantopere te litio, quia *sic* viderem te quotidie. Alii 2) voculam כֵּן referunt ad antecedens *silio*, hoc sensu: sicuti terram haec aquam desiderat, ita te in loco sanctitati tuae destinato videre cupio. Sunt 3) qui hanc particulam ad illud כֵּן, quod Vs. 5. extat, referendum putent, ut sit sensus: sicut te vidi in sanctuario; ita benedicam tibi. Alii 4) כֵּן positum putant pro בְּכֵן, *tunc*, quod habetur Esth. IV, 16. Ita sensus emergit hic: *tunc*, cum mihi conceditur id, quod jam tantopere desidero, *contemplabor te, tuumque robur in sanctuario* cum voluptate. 5) LUDOVIC. DE DIEU reddendum censet *utique, profecto* (pro אֲכֵן); quomodo sumitur Exod. X, 29. 2 Paral. XXXII, 31. Jer. XVI, 6. 6) Commodissimum videtur, כֵּן *sic*, i. e. in tali conditione s. statu meo, sumere, et verba כֵּן בְּקִרְשׁ הַזֵּהוּיָהוּהוּ כֵּן sic interpretari: *sic*, in hoc meo ardentissimo desiderio *contemplor te* animi mei oculis quasi coram *in sacratio*, אֵרָאָה לְרֵאשִׁית עֲוֹה וּכְבוֹדָה *videndo magnificentiam tuam et gloriam tuam*, i. e. sedem gloriae tuae, arcam foederis, quae alias אֲרוֹן כְּבוֹד יְהוָה *arca gloriae Jovae* vocatur, et אֲרוֹן עֵדוּת Pf. CXXXII, 8. CL, 1. 2 Chron. VI, 41. Quamvis exul in horrido deserto constitutus, tamen animo praesens adsum conventibus sacris et administrationi cultus tui. Cf. not. ad Pf. XXIV, 8. C. TH. KUINGEL in *Specim. Observatt.*, in *Psalmos* (insunt *Commentatt. Theologg.* Vol. IV. p. 270.) vertit hunc Versum ita: *profecto te in sanctuario videbo; videbo*, experiar (Infinitivus enim praeposita particula לֵב sapius habet vim futuri) *potentiam et majestatem tuam*. „Loquitur vates,” inquit, „de desiderio suo, Deum in templo adorandi, et firmiter sperat, Deum preces suas

exauditurum esse, ita ut superatis feliciter calamitatibus iis, quibus tunc temporis premeretur, sedata Absalomi rebellionem, rursus in sanctuario Deum colere possit.

4. Caufaim exponit ardentissimi sui desiderii, quod Vs. 2. expressit: כִּי טוֹב הַחַדָּה מֵחַיִּים *Nam melior est bonitas tua, quam vita*, omnibus rebus potior est mihi cultus tui, et sensus misericordiae tuae, etiam quam vita ipsa, malo in sensu hujus mori, quam vivere; malo vita orbari, quam conventibus sacris et commentatione misericordiae tuae. שִׁפְחֵי יִשְׁבַּחֲהוּךָ *Labia mea laudabunt te*, celebraret te os meum debitis laudibus, si sacrarium tuum rursus frequentare mihi liceret. Omnia enim referenda videtur ad illam beatitudinem, si conventibus sacris frui ei concedatur iternam.

5: *Ita* i. e. voti mei compos factus, מְבַרְכָה *bene precarer tibi*; i. e. laudes tuas canerem, ut Pf. X, 3. XVI, 7. XXVIII, 9. — בְּשֵׁמֶךָ אֱשָׂא כַפֵּי *In nomine tuo* i. e. in laude nominis tui, *attollerem manus meas*, sublati manibus tibi gratias agerem.

6. Versus hic cum proximo unam sententiam facit; vid. not. ad Vs. 7: לִמּוֹ הַלֶּב וְרֵשֶׁן הַשֶּׁבַע בְּבָשִׂי *Quasi adipe et pinguedine satiatur anima mea*, rebus optimis et delicatissimis satiari vidcor. וְשִׁפְחֵי רִנְנוּ וְהִלֵּל-בִּי *Et, labiis jubilorum*, i. e. plenis ovationibus, *laudat te os meum*.

7. אִם-זִכְרִימָה עַל-יָצְעֵי *Dum tui recordor super strato meo*. Cohaerent haec cum praecedentibus redduntque causam, cur et quando tantopere se oblectet vates laudetque Deum, nempe dum super lecto ejus recordatur, et noctu de eo meditatur. Alii haec ita accipiunt, Davidem exulem in mediis timoribus se subito erigere, pristinisque beneficiis a Deo acceptis, animum suum reficere. בְּהַשְׁמֵרֹת אֶרְבֵּה-בָּהֶן *In vigiliis noctis meditor de te*. אֶשְׁמְרָה designat certam noctis partem, cui peculiaris semper et novus destinatus fuit שִׁמְרָה *vigil*, quarum vigiliarum, ex recentiorum Judaeorum placitis fuerunt tres. ut quaelibet complecteretur horas quatuor;

sed Marc. XIII, 35. memorantur quatuor, ὄψε, μισσυνύκτιον, ἀλεκτοροφωλια et προί, sic unaquæque horis constabat tribus. Reperitur hoc nomen et Pf. XC, 4. CXIX, 148. Thren. II, 19.

10. והמה לשואה ובקשו גפשי *Sed isti ad ruinam quaerunt animam meam*, ut vitam meam pessumdeant. Alexandrinus לשואה confudit cum לשון (ut et Jesaj. XXII, 11. unde vertit: αὐτοὶ εἰς μάτην ἐξήτεσαν τὴν ψυχὴν μου. Sed recte Hieronymus: *ipsi vero interficere quaerunt animam meam*. Ceterum ante לשואה subaudiendum pronomen relativum אשר, hoc sensu; isti, qui me perdere student, ad ima terrae migrabunt.

11. בגירתי על ידי-הרב *Prosternunt eum per manum gladii, gladio*. Quod Jarchi recte ita exponit: venient super persecutores meos inimici, interficientque unumquemque eorum; etenim suffixum singularis numeri (ה) distributive positum, ut Pf. XXXV, 8., cf. Pf. V, 10. XII, 8, XVII, 12. Tertia vero persona pluralis בגירתי impersonaliter dicta, pro eo, quod plene esset בגירתי *occident eum occidentes*, quicumque illi fuerint, i. e. occidetur. Sic Job. XVIII, 18. יהרהו *depellent eum*, i. e. depelletur, et בגירתי *deturbabitur*. Vid. et Pf. XXXI, 5. XLIX, 12. (קראי). Locutio בגירתי על ידי-הרב pro *caedere* extat quoque Jerem. XVIII, 21. Ezech. XXXV, 5. In conjugatione Niphal בגר est *manavit, lapsus est*, unde Hiphil, בגיר *labi fecit, dejecit, prosternavit*, ut Mich. I, 6. Cf. HENSLENERI *Animadverss.* ad h. l. p. 111. — מנה שעלים יהיו *Portio vulpium erunt*, i. e. inhumata eorum cadavera a feris devorabuntur, erunt quasi demensum ferarum; metaphorâ a distributione ferculorum in conviviiis petita. שעלים species vulpium e genere canino (*Schacal*), de qua vid. BOCHAR-TO Hieroz. P. I. L. III. Cap. XIV. Tom. II. p. 190. seqq. ed. Lips. et ibid. not. nostr. 2: p. 192. Solent maxime cadavera appetere, eaque ex ipsa terra, si investiga-

runt, erüere. Non dissimile hoc poetae Arabici (in *Excerptis ex Hamasa ad Erpenii Grammat. Arab. et Schulzens. p: 442.*):

تَضْحَكُ الضَّبُّ لِقَتْلِ هُدَيْلٍ
وَتَرِي الدَّيْبُ لَهَا يُسْتَهْلُ

*Rident hyaen e ad occisos Hudeilitas, cernasque lupos,
qui ad eosdem renidescunt.*

12. יהוה יִשְׂמַח בְּאֱלֹהִים. *Rex vero laetabitur in Deo,*
regno recuperato. כִּלְהַגְּשָׁעַת בִּי. *Gloriabitur omnis*
jurans per eum, soil. Deum. Rex, inquit, et pii
omnes laetabuntur successu hoc, quod recuperet tandem
regnum suum rex populi is, quem Deus unxit. Usurpat
autem de piis hanc notam, ut nominet eos, qui per
Deum jurant, et quidem religiose; sicut Graecis sunt
pii εὐορκοί. Per Deum aliquem jurare est eum colere,
venerari, perjurii vindicem agnoscere, Col. Jos. XXIII, 7.
Amos VIII, 14. et ad eum loc. not. Plura vid. in LUD.
CASP. VALCKENAER Dissertat. de ritibus in jurando
a veteribus Hebraeis maxime, et Graecis, observatis,
(Franeq. 1735.) P. II. Cap. 8, in J. OELRICHI Collect.
Opusculor. T. I. p. 279. seqq. Sunt, qui se referunt ad
regem, ut sit, quisquis jurat per eum gloriabitur, per
regem videlicet, quod solent Judaei per vitam regis
jurare; vid. 2 Sam. XV, 21. Hoc si ita interpretemur,
ut dicatur hoc, pios subjectissime agnituros Davidem re-
gem, fortassis non fuerit intolerandum. Alterum tamen
simplicius est, et per solum Deum recte juratur. Luth-
erus relinquit ἀμφιβολίαν, vertit enim: wer bey ihm
schwöret, wird gerühmet werden (qui per ipsum jurat
celebrabitur). בִּי יִסְכַּר בִּי דְבַר־יִשְׁכַּר. Quia s. quando ob-
turabitur os loquentium mendacium, ora mendacia ob-
struentur. Aliqui hoc opponi mentioni εὐορκίας de piis
existi-

existimant, ut piis tantum promittatur gaudium et laetitia, qui nimirum religiose jurant, et impiis, id est, mendacibus, vanis, obtrektoribus, minetur colon hoc interitum, quod sit tanquam *γνωμή γενική*. Possumus tamen mendacium hominum mentionem referre etiam ad hostes Davidis seditiosos, et qui cum Absalone faciebant, qui calumniis suis et odiosissimum fecerunt et infamarunt Davidem. Erit igitur totius Versus sententia haec: pii laetabuntur etiam hoc ipso, quod videbunt refutari mendacia obtrektorum et calumniarum in iis, qui per haec seditionem Davidi excitarunt.

PSALMUS SEXAGESIMUS QUARTUS.

A R G U M E N T U M.

Petit a Deo defendi ab adversariorum technis et coitionibus. Linguam illorum virulentam et ingenium subdolum depingit. Promittit vero sibi certo et indubitato, Deum ita illos everfurum, ut exemplo sint omnibus hominibus, sequentibus ait, et una quotquot rectum colunt, de Dei ope palam gloriaturos, magisque ac magis spem in Deo collocaturos. Videtur compositum hoc carmen a Davide inter Saulicas perfectiones; multa enim sunt in hoc Psalmo similia Psalmo LII, quem contra Doëgum factum docet Hebraeus titulus.

2. מפחד אויב *A terrore hostis*, a terribili hostium mihi insidiantium periculo. Nomen פחד, quod communiter neutro-passivum est, hic *activum* est, s. terrorem designat, ita ut sequens Genitivus non subjectum (ut loquuntur) sed efficientem hujusmodi affectus exprimat; cujusmodi phrasis est Deuter. XXXII, 19. *Sprevit eos* מפני *propter indignationem*, s. irritationem filiorum suorum;

rum; et Jes. I, 7. *subversio peregrinorum* talis est, quam peregrini inferunt.

3. *סממני Occultes me*, securum mihi praebe asy-
lum, ubi delitescere mihi liceat. רגשה i. q. רגש Pf. LV,
15, ubi not. vid.

4. רכבו האם Phrasis est in significatione praegnante,
ut Pf. LVIII, 8., ubi not. cf. Tendunt arcum et imponunt
sagittas suas. רבר מר Verbum amarum aliqui ut ἀνθε-
σις interpretantur, ut sint: *sagittae res amarae*, i. e. acer-
bae sagittae, nam רבר Hebraeis notare constat rem om-
nem, ut mox Vs. 6. Sed nihil obstat, quo minus רבר
hic in propria significatione capiamus de eo, quod os pro-
loquitur, ut sit: *verba acerba calumniarum suarum*, tan-
quam sagittas emittant. Sunt, qui מר accipiunt pro *felle*,
vel *veneno*, ut *verbum fellis* late significet, quod simile
sit sagittae venenatae, letaliter faucianti eos, quos ferit.
Ita Chaldaeus: *unxerunt sagittas suas veneno mortifero et*
amara.

5. *אם Innocuum*, vid. not. ad Pf. XXVI, 1. —
פתאם Subito, quando minime metuebat periculum. ורא
יירא Nec metuunt scil. numinis vindictam.

6. *חזקו-למו חבר רע Obsirmant sibi verbum malum*,
non contenti sunt, mendacia calumniaeque se excogitasse,
verum summopere etiam laborant in hac impietate con-
tinuanda. יספרו לשמון מוקשים Narrant ad occultandum
laqueos, s. tendiculas, consultant inter se de struendis
insidiis. מי יראה-למו Quis videbit eos? scil. laqueos.

7. *הפשו-עולו חמנו הפש מחפש Scrutantur*, sedulo
investigant, s. exquirunt (ut Prov. II, 4, XX, 27. Thren.
III, 40.) *pravitates*, prava consilia, quibus me perdere
student (ut Pf. LVIII, 3.); *consummavimus*, inquit,
inventum excogitatum! jam inventum est! Per mimesin
tacitam referuntur haec in persona deliberantium impio-
rum, qui sibi gratulantur, quod prava sua consilia ad
unhelicum deduxerunt. Mimeseos ejusmodi exempla, ubi
Participium *dicens*, vel *dicentes* subaudiendum est, vi-
dimus

dimus Ps. II, 3. XXII, 9. XXX, 10. XLVI, 11. L, 7. Ceterum pro מַמְנָה , quae est regularis primae personae Pluralis Praeteriti Cal. forma in verbis defectiva secunda, ponitur מַמְנָה , Dagesch ejecto Chaldaico more (vid. G E S E N I I *Lehrgeb.* p. 373.), non hic tantummodo, verum ter adhuc in Codice Hebraeo, Num. XVII, 13. Jerem. XLIV, 18. Thren. III, 22., quibus locis tamen passive, *consumimus*, vel *consumti sumus*, vertendum est. Et nostro loco quidam passive reddunt; *consummati*, s. perfecti sumus, *scrutatione scrutata*, seu perfectissime explorata, nil amplius desiderari poterit circa hanc nostram solertiam. Duriuscule, Alii sumunt מַמְנָה pro *tertia* persona Praeteriti ejusdem verbi מַמְנָה , pro מַמְנָה , Dagesch forti resoluta in נ , vel pro מַמְנָה , permutatis נ et מ . Jarchi נ positam putat pro מ , ac si מַמְנָה , *occultarunt* (Vs. 6.) scriptum esset, quod ipsum in codicibus bene multis, a Kennicotto atque de Rossio memoratis, exstat. Sed et sic punctatio est irregularis, quia sic legendum esset מַמְנָה , per Camez sub מ . Placuit haec legendi ratio L U D. C A P P E L L O, qui in *Crit. S. Lib. VI, Cap. IX, p. 1021*, ed. Vogel. Scharfenb. vertit: *occultarunt investigationem*, hoc est, clam et occulte invelligarunt omnia exquisitissime. Cf. B U X T O R F I I *Anti-Crit.* p. 983. et Scharfenbergii notam 342. ad Cappelli I, c. Alias aliorum interpretationes, itidem מַמְנָה praefertium recensuit et ponderavit C. F. S C H N U R R E R U S in *Dissertat. in Philologico-Critico*, p. 142. seqq. Et ipsi Schnurrero מַמְנָה praeplacet; sed praeterea litteras מַמְנָה וקרב *מחפש וקרב* ita censet divellendas, ut *Mem* referatur ad primam vocem, quod LXX. etiam fecisse videantur, $\text{ἐξερευνήσαντες ἐξερευνήσεις}$, et deinde Vav ad medium, hac ratione: $\text{הַמְּחַפֵּשׁ עוֹלָה טַמְּנֵה הַפְּשֵׁם הַפְּשֵׁה קָרֵב אִישׁ וְלֵב עַמֶּךָ}$. Quae ita explicat: „Tantam esse ait Davides adversariorum suorum malitiam, ut, quum adhibitis omnibus, etiam occultissimis, dolis nihil quidquam in universis ipsius dictis factisque deprehendere possint, quod in vitium verti

cum quadam veri specie possit, animum tandem claudesinorum scelerum accusent, adeoque jus quasi potestatemque sibi arrogent, de intimis adeo abditissimisque animi cogitatis decernendi." Alexandrinus pro תמנו posuit ἐξέλιπον, *defecerunt*, ut Vulgatus vertit; et Syrus ܐܘܘ, *consumti sunt*. Quod tamen minime arguit, hosce interpretes תמו legisse; potuerunt enim et תמנו ita accipere; vid. supra. Multo incertius est, quid Symmachus et Chaldaeus spectarint, quorum ille vertit σύμπαντες, hic, לְשִׁצְפָה וּפְאִין, *ut perdant insontes*. — נִקְרָב אִישׁ וְלֵב עִמָּךְ Nomina קרב *medium*, (pro corde, ut Pf. XLIX, 12.), atque לב nonnulli in Accusativo accipiunt, et conjungunt cum verbo תמנו, *consummavimus*, ut sensus sit: absolvimus jam, vel absolutam habemus scrutiny, una cum intimo viri, cordeque profundo, h. e. quicquid modo in hominis intimo, profundisque animi recessibus potest reperiri consilii, id omne jam tentavimus, id ex asse pernovimus. Praestat tamen, utrumque nomen in Nominativo accipere, ut peculiaris conficiatur propositio haec: *et intimum viri et cor viri*, i. e. uniuscujusque hostium meorum, *est profundum*, i. e. nequitia et dolus adversariorum vix potest a quodam perspici aut pervestigari. Similis sententia Jerem. XVII, 9. *Perversum (עֲקָב) est cor hominis, quis pernoscet illud?* Illum sensum et Dathius in versione h. l. expressit: *profunda malitia animo cujusque insidet.*

8. וַיִּרְם אֱלֹהִים Sed feriet eos Deus, illos, qui sagittas in homines innocuos jaculati sunt, Vs. 4. 5. Verbum נָרַה, quod impiis supra Vs. 5. tribuerat, nunc iudici supremo, paria illis reddenti, tribuitur. Pro וַיִּרְם אֱלֹהִים Alexandrinus posuit: καὶ ὑψώθησεται ὁ Θεός, quocum Syrus consentit, ac si וַיִּרְם in Hebraeo scriptum esset. Ceteri tamen veteres nostram lectionem expresserunt. Verba quae sequuntur, הוּךְ פְּתָאם הוּךְ מִפִּתְחָם, quidam connectunt priori Versus membro, hoc sensu: *ejaculabitur*
in

in eos Deus sagittam repente, unde mansuras sunt plagae eorum. Quos forsan movit accentus Athnach vocabulo מִתְּנַח suppositus. Sed in libris metricis accentus ille, praecedente Merca composito, vim distinctivam amittit, posteriorique Versus hemistichio vocem suam au-nectit. Sic ita vertendum erit: *sagitta subita erunt plagae eorum*, i. e. infortunia in eos irruentia erunt tanquam sagitta subito ex alto decidens, atque incautos feriens et permeans.

9. וַיִּכְשִׁילוּהָ לְשׁוֹנָם *Et impingere, f. cornere, eos facient linguae eorum*, fabricati sunt sibimetipsis infortu-
nium lingua propria; in foveam, quam pararunt, inciderunt ipsi. Nomen singularis numeri לְשׁוֹן, collective ה. l. intelligendum esse, docet contextus; quare conjungitur cum verbo pluralis numeri, qui quod additum affixum singulare, *distributive* est explicandum (ut supra Pf. LXIII, 1.), ut *unumquemque* illorum praecipitandum fore intelligatur. עֲלֵיהֶם *Super ipsos*, i. e. uniuscujusque lingua unum super alterum praecipitabit. Vel: *efficient linguae*, ut עֲלֵיהֶם, *propter eas* corruant isti, ut lingua eorum maledica ipsis pernicii causa sit. Alii: *impingere facient in semetipsos ipsam linguam suam*, i. e. facient, ut lingua sua in se ipsos impingat; quae impia in me evomuerunt verba in proprium ipsorum revertentur caput. וְכָל־הֵם יִתְּנִיחֻהוּ בְּלִ-מִן *In fugam se conjicient omnes, qui eos videant*, adeo horrendum illis maledicis imminet supplicium et lapsus, ut spectaculo hoc abigantur quotquot illud videant,

PSALMUS SEXAGESIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Celebrat primo (Vs. 1 — 5.) praestantiam cultus divini et bona ex eo obtinenda, tum (Vs. 6 — 9.) summam Dei potentiam, quae in eo maxime cernitur, quod solus ille terrae fertilitatem potest concedere, cuius elegans est descriptio Vs. 10. seqq. Quia vero in hac posteriore carminis parte poeta potissimum in *pluviae* descriptione versatur; verisimile nonnullis visum est, Psalmum compositum esse post tempestivam pluviam, in summa quadam agrorum siccitate, et forsan apud Arcam, quae tunc erat in Zionis arce, publice decantatum fuisse celebrandi ejus beneficii gratia. Nobis est hymnus, qui in universum potiora beneficia celebrat quae populo suo praestat Deus. Qua vero occasione sit factus uti nemo facile ad liquidum perduxerit, ita nec si illam exploratam haberemus, id nos admodum juvaret ad Psalmum melius intelligendum, qui per se satis est planus.

2. *תהלה לך רמיה תהלה לך* *Tibi silentium*, i. e. tranquilla auxilii expectatio, fiducia (vid. not. ad Pf. LXII, 2.) et laus scilicet debetur; tu es ille, a quo in adversis auxilium expectandum, idemque qui eo praestito laudibus celebrandus. Alyndeton, cujusmodi exempla plura habuimus; vid. e. c. Habac. III, 11. Chaldaeus: *coram te reputatur veluti silentium laus*. Graecus Alexandrinus: *σοι πᾶσαι υῦβοι*. Quod recentiorum nonnulli sequuti vertérunt: *tibi debetur laus*, sive, *tibi convenit laus*. Alii: *te manet laus*. Quae interpretationes tamen *silentii* et *tranquillitatis* notioni, radici *רמיה* propriae, minus conveniunt. Alii, inter quos Lutherus, subaudito *א* ante *רמיה*; sic faciunt: *tibi in silentio laus debetur*. Hunc sensum vindicare studuit Jo. Jac. Bosrus in *Dissertat. de cultu Dei in silentio ad Pf. LXV, 2. illustrandum*, Lipf. 1756, et respici putat hisce verbis ad sacrum silentium, quod apud plures gentes antiquas in cultu Deorum observari solebat, imprimis apud Aegyptios, Indos, Persas, Graecos et Romanos, uti compluribus veterum scriptorum testimoniis ostendit §. X, p. 14, seqq. Et apud Judaeos quoque tale sacrum silentium obtinuisse, colligit inde, quod, uti e Talmude et Maimonide liquet, eo tempore, quo sacerdos suffitum adolevit in Sancto templo, fiebat autem quotidie ad sacrificia *תמידה* *jugia* mactanda, altum ibi regnavit silentium. Simulac enim sacerdos sanctum intravit ad suffitendum, tinniebatur campanula, quae signum erat, nunc esse tempus precandi, quae audita sacerdotes, qui erant in templo, secedebant omnes, et quilibet ad preces sese componebat, quae silentio fundebantur ad Deum. Eo tempore omnis cessare debebat strepitus, mactationes animalium, securium fragores, clamores, alloquutiones, et id genus alii stridores. Nobis tamen ea sententia, quae ex interpretatione supra initio posita prodit, gravior videtur

et elegantior, quam simplex ad certum quendam ritum allusio. אלהים בציון O Deus, qui in Zione, in templo tibi sacro, sedem quali habes. Cf. Ps. CXXXII, 13. CXXXII, 3. 4. Alii nectendum putant cum תהלה, ut sit: tibi debentur laudes in Zione, i. e. in templo tuo canendae. וליה ישלם נדר Et tibi persolvitur votum, quod inter calamitates et in auxilii expectatione conceperunt pii tui cultores. Cf. infra LXVI, 13. 14. et supra LXI, 6.

3. עריה Ad te; ער, ad, ut Deut. IV, 11. 30. XXX, 2. redibis ער ad Deum, pro quo Vs. 10. ponitur אל-יהוה.

4. דברי עונת גברי מני Peccata praevaluerunt mihi; nomen דבר redundat, uti saepe, veluti Ps. XXXV, 20. דברי מרמה fraudes; vid. et Ps. XLV, 5. CV, 27. Sic Matth. V, 32. λόγος πορνείας.

5. אשר העם את אשרי תבחר אשרי העם quem elegisti ex aliis populis tanquam tibi proprium. Et quem admittis, ut habitet in atris tuis. Bene KUINOEL in Specim. Observat. in Psalms (supra ad LXIII, 3. laud.) componit cum hoc loco Ps. XV, 1., monetque, formulas hasce depromptas esse a jure hospitalitatis apud populos Orientis, atque sensum prioris hemistichii esse: felix, cui tu propitius es, ejus preces exaudis, quem tua benevolentia amplecteris! Verba autem, quae sequuntur: בטוב ביתך licet vertit: utinam satiemur bonis domus tuae, קדש היתלה templi tui sancti! h. e. sis etiam nobis, qui in templo tuo apparuimus, propitius, beneficiis tuis nos ornes. „Quatenus Deus in templo habitare dicitur, ibi beneficia distribuere, ibi preces exaudire, eatenus ipsa haec beneficia vocantur dona templi.“

6. נוראות בצדק העבנו Terribilia in justitia exaudis nos, terribilibus iisque justissimis judiciis exaudis nos. נוראות dicuntur facinora Dei, quae maxime edidit in poenam
im-

impiorum et piorum salutem, ad quae illi obstupescunt, hi vero Deum propterea laudant; vid. Ps. LXVI, 6. CXXXIX, 14. Jof. LXIV, 2. Hic in bono sensu nomen videtur accipiendum esse, ut Deut. X, 21. 2 Sam. VII, 23. **בְּצַדִּיק** *In justitia*, i. e. julle. Verbum **עָנָה**, *exaudit*, construitur cum **נִזְרָאוֹת**, quod est Accusativus, quemadmodum Genes. XLI, 6. dicitur: *Deus אַח שְׁלוֹם יַעֲנֶה respondeat*, f. exaudiendo exhibeat *salutem Pharaonis*. — **מִבֶּשֶׁח בְּל-קְצוֹת-אֶרֶץ וְיָם רְחֵקִים** *Spes omnium terrae et maris extremus oras incolentium*, tu es, ad quem respiciunt, in quo sperant omnes homines, qui terram totam incolunt, usque ad extremos limites hujus, et quorum sedes longinquas mare alluit. **רְחֵקִים**, *remotorum*, pertinet ad nomen **קְצוֹת**, *fines*; tu es *spes finium remotorum* tam terrae, quam maris.

7. **מְבַרְכֵי הַרִים בְּכֹחוֹ** *Stabiliens montes robore suo*, tu es, qui stabiles reddis montes, ita ut nullis, tametsi validissimis ventorum flatibus dimoveri possint. Vel: tui tanta est virtus, ut solidam illud montium corpus quasi columnas quasdam stabilias ac statuas. Animadvertenda personarum variatio; liquidem in secunda dixerat Vs. 6, *exaudis*; nunc in tertia: *robore suo*; brevi post, Vs. 9. ad secundam redit: *ob signa tua*. **נִאֲזָר בְּגִבּוֹרָה** *Accinctus fortitudine*, i. e. qui undiquaque pollet virtute tum debellandi hostes, tum benefaciendi amicis, praestandique, quicquid vel in coelis, vel terra, vel mari libuerit, Ps. CXV, 3. CXXXV, 6. Metaphora ducta ab heroe, invictis undiquaque cincto armis; cf. Ps. XCIII, 1.

8. **מַשְׁבִּיחַ** *Compescens, proprie mulcens*, quae est propria verbi **שָׁבַח** notio, collato Arabico **سَبَّحَ**, ut multis ostendit A. SCHULTENSIVS de *Defect. Ling. Hebr.* §. CXI. seqq.

9. **וַיִּירָאוּ יֹשְׁבֵי קְצוֹת מְאוֹתֵיהֶּם** *Et pavent incolae finium extremorum terrae propter signa tua*, in coelo, terra

terra marique passim conspicua. Intelligenda omnia Dei opera, quibus insculptae quasi sunt potentiae suae notae. מוצאי בקר וערב תרגין *Egressus mane et vespero facis ovare*, i. e.; uti plures cum GIERO interpretantur, astra coeli, ceterasque creaturas per vices istas ordinate alternatimque progredientes. מוצאי notat tum *actum exundi*; *exitum*, ut 2 Sam. III, 25. Ezech. XII, 4.; tum *locum*, ubi quid exit, ut 2 Paral. XXXII, 30. Ps. CVII, 33. Jer. LVIII, 11.; tum illud *quod exit*; ut *egrediens per labia*, Num. XXX, 13. Deut. XXIII, 24., quae significatio hoc loco obtinet, ita ut *exitus aurorae et vesperi* designet eas omnes res creatas, quae per certas diei ac noctis vicissitudines soeant in conspectum prodire publicum; uti vesperi faciunt stellae, luna duce, mane sol; item in terris exeunt vesperi ferae ad rapinam, mane homo ad laborem; cf. Ps. CIV, 19. seqq. RUDINGERUS verborum *egressiones mane et vesperi hilares eis facis* sensum hunc esse autumat: tu exhilaras animas hominum, ut degant et obversentur in terra pacata securi et laeti totos dies. „Significat enim, inquit, „egredi et ingredi Hebraica figura, obversari, et vitam in aliquo loco degere; ut Ps. CXXI, 8. *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum*, id est, custodiat te ubicunque deges et habitabis. Quod autem additur, *mane et vesperi* simpliciter interpretor de tota die.“ Sed *egressiones mane et vesperi* ad homines vix referti poterunt. Parallelismus membrorum suadet, מוצאי בקר וערב de orientali et occidentali coeli plaga intelligere, quem sensum BUCHERUS bene expressit ita: *facis laetos ovare qui agunt ad solis ortum, quique ad occasum*. מוצאי בקר, *egressus mane*; exortum solis indicant, וערב vero, *vespera*, denotat solis occasum. Vel potest וערב in Genitivo *vesperae* verti; ut per ζευγυα et *vesperae* tribuatur מוצאי, qui proprie תו בקר tantum competit. Vid. GESENI *Lehrgeb.* p. 353. תרגין *Cantare facis*, exhilaras (ut Job.

XXIX, 13. *cor viduae* (אֶרְבִּין), cunctis illis das vigorem, ut cum tripudio quasi faciant et exequantur id, ad quod creata sunt. Potest etiam verti: *laudare facis*, ut sensus sit: *facis*, ut omnes res creatae palam tuas concinant laudes, aliisque materiam te laudandi suggerant.

10. בָּקְרָה הָאָרֶץ *Vistas terram, curam ejus geris, vid.* de hoc verbo STORRII *Observatt. ab Analog. et Syntax. Hebr.* p. 218. not. וְהִשְׁקָהּ „ex forma grammatica א שׁוֹק esset *appetis eam*, h. e., uti nonnulli explicant, singulari amore eam persequeris. Sed Alexandrinus. καὶ ἐμὲθύσας αὐτήν, *Vulgatus et inebriasti eam*. Symmachus: καὶ ποτίσεις αὐτὸν. Hieronymus: *et irrigas eam*. Similiter Chaldaeus: וְהִשְׁקִיתָ *irrigasti eam*. Qui omnes haud dubie derivarunt a שָׁקָה, quod tamen lectio recepta non admittit; esse enim deberet הִשְׁקָה. Sensus vero longe est facilior et aptior quam ex vulgari lectione. Hanc si mutare nolis, dici posset, verbum שָׁקָה permutare h. l. suam significationem cum שׁוֹק, cujus permutationis in aliis quoque dantur exempla, v. c. כֹּוֹה et בָּרָה *foedere*, בֹּוֹו et בֹּוֹה *spernere*.” D. A. T. H. E. רַבָּה הַעֲשָׂרָה *Copiose* (cf. not. ad Pf. LXII, 3.) *ditas eam*, multifarīa fructuum quorumvis abundantia. פֶּלֶט מַלְהִים מְלֵא מִיִּם *Rivus Dei aquae plenus est*, h. e. pluviam largam demittis. Arabibus *fluvium Dei*, نَهْرُ اللَّهِ, dici *pluvias*, probavit A.

SCHULTENS in *Animadversf. philolog.* ad h. l. תְּבִין תְּבִין *Præparas frumentum eorum*, scil. vel terrae tractuum variorum, vel hominum. Ad affixam in voce תְּבִין nomen ex contextu est subaudiendum. Cujus formae loquendi exempla habuimus Pf. XXXIX, 7. (ubi not. cf.), et LXIII, וְרַמָּה scil. *hostes*. Ex Graecis et Latinis scriptoribus similia dedit KOEHLERUS in *Repertor Literat. bibl. et Oriental.* P. X. p. 117. כִּי-כֵן תְּבִינָה *Quia, vel, postquam sic, per irrigationes tuas, praeparasti eam*,
Tom. IV. Qqqq scil.

scil. terram, h. e. frumenta in praeparas solus postquam pro frumentis prius praeparasti terram pluviis.

11. תְּלַמְּיָהּ רִיבָה *Sulcos ejus irriga*, h. e. irrigare soles, vel, irrigabis etiam in posterum. רִיבָה enim potest accipi vel pro Imperativo, ita ut sit precantis, vel in Infinitivo, qui per enallagen induit naturam temporum antecedentium, pro רִיבָה תְּלַמְּיָהּ, ut Exod. XXII, 22. עֲבֹה תְּלַמְּיָהּ. — נָחַח בְּדִרְבָּה *Descendere faciendo sulcos ejus* per copiose demissas pluvias, ut sulci aquis super iis demissis desideant. בְּדִרְבָּה proprie *caesurae*, ut בְּדִרְבָּה Jerem. XLVIII, 37. (coll. verbo Deut. XIV, 11. 1 Reg. XVIII, 28.), sed hoc loco *sulcos* intelligendos esse, contextus docet. Bene Kimchi hoc nomen explicat *profunditates porcam inter et porcam*. Alii בְּדִרְבָּה interpretantur *porcam*, coll. Arab. 5 5 5.

جَدْنٌ *linea seu stria in dorso asini, quae alterius est coloris quam reliquum corpus; item, ejusque tractus, trames, peculiariter in monte, diversi coloris a reliquis partibus* (loca ex *Dejeuhario* attulit MUNTINGHE in *Animadverss. Philologg.* ad h. l.). Hinc interpretantur: *descendere faciendo*, i. e. deprimendo pluvia *porcas ejus*. Alii בְּדִרְבָּה *turmas* vertunt, ut Genes. XLIX, 19., per quas *glebarum multitudinem*, quae agrum occupant, intelligunt, quaeque pluviis sint *deprimendae* vel *subigendae*. Ita Chaldaeus: תְּשַׁרְרָה בְּנִסְתָּהּ, *compescas turmas ejus*. Alexandrinus: πλύθινον τὰ γεννήματα αὐτῆς, Vulgatus: *multiplicata genimina ejus*. Alii minus feliciter Arabicum 5 1 1

جَدْنٌ, *terra dura et plana*, in subsidium vocant. כְּרִיבִים תְּלַמְּיָהּ *Guttis*, i. e. imbribus *liquefcere eam facis*; humiditate eam dissolis.

12. עֲפֹרָה *Coronas, ornas*. Sed Alexandrinus pro nomine עֲפֹרָה *corona* accepit, et verbum postremum Verfus 11., תְּבַרְךָ, ad hunc retulit, unde haec enata est interpretatio: εὐλογῆσαι τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητος

τηρός σου, et Vulgatus: *benedices coronae anni benignitatis tuae*. Praeferendam esse Hebraeam lectionem et Verbum divisionem, quisque intelliget ipse. שנה טובהה *Annum bonitatis tuae*, h. e. beneficiis tuis undiquaque repletissimum. Est hic Genitivus adjuncti, ut in illo Genes. XLI, 50. שנה הרעב *annus famis*; Jer. XXXIV, 8. *annus retributionum*; LXI, 2. *annus beneplaciti Jovae*. Aliis est Genitivus effecti; ut *annus bonitatis divinae* sit, cui Deus benefaciat, vel quo hominibus bonitatem suam exhibet. Itaque vates se loqui innuit non de anno qualicunque, sed de anno, bonitatis divinae monumentis undique conspicuis. וזעמליה ירעפון השך *Et orbitae tuae destillant pinguedinem*, ubicunque modo es praesens, ibi uberrima benignitatis tuae reperiuntur vestigia vel monumenta. Introducitur Deus iustar divitis cujusdam domini, cujus vestigia non madent sanguine, nec sterilem reddunt terram, sed quae salutem et foecunditatem destillant. Alii, ut Kimchi, *orbitas* intelligunt *nubes*, coll. Ps. CIV, 3. Jer. XIX, 1. Nab. I, 3., in quibus *ambulare* haud raro dicitur Deus, et e quibus pluviae foecundantes terramque impinguentes destillant. Quod tamen minus videtur simplex. Idem quod hic dicitur Virgilianis hisce Versibus *Georg. II, 391. 92.*:

*Complentur vallesque cauae saltusque profundi,
Et quocunque Deus circum caput egit honestum.*

Nisi quod Maro respectui divino hoc tribuit, quod Psalmus ingressui et vestigiis divinis. In utroque autem est figura poetica, qua significatur providentia et munificencia divina.

13. וירעפון נאמה מרבר *Stillant pinguedinem* (Vs. 12.) *mansiones*, s. *pascua deserti*, herbis virentia loca, qualia passim in Judaeae desertis reperiebantur. De voce נאמה vid. not. ad Ps. XXIII, 2. Pascua deserti, coelitus made-

facta, ipsa quoque pinguedine stillare dicuntur. Alii, cum Kimchio, ante נאח subaudiunt על, *super*, sensumque faciunt hunc: *stillant etiam vestigia tua super mansiones deserti*, ut ferae quoque cibum ac potum reperiant. וְגַלְגַּלֵּי גְבֻעוֹת הַמְּחֹרְבָה *Et exultatione colles sese accingunt*, i. e. instruuntur gaudio, suppeditatur iis causa laetitiae, ut rideant. Vel: colles etiam laetum exhibent vultum, dum versicoloribus undique arrident floribus.

14. לְבַשׁ בָּרִים הַצֹּאן *Induunt pascua greges* induta sunt prata ovibus, ut prae his solum non appareat. Post terrae foecunditatem descriptam, meminit jam foecunditatis gregum, quae ipsa quidem tanta sit, ut greges per agros dispersi, graminique inhaerentes, inslar vestimenti videantur operuisse nuditatem pratorum viridantium, eademque exornare. *Vestium* vel *indumenti* figura et alias ad indicandam magnam copiam et omnia occupantem adhibetur, veluti Ps. XCIII, 1. CXXXII, 9. Jes. LI, 9. Job. XXIX, 14. Nomen בָּרִים et *agnum pascualē* notat, ut Jes. XVI, 1. Dent. XXXII, 14., et *pascua*, ut Jes. XXX, 23. *Depascet pecus tuum בָּרִים pascuum amplum*. Vid. de hac voce BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XXXIII. Tom. I. p. 466. Quia, vero nomen בָּרִים rarius *pascuum* significat; A. SCHULTENS in *Animadversf. philologg.* ad h. l. (*Oper. Minor.* p. 191.) arietes interpretatur, verbo לְבַשׁ vero eorum *coitum cum ovibus* designari censeat, quum Arabes non solum ipso verbo لَبَسَ, verum et aliis *vestiendi* verbis eodem modo uti solerent; id quod exemplis pluribus probavit. Hinc Malach. II, 16. *uxor vocatur viri לְבַשׁ vestimentum*. Eadem Chaldaei interpretis h. l. fuit mens, qui sic vertit: וְעֵלֶן רִבְרִיָה עֲלֵי וְנָא *saliunt arietes in oves*. Cf. Genes. XXXI, 10. 12. Aben-Esra quoque ad h. l. istius explicationis meminit; sed eam rejicit tum ob locum Jes. XXX, 23., qui non nisi coacte de *ariete* accipi potest, cum quod h. l.

h. l. sequens nomen *vallium* aliam, quam *arictum*, notionem poscere videatur. Alexandrinus: ἐπεδύσαντο οἱ ἄγριοι τῶν προβάτων, et induentur arietes ovium, ut Vulgatus reddidit; invita constructione Hebraea et sine completo sensu, ad quem integrandum Arabicus et Aethiopicus interpres addunt *pinguedine*. Syrus: et induent scil. colles (Vs. 14.) *pinguia pecorum*. Hieronymus: *vestientur agnis greges*. וַעֲמְקֵיהֶם יַעֲטֹפֵם בָּר Et *valles operiuntur frumento*, abundant, ac si obvoluta amicta frumento essent. יִהְיוּעַרְבָּאֵי-יְשִׁירָה *Jubilant etiamque canunt* valles et colles, antea memorati. Pulchra metaphora, qualis et Jesaj. LV, 12., qua sensus inanimatis tribuitur. Personant autem jubilis et canticis arva, aliis pro ipsis et ipsorum causa haec praestantibus.

PSALMUS SEXAGESIMUS
SEXTUS.

A R G U M E N T U M.

Hortatur vates omnes mortales ad Dei laudes celebrandas et ad mirifica ejusdem opera pro Hebraeorum salute consideranda, occasione ejus beneficii, quod tempore scripti Psalmi populo suo post multiplices et longi temporis calamitates praestare coeperit, cum cessantibus jam omnium calamitatum miseris et res bene succedant in praesentia, et felicitatis spes bona se ostendat, et quasi effulgeat in posterum. Hoc nomine et gratias Deo agit, et ad societatem rei invitatur et assumitur, in amplificatione, omnes gentes, et suam, id est, Hebraeam, inprimis. Peculiariter autem celebratur in Deo hoc, quod semper exaudiverit precantem populum, quem in sua persona vates significat (Vs. 13. seqq.); se nominans, cum populum dicat, et hoc argumentum haberi vult innocentiae suae, nam qui mali quidquam concipiant animo suo, eorum preces non exaudiri (Vs. 18. 19.). Hoc autem omnino apparet, ad certi temporis preces ex-
au-

auditas et ob praesentem statum bonum existisse eam, quam Psalmus spirat, laetitiam in auctore. Pro Davidico nec veteres illi Hebraei carmen hoc videntur habuisse, quum Davidis nomen ei non praescriperint. Et ostendit res etiam per se, Davidico tempore nihil tale factum cum populo. Satis verisimilis est RUDINGERI sententia, scriptum esse in laetitia consecrati templi secundi. Nam initiis aedificationis, quae a reducibus fieri coepit, minus convenit haec jubilatio; captivitati autem, et in exilio adhuc haerentibus multo minus.

2. שִׁמְרוּ כְבוֹד חַלְלוּ *Ponite gloriam laudem ejus,* quod Aben-Esra explicat: pro summa gloria ducite, Deum laudare. Verbum שָׁמַר, *ponere*, constructum cum gemino Accusativo, exponi solet: *constituere*, vel *facere*, ut hoc sit illud; ut Jes. XXVIII, 15. שָׁמַרנוּ כְבוֹד מַחֲסוֹנוֹ *posuimus mendacium spem nostram*, i. e. constituimus, ut res fallax sit spes vel refugium nostrum. Cf. Ps. XL, 5. XLIV, 14. Ita et hoc loco; *ponite gloriam laudem ejus*, erit; efficite, ut gloria, sive gloriosissima sit laus ejus, splendide Deum concelebrate. Paralelus est locus Jos. XVII, 19. שִׁים-נָא כְבוֹד לַיהוָה.

3. בְּרַב עֲוֹה יִכְחָשׁוּ-לָהּ אֹיְבֵיהָ *Propter multitudinem roboris tui mentiuntur tibi hostes tui*, i. e. blandiuntur tibi, et submissis [gellibus] sese tibi submittant. Vid. de verbo כָּחַשׁ not. ad Ps. XVIII, 45. (Vol. I. p. 522.), quo loco eadem, qua hic, significatione occurrit.

5. נִרְאָה עֲלֵיָהּ *Formidabilis actione*, venerandus propter facinora. Antè nomen עֲלֵיָהּ subaudiri potest בּ, *propter*, vel *quoad*. Sic Jerem. XXXII, 19. Deus dicitur

magnus confilio, עֲלִיָּהּ וְרַב עֲלֵיהָ *et potens opere*. De voce עֲלִיָּהּ, quod saepius de Dei facinoribus dicitur, vid. SCHULTZII *Origg*, *Hebr.* L. I. Cap. VI. praesertim §. XLII. אֲדָם על בני אדם *Super homines*, quod vel comparative intelligendum, quod opera divina longissime superent omnium hominum molimina, ut Jud. IV, 24. Pf. XCV, 3.; vel objective, *in* vel *erga* homines, ut Exod. XVIII, 11. 1 Sam. XX, 8. Kimchi: ut faciat cum iis pro lubitu suo, ita ut timeant eum.

6. הִפְךָ יָם לַיַּבֶּשֶׁה *Convertit mare*, i. e. *mare algae*, s. Arabicum, ut recte Chaldaeus posuit, *in aridam terram*. Innuit transitum Israelitarum per sinum Arabicum, Exod. XIV, 21. seqq. בְּנַהַר *Per fluvium Jordanem* (ut Chaldaeus interpretatur), qui antonomastice aut eminenter h. l. sic dicitur, utpote parem in Palaestina non habens. Aliis enim *Euphratis* illa adpellatio est, ut 1 Reg. V, 1. Pf. LXXX, 12. — יַעֲבְרוּ *Transferunt*; futurum pro Imperfecto aut Praeterito, ut saepe in narratione. Vid. Pf. LXXVII, 8. LXXX, 9. — בְּרֶגֶל *Pede sicco*, sine pontis aut navis subsidio. Vid. Jos. III, 13. seqq. שָׂם *Tunc laetabamur eo*. Loquitur de gaudio Israelitarum in suis majoribus, quippe et posteri fruebantur adhuc tum eo beneficio, quo ipsorum majoribus per transitum Jordanis contigerat. Cf. Pf. LXXXI, 6.

7. עוֹלָם pro לעוֹלָם *in aeternum*, semper. Chaldaeus, Hieronymus, alii, vertunt *dominatur mundo*. Quo significato nomen עוֹלָם a recentioribus scriptoribus Hebraeis usurpari solet; minime vero ab antiquioribus. הַפּוֹרְרִים *Rebelle, ne efferantur*. Quod in textu extat יִרְמֹךְ *exallent*, impersonaliter accipiendum, *extollantur*, ita ut utraque legendi ratio sensu non differat. לְמִי *Sibi pleonasticum*, ut Pf. XLIV, 4. LXIV, 6. q. d. *in suum honorem aut commodum*; vel: *pro fastu illo suo*.

9. הַשֵּׁם בְּפִשְׁנוּ בְּחַיִּים *Qui ponit animam nostram in vita*, s. *in vivis* (utrumque enim חַיִּים denotat) i. e. vi-

vos nos servavit, cf. Pf. XXX, 4. De locutione למוז רגלנו vid. Pf. XXXVIII, 17. LV, 23.

10. *Nam probasti nos explorando calamitatum aestu fiduciae nostrae in te constantiam, quomodo metallorum valor igne explorari solet. Eandem figuram vid. Pf. XXVI, 2. ubi cf. not.*

11. *הבאתנו במצרה Induxisti nos in rete, s. laqueum, i. e. tradidisti nos in manus hostium, ut irreti-
rent, seu circumretirent nos. שמא מיעקה במחנינו Possuisti oppressionem in lumbis nostris, grave onus nobis imposuisti. Nomen מיעקה, quod hoc tantummodo loco extat, nonnulli, Chaldaeo praeunte, vertunt *satenam, vincula*. Sed videtur potius *onus premens* et sarcinam molestissimam notare (a verbo עיק, quod Amos. II, 13. de *plastro premente* et prorsus atterente, dicitur), collato nomine עקה Pf. XV, 4.; ad formam מיעך, Jef. VIII, 23. et מוצץ Job. XXXVII, 10. Metaphora deprompta ab eo, qui serviliter mancipii vel jumentu instar tractatur, ingente velut quadam humeris imposita sarcina, qua ad terram depressus succumbere tandem cogitur. מחנינו, *Lumbi, pro dorso*, ut 1 Reg. XX, 31. Recte Alexandrinus et Vulgatus h. l. *in dorso nostro verterunt*.*

12. *הרבתה אנוש לראשנו Equitare fecisti homines capti nostro, hostibus nostris nos subiecisti. Locutio ducta ab equis, qui ab equite infidente domantur et libertate privantur. באנו באש ובמים Intravimus in ignem et in aquam, in extrema pericula incidimus. Bene Kimchi: afflictio comparatur cum igne et aqua, quae utraque hominem perimunt. Cf. Jef. XLIII, 2. Jerem. VI, 9. XX, 7. Pf. XVIII, 17. — הוציאנו לרעה Sed eduxisti nos ad irriguum, sive abundantem locum; h. e. libertatem nobis restituisi, abundeque nos recreasti omnigena felicitate. Ad רעה (de quo vid. not. ad Pf. XXIII, 5.) subaudiendum ארץ.*

13. In sua persona loquitur de universo populo, et sunt haec vota facta ab iis, qui templum aedificarunt, si absolvatur opus, et instauretur gens et sacerdotium.

14. אשר פצו שפתיהו Quas scil. vota aperuerunt labia mea, i. e. quae labia mea nuncupaverunt in rebus meis adversis (פצו - לי).

15. Redit ad hostiarum, Versu 13. memoratarum, ulteriorem descriptionem. Verba עם קטרה אילים non sunt vertenda post Vulgatum: cum incenso arietum, quod explicant: cum pinguedine ex arietibus adolenda, quum tamen קטרה suffitum denotet, vid. Exod. XXX, 1.; sed: cum suffitu arietes scil. אעלה-לה offeram tibi, quod praecesserat. Cf. Levit. II, 1. 2. 15. de thure cum sacrificio farris adolendo. SCHNURRERUS in *Dissertatt. Philolog.* p. 147. accentibus relictis, dirimendum vult nomen אילים a praecedente serie, jungendumque sequenti hoc modo: holocausta pinguisimarum ovium offeram tibi et suffimentum; arietes sacrificabo, boves hircosque. Sic quoque Chaldaeus verbo distinxit. אעשה Faciam, i. e. praeparabo ad sacrificium, respondet אעלה לה, quo sensu et Exod. XXIX, 36. 38. 39. 41. Ezech. XLV, 17. XLVI, 2. Similiter apud VIRGILIUM *Ecl.* III, 77. est *facere vitula*, pro sacra facere vitula, seu sacrificare vitulam, et *facere* simpliciter est sacrificare.

17. ורומם *Et exaltatus quoque fuit.* Non est Praeteritum *Pyq*, ut Aben-Efra et Kimchi volunt (ad formam מורק Levit VI, 21.), sed potius Participiale adjectivum forma מורק, Jer. LVII, 17. Jerem. III, 14. — Sub lingua mea, quod explicant: in corde s. animo et pectore meo, tanquam fonte sermonis et orationis. Quomodo et nonnulli eandem phrasin Ps. X, 7. accipiunt (vid. Vol. I. p. 265.). Kimchi: ore clamavi ad ipsum, et corde quoque ipsum exaltavi. J. W. SCHROEDERUS in *Commentar.* ad Ps. X. p. 164. sub lingua esse dici putat id. quod ita *tecte subest* et includatur

tor iis, quae ore edisseruntur, ut in ea continuo quasi influat et immisceatur. Unde verborum nostrorum sensum facit hunc: inter invocandum Deum magnificavi, ita ut celebratio Numinis clamoribus simul comprehensa fuerit, iisque perennis quasi influxerit. „Sic illud *sub lingua* sedem quasi et fontem eorum, quae sub sermone latent, repraesentat, unde ea in os et super linguam ascendant affluantque. Metaphora sancta videtur a deliciis sub lingua asservatis, quarum dulcedo inde perenni affluxu sese per os diffundit. Eo satis clare spectat locus Job. XX, 12. ubi illud לִשׁוֹן חֶמְדָּה ad malum, cum vexatione et rapina conjunctum, applicatur, quod, in ore dulcescens, tanquam bolus delicatus, sub lingua occultetur.“ Potest etiam ea locutio redundantiam quandam verborum et copiam significare, ut parata sibi indicet sub lingua fuisse verba, quae promeret et ore clamaret.

18. אִי-רָאִיתִי בְלִבִּי לֹא יִשְׁמַע אֱלֹהֵי Iniquitatem si spectassem in corde meo, quod si concepissem aut instituissem mali aliquid animo meo, et indulissem pravitati tali, non audietur me fuisset Dominus. Testatur in his de innocentia sua populus, quod de posteritate abductorum verum est, de majoribus ipsorum non item. Simul vero docet vates, Deum mente pura esse orandum, alioquin frustra esse orationem.

PSALMUS SEXAGESIMUS.
SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Optat poeta totius populi nomine, ut iplis fa-
veat Deus et benigne faciat; quo nimirum ce-
teri populi ad nominis divini cognitionem ac
praedicationem expergeſcant, atque excitentur.
Tandem ait terram jam fructus protuliffe abun-
de, atque orat, ut Deus et in poſterum ſuis be-
nigne faciat, eumque ideo univerſus orbis agni-
tus revereatur. Quo tempore quave occasione
factus ſit Pfalmus, nemo definiat, quum nihil ei
inſit, quod ad veriſimilem ea de re conjecturam
adducere nos poſſit.

2. יָאֵר פְּנֵי אֲהָבָה *Illuminet* ſeu *lucere faciat vultum ſuum nobiſcum*, re ipſa declarat, ſe nobis favere. Forma loquendi nata ex communi hominum conſuetudine, qui quem amant et cui favent, eum ſereno, ſive, ut Hebraei loquuntur, lucido vultu adſpiciunt. Pro אֲהָבָה Pf. IV, 7. exiſtat עֲלֵינִי, cf. et Pf. XXXI, 17. Sed videtur conſtructio eſſe ſimilis ei, quae praegnans dicitur, ut ſenſus ſit hic: *lucere faciat ſuper nobis lumen ſereni vultus ſui et ſit nobiſcum.*

3. לְרִיעַת פְּאָרֶץ דְרָבָה. *Ut cognoscant in terra ciam tuam*, ut intelligant omnes mortales, quomodo te gerere soleas erga tuos cultores, quomodo eos ferves et tuearis omniaque iis suppedites, quae ad vitam necessaria sunt. *Via Dei* hic significat modum et rationem, quam persequi in suis cultoribus gubernandis et conservandis solet Deus. Sic *viae* vocabulum sumitur Jes. LV, 8. *Neque viae vestrae, viae meae.*

5. כִּי-חֲשַׁבְתָּ עַמִּים מִיִּשְׂרָאֵל. *Quoniam judicas populos aequae*, s. iuste, i. e. gaudeant nationes et ovent, quod jus reddas ex aequitate populis.

7. אֶרֶץ נְחֻמָּה יְבֹלֶה וְגו'. *Terra dedit fructum suum* etc., quod Jarchi bene ita exponit: וְגַם עַל הָאָרֶץ שֶׁנְחַמָּה *etiam propter terram, quae dat proventum suum*, s. propterea quod terra suum proventum reddit, populi te celebrent, *et propterea quod nobis benedicit Deus noster*, laudes ejus canant gentes! Alii sensum hunc faciunt: jam terra uberes fructus tulit; pergat *Deus nos cumulare beneficiis.*

PSALMUS SEXAGESIMUS
OCTAVUS.

A R G U M E N T U M.

Praemissis, exordii instar, iis ipsis verbis, quae Moles pronuntiari iusserat, cum Arca ex uno loco in alium, mutata statione, transferenda esset, praedicat vates potentiam Dei, qua dissipet et conficiat hostes suos, qui sunt hostes populi sui, et qua beneficiat suis. Utramque ostendit ex antiquitate, repetitis exemplis eorum, quae Jova patribus praestiterit occupantibus terram Cananaeam, et *μυμητικῶς*, valdeque poëtice *ἠδοποιήσαν* prisca epinicii informat (Vs. 1 — 15.). Deinde celebratur singularis praerogativa, qua Deus montem Zionem, ut sedem suam elegerat (16 — 19.) Tum sequuntur preces pro impetrando auxilio divino adversus hostes adhuc debellandos (Vs. 20 — 31.). Tandem excitantur omnes mortales ad tantam hujus Dei majestatem, agnoscendam, et reverenter celebrandam (Vs. 32 — 36.).

Satis probabilis est interpretum complurium conjectura, hoc carmen a Davide compositum esse

elle ex occasione illius solennitatis, qua arca sacra ex aedibus Obededomi in arcem Zioniticam ad locum ei paratum transferrétur (2 Sam. VI, 12. seqq. 1 Chron. XV.) *).

Quia epístola ad Ephesios (IV, 8.) Versum hujus Psalmi unum (19.) interpretatur de Christi victoria, qua e morte resurrexit, ejusque ascensione in coelum, ideo plures totum Psalmum de Christo, historia et regno ejus inter-

) Plures haec Oda nacta est interpretes, eosque minime vulgares, velut: JO. GOTTL. PFEIFFER (*Commentatio exegetico-theologica Psalmi omnium difficillimi LXVIII.*; P. I. II. Lips. 1723. 24. in quat.); JO. BAPT. LADVOCAT (*Interpretation historique et critique du Pseaume LXVIII. Ouvrage posthume*, Paris 1767. cujus epitome extat in: *Journal de Sçavans*, Mai, 1782. p. 268. seqq.); JO. AUG. STARCK (in *Sylloge Commentat. et Observat. philologico-criticar.* Vol. I. 1769. p. 119 — 228.); FRANC. VOLKM. REINHARD (*Symbola ad interpretationem Psalmi LXVIII.* Viteberg. 1778. 79. recognita et aucta in *Commentat. Theolog.* Vol. II. p. 1 — 48.); Anonymum in *Repertor. Literat. bibl. et Oriental.*, ab Eichhornio edito, Vol. I. p. 260. seqq.; CHRIST. FRID. SCHNURRER (in *Dissertat. singulari*, Tubing. 1784., repetita in *Dissertat. philologico-criticis*, Goth. 1790. p. 285. seqq.); denique L. F. ANCILLON (*Tentamen in Psalmo sexagesimo octavo denuo vertendo, cum Dissertatione historica, quam claudit Carmen seculare Horatii cum eodem Psalmo collatum, subjunctis animadversionibus philologico-criticis.* Berolini ex officina G. F. Starkii 1797. 8. Cujus dissertationis poliora capita subjunctis doctis observationibus excerpta reperies in *dem neuen Theolog. Journal.* Ann. 1799. p. 479. seqq.).

terpretantur, id quod detortissimarum interpretationum causam afferre debuit. Verissime vero monuit SCHNURRERUS; pendere vim omnem argumentationis, qua Apostolus loco illo utitur, a Graeca versione, qua Paulo locum Psalmi (Vs. 19) reddere visum est. In qua quum verba καὶ, ἔδωκε δέματα τοῖς ἀνδράποισ, recedant plane vero et obvio sensu formulae hebraicae, לְקַחְתָּ מִמֶּנּוּ בְּאֵרֶם, qua Deus acceptor munerum, non auctor dicitur; haud difficulter intelligitur, non ad probandum ab Apostolo usurpatam esse Psalmi sententiam, sed ad rem aliam, de qua ipsi sermo erat, tantummodo accommodatam.

2. Scita est SCHNURRERI observatio, Psalmum ita videri dispositum, ut inter ipsam pompam deducendae arcae posset cantari. „Habet igitur intervalla quaedam sua, et constat ex distinctis partibus, quas omnino haud opus est, arctissimo nexu inter se cohaerere. Et initium quidem ejus cantandi factum esse dixerimus, cum arca e loco ad Zionem proximo, quo antea substitisset; solemniter procedere inciperet. Utitur enim Davides Vs. 2. eadem plane formula, qua Moses olim uti consueverat, quotiescunque arca locum mutaret suum, Num. X, 35. Sed ita utitur Davides, ut eandem jure suo augeat et amplificet Vs. 3. 4.“ Cf. not. ad Numer. loc. laud.

3. כִּהְנִיחַ עֶשֶׂן *Secundum propelli*, i. e. sicut propellitur *fumus*. Infinitivus Conjugationis Niphal irregularis, collato sequentis Passivi כִּהֲמֵס, et forma cognata הִנִּיחַ Jerem. XXXII, 4., et הִנִּיחַ Ezech. XXII, 22. Alii vertunt: *secundum impellere fumum*, forma quasi constata

ex *Kal* et *Hiphil*, quemadmodum יִרְדֵּף, Pl. VII, 6. Sed cf. not. ad eum loc. Vol. I. p. 166. Ad תִּגְדֵּף, *propellis*, subaudiendus est Accusativus vel *hostes*, ex אוֹיְבָיו Vs. 2., vel רִשְׁעִים, quod proxime sequitur. Quod ad *Nun scribatum*, similiter illud retinetur Jes. LVIII, 3. in יִגְשׁוּ, et in יִגְשׁוּר Jerem. III, 5. — כִּהְמָם *Secundum liqueferi*, vel, *sicut liquefcit*. Eadem forma Infinitivi Niphal 2 Sam. XVII, 10. Expressit eandem imaginem Micha I, 4., ubi advenientem Deum talem fingit, a cujus facie universa natura sacro quodam terrore afficiatur: *sub pedibus ejus montes liquefcunt, ut cera coram igne*. רִשְׁעִים h. l. esse, qui bellum cum Davide gerebant, bene jam monuit Aben-Esra. Quam observationem confirmavit J. D. MICHAELIS in *Epimetro ad Lowthii de sacra Poësi Hebraeor.* Praelect. XXVII. p. 57. ed. Gotting. (p. 596. ed. Lips.) not. רִשְׁעִים, iuquit, „non sunt Hebraeis *impii*, sed *injusti*, sensu forensi, justis oppositi, i. e. rei, aggressores. Vid. Exod. II, 13. Hic *hostes* populi Dei sistuntur, ut qui injusto Israelitas bello lacessant, nec possint non causa cadere. Insignis verbi רִשַׁע usus in re bellica, ubi *reus* dicitur: *Quem damnat labor, et quo vergit pondere lethum*. Vid. 1 Sam. XIV, 47.“ Cf. Michaelis *Supplem.* p. 2266.

4. צְרוּקִים ex oppositione רִשְׁעִים עֲוֹן Vs. 3. sunt ii, quorum causa est justa, Israelitae, a Jova in tutelam recepti.

5. Verba לֵלֵךְ בְּעֵרְבוֹתָ לְךָ לְיָמֶיךָ nostri interpretes sere sic capiunt: *Viam parate ei, qui vehitur per deserta*, referuntque eo, quod Jova in Arabiae desertis populum suum in columna nubis et ignis praecessit, unde et mox Vs. 8. dicitur: *Deus, cum exires, ante populum tuum cum gradereris per desertum* (בְּצִעְרָךְ בִּישִׁימוֹן). Ita imagine vere sublimi altitonans manu sua Israelitas ex Aegypto educens, curru equisque per deserta Sinaitica vectus pingitur, tanquam heros et dux exercitus, qualem nobis Jovem pingit HOMERUS II. Θ. 41. seqq. Eadem imago iisdem sere verbis expressa exstat Jesaj. XI, 3. Sed in alia omnia abit

Chaldaeus, quem Hebraei interpretes sequuntur. Ita enim ille hunc locum exposuit: קלסון ליהיב על כורסי יקרא *laudate eum, qui sedet super throno gloriae in coelis.* Videlicet per ערבות Hebraei hoc loco indicari volunt *coelos*, quod sint lati et expansi instar tractus campestris. Quam interpretationem Aben-Esra confirmari dicit eo quod infra Vs. 34. pro eo quod hic habetur, לרכב בערבות, dicitur קדם שמי שמי לרכב *qui insidet coelis coelorum antiquorum.* סלו vero hoc Versu interpretantur *extollite* scil. laudibus. Verum etsi verbum סלו in forma *Piipel* semel, Prov. IV, 8., *effertendi* significatu occurrit, tamen in Cal semper de *via aggeranda* et *terra aggesta complananda* usurpatur. Hinc et Graecus Alexandrinus *οδοποιήσασε* hic reddidit, sed ערבות cepit pro *occidente*, vertit enim: τῷ ἀπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. Et haec quidem explicatio Jovam nobis fingit ab ultimo occidente, sive, si malis, ab Aegypti finibus Cherubis vectum (cf. Pl. XVIII, 11.) montem Sinai ascendere. Sed quamvis ערבות Jerem. V, 6. de vespertino tempore usurpetur, nusquam tamen de occidentali coeli plaga dicitur, de qua Hebraei nomine מערב uti solent. Quae quum ita sint, acquiescimus in ea interpretatione, quam supra dedimus, e qua Jova per Arabiae deserta, gradiens pingitur. Sentit praefens Numen totum desertum, et adveniēti, ac mox montem Sinai occupaturo iter per deserta paratur. Jah est nomen ejus. De nomine יה vid. not. ad Jes. XII, 2. Praefixum autem illi ב h. l. eum usum habet, qui frequentissimus est in Arabica dialecto, qua, si v. g. *Deus potens* esse dicendus sit, dicitur *Deus esse in potente.* Et quanquam illud Beth essentiae, seu qualitatis, ut vocant, plerumque conjungi solet cum praedicato, haud tamen exempla defunt, quae subjecto etiam illud praefigi demonstrent. Vid. MICHAELIS *Oriental u. Exeget. Biblioth.* P. XII. p. 106. et GLASSII *Philolog. Sacr.* p. 586. ed. Dath. GESENI *Lehrgeb.* p. 838. §. 228. No. I.

6. Bene monet SCHNURRER, verba אֱלֹהִים בְּמַעֲוֹן קָרְשֻׁוּ subjectum propositionis efficere, cui praedicatum, ut alias saepe, praemittitur. J. D. MICHAELIS (ad Lowthum l. c.) sensum horum verborum: *Deus in sanctuario suo*, hunc esse dicit: benignum hoc miseris et humilibus numen in sanctuario suo se Deum gerit, Dei majestatem induit.

7. Verba אֱלֹהִים מוֹשִׁיב יְחִידִים בְּיָתָהּ *Deus habitare facit solitarios domum*, complures interpretes de conjugii fecunditate explicant. Inter quos MICHAELIS quoque (ad Lowthum l. c. p. 359. ed. Gott., 597. ed. Lips.), qui verba nostra sic transtulit: *Deus improles habitare jubens domum*, et in nota haec addidit: „Confer 1 Sam. II, 5. Jes. XLIX, 19. 20. LIV; 2. 3. et maxime Pf. CXIII, 9. Est hic ex locis communibus Hebraeorum, sobolis cupidorum, quam improli tanto dare numero dicitur, ut totam domum, angustam futuram, habitet, in qua antea solus erraverat.“ Verum huic interpretationi, quae potissimum loco Pf. CXIII, 9. (מוֹשִׁיבֵי עֲקָרָה הַבֵּיָה), nititur, recte opposuit SCHNURRER, esse nostro loco constructionem diversam ab ea, quae illo Psalmi loco conspicitur; nempe talem, qualem *praegnantem* dicunt Grammatici; etenim הַבֵּיָה in voce בְּיָתָהּ notare motum ad locum, adeoque alio verbo subintellecto formulam explendam esse sic: *Deus solitarios*, h. e. extorres, *domi facit habitare*; יְחִידִים enim, *solitarios* (vid. Pf. XXV, 16.) esse patria seu domo extorres. מוֹצִיא מֵאֵרֶץ אֲסִירִים בְּאֶשְׁרָה *Qui vinctos educit in loca omnium rerum abundantia*. אֶשְׁרָה, nec non quod Syriacus interpres h. l. pro eo ponit, ܘܠܘܫܘܩ primus. J. D. MICHAELIS explicavit ex Arabica lingua; in qua كَثْرٌ, verbum satis obvium, *multitudinis et abundantiae* significationem habet. Vid. Michaelis *Supplem.* p. 1376. ubi et veterum interpretamenta dijudicata sunt. מוֹצִיא itaque erunt loca rebus omnibus affluentia, quem-

admodum אֶרֶץ (nam אֶרֶץ iterum locale est) in ultimo hemistichio, significat proprie *locum glabrum et nudum*, hoc est, solum asperum, torridum, sterile. Cf. Michaelis *Supplem.* p. 2081. Beve Schnurrerus vertit: *at rebellibus incolendum sterile solum.* „Haud putaverim, locum communem tractari hoc Versu: est potius haud obscura allusio ad nobilem illam rerum conversionem, quo olim gens Israelitica, summi Dei beneficio, ab Aegyptiaca servitute esset liberata, inque terram bonis omnibus abundantissimam deducta, barbaris incolis partim deletis, partim e patria in loca vasta atque horrida ejectis.“
SCHNURRER.

8. „Jam Arca (iterum Schnurreri verbis utor) cum splendido suo comitatu solemniter procedente, abesse omnino haud potuit, quin animo vatis sese offerret cogitatio pristini illius temporis, quo populos, excusso Aegyptiorum iugo, duce et auspice Jova, per deserta Arabica migrabat. Itaque, nulla transitus formula adhibita, sermone subito ad Deum converso, commemorat primo legem a Deo latam, deinde beneficia, ab eo in itinere accepta, porro victorias ab hostibus reportatas, alia. Ad primum illud quod attinet, dubitari nequit, Versu 9. contineri descriptionem horrendae illius tempestatis, quam conjunctam fuisse cum divinae legis promulgatione ex Exod. XIX, 16. seqq. intelligitur, quoniam nominatur Sinai et quasi digito demonstratur (זֶה סִינַי), diciturque et ipse praesente Numine contremuisse. Et quidem Davidis utitur formulis, a Debora olim Jud. V, 4. seqq. adhibitis, unde consequitur, nobilissimi hujus carminis usum ista aetate haud obscurum fuisse.“

9. שָׁמַיִם נָטְפוּ Coeli stillarunt, ingentes imbres praecipitando, quasi liquefacti a numinis praesentia. זֶה סִינַי. Hic Sinai scilicet וַעֲרָבָה contremuit, quod e verbo eodem feminino facile intelligitur.

10. Dictione הָרֵי יְהוּדָה נָהָלוּ quod h. l. significetur, dissentiant. Sunt, qui montem Sinai cum regione subjecta intelli-

telligent, quae Exod. II, 5. *שָׁמַיְמָה קָדֵשׁ solum sacrum* dicitur. Ita J. D. MICHAELIS ad Lowthum l. c., Dathius, alii. Atque Michaeli porro *גֶּשֶׁם נְדִבּוֹת* sunt pluviae copiosae, beneficio Dei in eam regionem effusae; *animalia Dei* vero (Vs. 14.) domesticae illius regionis ferae, et ipsae sacrae, ac sub tutela Numinis versantes, ut sententia loci sit haec: Deum exustas aestu solis regiones Sinaiticas rigasse largis imbribus, ut et ferae ibi habitare possent, et inops Israelitarum multitudo. Cui sententiae tamen recte, meo iudicio, Schnurrerus opposuit neque loquendi formulam, *נְחִלֵּה יְהוָה*, certe haud raro obviam, illo sensu umquam occurrere, neque regionis ipsius, nempe regionis Sinaiticae frequentiore pluvia cultae ac fecundatae, vestigium ullum superesse. J. T. ZACHARIAE, a Schnurrero commemoratus, existimavit, ipsam *terram Canaaniticam* (quae Jerem. II, 7. *Jovae pectus* dicitur) his verbis innui atque a Deo quo acceptior esset ipsius populo (*לְחֵתֵי*) ad inhabitandum, provide rigatam et fecundatam describi. Quam sententiam nuper iterum commendavit KUINOEL in *Specim. Observat. in Psalmos in Commentat. Theologg.* Vol. IV, p. 274. Sed monuit jam Schnurrerus, non ferre illam sententiam orationis ordinem et seriem; nam quae deinceps commemorantur, haud paulo ante occupatam Canaanitidem gesta sunt. Ipse denique Schnurrerus *נְחִלֵּה יְהוָה* censet esse *populum Israeliticum*, alias etiam hoc nomine nobilitatum, veluti Deut. IX, 29. Pf. XXVIII, 9. XCIV, 5. Deinde *גֶּשֶׁם נְדִבּוֹת* *Mannam* existimat dici, quae non poetice tantum, ut Pf. LXXVIII, 23. seqq. coll. Pf. CV, 40., sed oratione etiam plana ac simplici, Exod. XVI, 4. dicitur cibus coelestis, pluviae instar a Deo effusus. Nos quidem non accedere dubitamus Schnurrero in eo, quod *populum Dei populum Israeliticum* intelligit, quod tamen us loquendi, quam orationis series suadet; *imbrem vero liberalitatum* de multifariis illis beneficiis, quibus Jova *populum suum* per vasta et horrida deserta iter facientem,

tem, ornavit et sustentavit, accipiendum putamus. Ita-
que verba: *וְהִלָּחֵף רִגְלָאָה אִתָּהּ כִּוְנָנָתָהּ* sic erunt capienda:
et quod attinet possessionem tuam hereditariam, i. e. po-
pulum tibi proprium, *fessam*, s. laborantem illam *confir-*
masti, s. stabilisti, sustentasti *eam*. Particula *ו* ante *וְהִלָּחֵף*
eodem modo est posita ut Exod. XII, 15. 19. Quod at-
tinet omnem, qui comedat fermentatum, *וְנִכְרְתָהּ* *excin-*
datur anima illa. Eadem constructionis formula est
I Sam. XXV, 27. Proverb. XXIII, 24. Cf. N. G.
SCHROEDERI *Syntax*. Reg. CIX, d. Verbo *וְנִכְנֵן* ad ex-
primendam providam Dei curam in populo suo sustentan-
do utitur etiam Moyses, in carmine nobilissimo Deuter.
XXXII, 6.

11. *וְהִתְקַתְּ* *Caterva tua, costus tuus*, poëtica pro usu-
tatiore *עֲמָה* *populus tuus*. *וְהִתְקַתְּ* non ad radicem *תְּקַתְּ*, *vi-*

xit, referendum esse, sed ad *תְּקַתְּ* Arabice *حوي*, *collegit*,
congregavit, recte monuit J. D. MICHAELIS in *Sup-*
plemm. p. 729. Hinc *וְהִתְקַתְּ פְּלִשְׁתִּים* 2 Sam. XXIII, 13. est *turma*
Philisthaeorum, pro quo in loco parallelo I Paral. XI,
15. *מַחֲנֵה פְּלִשְׁתִּים* *castrum Philisthaeorum* dicitur. Ver-
bum plurale, *וְהִתְקַתְּ*, conjungitur cum nomine singulari,
וְהִתְקַתְּ, quod *collective* sumitur; similia exempla vid. supra
Pf. LXIV, 9. et LXVI, 1. *בָּהּ*, *In ea*, in terra deserta.
Pronomen suffixum femininum referendum est ad nomen
ne expressum quidem, sed facile intelligendum tam ex
omni serie orationis, quam ex *וְהִתְקַתְּ*, supra Vs. 8. Lar-
gam exemplorum copiam, pronominum affixorum perti-
nentium ad nomen diserte non expressum, sed ex con-
texto sermone cognoscendum, dabunt GLASSIUS in
Philol. S. p. 158. seq. ed. Dath. et STORR in *Observatt.*
ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 399. not. nec non N. G.
SCHROEDERI *Syntax*. Reg. XXXIX. a. *וְהִתְקַתְּ לְעַנְיָהּ*
Parasti per bonitatem tuam egeno populo scil. מְתִיבָה, *vi-*
ctum, quod et alias in hac phrasi est subaudiendum.
Exemplum luculentum extat I Chron. XII, 36. *מֵאֲנַשְׁ-*
רָגַל

runt apud Davidem per triduum et epulabantur, כִּי־הֵכִינוּ לָהֶם אֲחִיהֶם, praeparaverunt enim illis cognati eorum, i. e. suppeditaverunt eis victum. Quae ipsa locutio elliptica recurrit 2 Chron. XXXV, 14. 15. Plene dicitur infra Pf. LXXVIII, 20. אִם־יָכִין שָׂאֵר לְעַמּוֹ Num carnem suppeditare poterit populo suo? Cf. GLASSII Philol. S. p. 612. Totus Versus itaque sic capiendus: *Coetus tuus in deserto commoratus; per bonitatem tuam egeno populo victum suppeditasti.*

12. אֲרָבִי יִתֶן־אָמַר הַמְּבֹשְׂרוֹת צָבָא רַב Dominus fecit, ut vox audiretur feminarum, laeta nuntiantium magno numero. „Quae sequuntur Vs. 12. et 13. ad victorias referenda sunt, potissimum a Sihoue atque Ogo regibus reportatas Numer. XXI, 21. seqq. Certe quidem non id agit vates, ut rem gestam omnem ex ordine multis exponat, quod historici erat, non poëtae: choros tantum videt auribusque percipit feminarum ovantium, carminibusque celebrantium victorias modo ex hostibus relatas. Feminarum enim permagnas partes fuisse in ejusmodi laetitia publica, intelligitur ex locis Exod. XV, 20. Jud. XI, 34. 1 Sam. XVIII, 6. 7. 2 Sam. I, 20. Nomen אָמַר, simpliciter positum, late patet, nec videtur jure posse ad *laetum nuntium* restringi. Sed cogitatione repetendum est hoc nomen, atque enunciatum, quo monocolon esse videtur, et est, si solam sententiam spectes, in duo distribuendum (cf. LOWTH, de S. poësi Hebraeorum p. 388.), quorum prius posteriore demum legitime circumscribatur definiaturque.“ SCHNURRER. Alii, inter quos Dathius, verba יִתֶן־אָמַר אֲרָבִי ita convertunt: *dominus praestat promissum*, quoniam in illis, quae sequuntur, sermo sit de initiis promissae victoriae a divino auxilio expectandae. Verbum אָמַר non raro *promittere* vertendum, veluti Deut. VI, 3. Jerem. XVIII, 10. Num. XXIII, 19. Jes. XXXVIII, 15.

13. Sequitur jam carmen illud triumphale feminarum Israeliticarum. מַלְכֵי צָבָאוֹת יִהְיוּ יַהֲרֹוּן יַהֲרֹוּן יִהְיוּ בֵּית הַחַיִּל

לְהִלֵּךְ רְגֵל רְגֵל *Règes exercituum fugerunt! Fugerunt! et habitatrix domus partitur spolia.* Verbum הִרְדָּן Syrus reddidit *congregabuntur*, Hieronymus *confoederabuntur*, Symmachus ἡγαπήθησαν, Vulgatus cum Alexandrino *dilecti, dilecti*. Qui omnes illud derivarunt a רָדָה, *amicus*, atque interpretati sunt *amici invisem sunt*. Sed nusquam alias tale verbum extat. Referendum potius ad הִרְדָּה, *fugit*, Jerem. IV, 25. Nah. III, 7. Ps. LV, 8. Nomen femininum constructum הִרְדָּה h. l. est *adjectivum* a masculino הִרְדָּה, *habitans*, ut יָפָה *pulchra* (Gen. XII, 11. Deut. XXI, 11.) a masculino יָפָה. Alias enim הִרְדָּה substantive est *habitatio*, ut Job. VIII, 7. Alexandrinus et Vulgatus, qui ὠρεῖοτης, *species domus*, vertunt, et Syrus, qui *pulchritudo domus* ponit, deduxerunt a הִרְדָּה. „הִרְדָּה הִרְדָּה” poëtice dictum est pro הִרְדָּה, quoniam moris erat, atque adhucdum est, in istis regionibus, ut domi sese contineant feminae, nec in celebritate hominum versentur, quo etiam respicit illud Jud. V, 24. הִרְדָּה יָעַל בְּאֵרֶל. Feminis, non viris, quod tribuitur praedae partitio; elegantissimum est, atque ad rem ipsam accommodatissimum. Nempe viris satis est, hostes prostravisse, praelioque vicisse: praedam vero, ipsorum virtute partam, ejusque aequabilem partitionem non admodum curare sinit animi elatio atque liberalitas.“ SCHNÜRER.

14. Vexatissimus locus; nec solum circa totius versiculi sententiam; sed etiam singulas ejusdem voces valde ambigitur. Et primo quidem incertum est, ad victores Israelitas, an vero ad dissipatos hostes directa sit oratio? Tum particulam אִם alii vertunt *si*, alii *interrogative* sumunt, Ps. LXXVII, 10. XCIV, 9. al. Maximum vero negotium facessit nomen שָׁפְטִים, quod quidem et Ezech. XL, 43. recurrit, et cognatum שָׁפְטִים Genes. XLIX, 14. et Jud. V, 16. (quemadmodum שָׁפְטִים et שָׁפְטִים, *judicia*, significatione non differunt). Qui tamen omnes loci ita sunt comparati, ut et ipsi plures utriusque nominis notiones serant. Plerique nostrae aetatis interpretes utrum-

utrumque nomen *canales* significare, pro certo habent, J. D. MICHAELIEM sequuti, qui in Epimetro ad *Lowthii Praelect.* XXVII. p. 563. ed Gott. (p. 599. ed Lips.) not. primus illam significationem commendavit. Argumenta petiit tum ex eo, quod *canalium* notio omnibus iis locis, quibus sive כַּנָּתִים sive מִשְׁפָּחִים occurrit, maxime sit accommodata; tum ex verbo Arabico سَقَات , *bibit*. Qua *canalium* sumta significatione Michaelis loci nostri sensum fecit hunc: *Nolite cubare inter canales, sub alis columbarum argento obductarum, pennisque earum, auro flavis*. Particulam כִּנָּה h. l. vetandi tanquam per adjurationem formulae indicem habet, ellipsi aliqua supplendae: *ita vos feriat Deus, si hoc vel illud feceritis*. Ante כִּנָּה autem repetit particulam בֵּין ; atque *alas columbarum*, ad descriptionem otii pastoralis existimat pertinere, inter cujus voluptates locum non ultimum habent columbae. Cui sententiae recte opposuit SCHNURRER, in delineanda vita rustica canalibus minus accommodatam esse *columbarum*, quam gregum balantium mentionem, ut Jud. V, 16; aut, si columbis uti voluisset auctor, hisque colorum varietate conspicuis, dicendum fere fuisse $\text{לְרִאשֵׁי יוֹנָה בְּנִפְי יוֹנָה}$, *ad spectandas columbas*. Quare Schnurrerus columbam h. l. imaginem esse putat ipsius agminis Israëlitici, quod, ut columba longo volatu fessa confidet quiescitque, longis itineribus exagitatam, requireret hunc locum, ubi suam tandem sedem et domicilium habere posset. *Canalium* tamen significationem, voci כַּנָּתִים a Michaeli tributam, et praestantissimus ille nostri carminis enarrator adsumit, et versum integrum sic vertit: *Recubandumne erat inter canales, vos alae columbae, obductae argento, penis flavissimo auro obductis?* Ad illas potissimum tribus, quae, in potestatem redacta ditione Basanitica, sedes optarunt trans Jordanem, vitae pastoritiae aptas (Num. XXXII.), imo ad totum populum, conversum putat sermonem, cujus sententia huc redeat: amoc-

nam

nam quidem, et montibus quoque, qui ad regiam sedem Numinis apti essent (Vs. 16. 17.) conspicuam fuisse eam regionem, neque tamen ibi subsistere licuisse, sed post novas demum victorias, post alia regna occupata arma ponere, optatoque otio frui Israelitas debuisse. Sed contra Schnurreri sententiam, columbae imagine repraesentari agmen Israeliticum, DATHIUS hoc dubium movit, quod, si postea his verbis illas tribus, quae regionem Basaniticam sibi expetierant, reprehendere voluisset, columbam, quae imago debebat esse populi, non tam pulchris coloribus depinxisset, sed addidisset haud dubie epitheton aliquod, intempestivo illi quietis desiderio, quod in populo reprehendere volebat, aptum. Ipse autem Dathius epinicion illud Versu 13. inchoatum, hoc Versu continuari censet, atque nunc quidem mulieres cantatrices commendare et depingere commoda et gaudia, quae victores expectarent terram ab hostibus desertam occupaturos. Integrum versiculum reddidit ita: *Profecta recumbetis inter aquarum canales, inter alas columbarum argento obductarum, earumque pennas ex auro flavo rutilantes.* *Canalium* significationem itaque et Dathius, Michaelem sequutus, nomini מַנְתָּוֹשׁ tribuit. Attamen MUNTINGHE (in *Animadverss. philologg.* ad h. l.) illam notionem merito in dubium vocavit, a N. G. SCHROEDERO per literas edoctus ex Arabum Philologis, verbum Arabicum مَنَتْ de cibo et potu dici insalubri, et in quo nihil est alimenti. Sic *Abul-Ola* usurpat phrasin مَنَتٌ مَسْوُوتٌ opulentia insalubris, de opibus, quae nihil proficiunt. Unde apparet, *canalium* significatum ex Arabico مَنَتٌ sine ratione idonea derivari. Plexique ante Michaelem interpretes tam nostrum מַנְתָּוֹשׁ, quam cognatum מַנְתָּוֹשׁ, *chytopodes* notare existimarunt, sive ollae sustentaculum tum lapideum tum ferreum, cui imponitur olla, ut commodius subdi et conservari possit ignis, a verbo מָנַן, *disposuit*

posuit ollam ad ignem (vid. not. ad PE XXII, 16. pag. 609.) utrumque illud nomen deducentes. Aliis autem inter chytropodes recubare imago visa est laetae firmaeque quietis, qua circa ollas suas quis tuto affideat. Inter quos JAC. ROBERTSON, qui in *Clavi Pentateuchi* (Edinburgi, 1770. 8.) p. 269 not. nostrum locum sic explicat: *Profecto recubabitis inter duas focarias, sive, i. e. quiete et laete.* „Prosperus enim (addit) status populi tempore Davidis, instar columbae in columbario suo se tenentis, pingitur.“ Simili sensu et loca Genes. XLIX, 14. et Jud. V, 16. accipit. Aliis vero in *chytropodibus* h. l. metaphora est a calonibus et lixis castrensis petita, qui ab aëris injuria utcumque se defendunt, delitescendo inter fuliginosas ollas et lapides focarios. Sic loci nostri sensus erit talis: etiam si tam atrii et fordidi sitis, quam qui fuliginosas inter ollas et chytropodes, ut in castris sit, versantur et dormiunt; futurum tamen est, ut evadatis nitentes instar argenteae atque aureae columbae. Qua figura putant significari a mulierum cantantium turba: bellatores Israeliticos ex omnibus angustiis et periculis, quantumvis ingentibus, emeruros exiturosque salvos et incolumes. *Chytropodum* notione Chaldaeus quoque nomen כְּנָפִים accepisse videtur, dum pro eo כְּנָפִים *Sterquilinia* posuit. Sed sermonem ad Israelitarum adversarios directum putat, hoc sensu: si vos inter sordes prostrati jacetis, Israeliticus populus (*columba*) aliter se habet; ejus alae sunt argenteae et pennae aureae. Alexandrinus verba nostra sic transtulit: *εάν κοιμηθῆτε ἀναμέσον τῶν κλήρων, πτέρυγες περιστερῶς περιηγυρωμένοι, καὶ τὰ μετὰ φρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσοῦ.* Quae Vulgatus ita reddidit: *si dormiatis inter medias ceras, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsi ejus in pallore auri.* Qua in versione hoc est observatu dignum, quod non solum nostro loco pro כְּנָפִים Alexandrinus κλήρους, posuit, verum etiam Genes. XLIX, 14. et Jud. V, 16. pro cognato כְּנָפִים.

Et Aquila eadem voce κλήρων utitur utroque hoc loco. Solent autem illi interpretes κλήρων nomine non *fortes* modo, sed etiam *agri portiones* vocare, uti patet ex Num. XVIII, 24., 26. atque Jerem. XII, 13., ubi pro Hebraeo נְחִלֵי ponitur. Eandem notionem spectavit haud dubie Onkelos, qui Genes. XLIX, 14. אַרְבַּעַתְּ, et alius Chaldaeus interpres, qui Jud. V, 16. אַרְבַּעַתְּ, *terminos*, pro Hebraeo אַרְבַּעַתְּ usurpavit. Quorum interpretum auctoritatem, si tuto sequi liceret, conjici possit, a אַרְבַּעַתְּ, *posuit*, אַרְבַּעַתְּ dictos fuisse *binos terminos*, quibus una agri portio a confinibus utrinque disternatur. Quae significatio tum locis Genes. XLIX, 14. et Jud. V, 16., tum huic loco accommodata erit. Et noster quidem versiculus illa adsumta sic transferendus: *si recubetis inter medios agrorum vestrorum terminos, eritis sicut alae columbae argento obductae, et pennae ejus pallore auri*; hoc est: e bello domum reduces facti, et agris colendis vacantes, praeda auri et argenti, ex hostium clade, abundabitis. Usus vero est poeta ambiguo nomine יִרְקָה, utpote quod et *columbam* notat, et *opprimentem*, vid. Jerem. XLVI, 16. Zeph. III, 1. In qua vocabulorum ambiguitate quantopere sibi placeant Orientales scriptores, inter omnes constat. פְּנֵי יִרְקָה נְחֵפָה בְּכֶסֶף Alae columbae argento obductae, i. e. argenti instar summe albae et cum splendore quodam candidae. יִרְקָה בִּירְקָה Et pennae ejus pallore auri, subaudi, obductae; quod repetendum ex priore hemistichio. יִרְקָה esse aurum *effissum* non arte sed sua sponte, quod auri genus est lectissimum, multis ostendit A. SCHULTENS in *Commentar. ad Proverb. Cap. XXI. 5. p. 252.* Cf. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 950., qui tamen eorum, quae Schultens l. c. de hoc vocabulo disputavit, nullam rationem habuit. *Pallorem*, יִרְקָה, verum esse auri colorem, notum est. Hinc Aethiopicis יִרְקָה notat *aurum*. Pluribus hunc locum illustravit BOCHARTUS in *Hieroz. P. II. L. I. C. II. Tom. II. pag. 533. ed. Lips.* Ceterum et nos hunc Versum ad vetus illud
epi-

epinicium, quod Versu 13. incepit, pertinere existimamus.

15. בַּפָּרֶשׁ שָׂרֵי מַלְכִים בְּהַשְׁלֵךְ בְּצִלְמוֹן. Et in his verbis explicandis haud minor, quam in his, quae praeceperunt, difficultas et sententiarum diversitas. Nos potiores tantummodo quasdam afferemus. LUDOVIC. DE DIEU nostrum versiculum hoc modo explicavit: „*Quum dispergeret Omnipotens reges in ea* (aut propter eam), *nivebas in Zalmon*; mutata tertia persona in secundam, quod familiare Hebraeis. Aut sine tali mutatione: *Quum dispergeres, o Omnipotens, reges in ea, nivebas in Salmon*. פָּרֶשׁ enim quum Infinitivus sit, omnes personas admittit. Sensus esse posset: quum dispergeres in terra Canaan, omnia ipsis refugia adinebas: nam altissimos etiam montes, qualis Zalmon, nive tegebas, nec ubi vitae consulere possent. Praestat vertere: *quum dispergeret Deus reges in ea, albebat nive Zalmon*. בִּי Nominativo inservit, ut saepe. Atque sic comparatio inter praeclarissimos terrae sanctae montes, tam cis, quam ultra Jordanem, et inter montem Zionis: cis Jordanem excellebat mons Zalmon, qui nive tectus albedinem suam quaquaversum diffundebat; ultra Jordanem erat mons Basan, quem Versu sequenti ait fuisse הַר אֱלֹהִים *montem Dei*, id est, altissimum, et הַר גִּבְעוֹנִים, *montem gibbosum*, multis collibus eminentem: frustra tamen, inquit Vs. 17., exultatis, montes superbissimi, tu Zalmon tuis nivibus, tu Basan tuis collibus et gibbis, nam hunc montem concupivit Deus in habitationem suam.“ צִלְמוֹן semel tantummodo praeter hunc locum occurrit, Jud. IX, 48., ubi nomen est montis siti in Samaritide, unde ramos arborum petiit Abimelech, quibus uteretur adversus Sichemitas. Eiusdem montis nomen צִלְמוֹן et h. l. esse, non sine aliqua veri specie conjicitur inde, quod alii montes memorantur in iisque sequuntur. Ex veteribus pro montis nomine habuerunt צִלְמוֹן h. l. Alexandrinus cum Vulgato, Arabico et Aethiopico interprete, nec non Syrus.

Sed Theodotioni et Chaldaeo appellativum visum est nomen. Atque hic quidem, qui sic reddidit: *אִיךָ הִלֵּינָה פָּצָה תַּנְקָה מִמּוֹתָי מִמּוֹתָי* *tanquam nivem liberavit eam ex umbra mortis*, accepit צִלְמוֹן pro צִלְמוֹן, de quo nomine vid. not. ad Pf. XXIII, 4.; ille vero צִלְמוֹן transtulit ἐν οὐμῶν. Quod ipsum SCHNURRERO etiam placuit, qui, „non est,“ inquit, „cur צִלְמוֹן nomen proprium montis, ejusque plane ignobilis, esse debeat: habere vero potest, colato verbo ظلم, significationem obscuritatis seu umbrae.“ Porro quoniam quod hebraico verbo respondet, arabicum ظلّ, proprie quidem de coelo *ningente* dicitur, sed translate etiam de eo, qui *tranquillo, laeto est animo*, et in Conjug. IV. ظلّ est, *laetitia aliquem affecit*, quasi refrigeravit, quemadmodum etiam verbum فرس primo est *friguit*, deinde *laetus evasit*; verba nostra, מִשְׁלֵי מִשְׁלֵי mutato in מִשְׁלֵי מִשְׁלֵי, ita reddit: *refrigerabitur seu recreabitur in umbra*, scil. populus Israeliticus, de quo, ex Schnurreri sententia et in priore hemistichio dicitur: *quando disperferit Omnipotens reges pro eo*, sive, ut in Hebraeo est, מִן מִן *pro ea*, etenim suffixum femininum refert ad יָדָה (Versu 14.) *columba*, qua populum Israeliticum significari censet. Nec longe a Schnurrero discedit DATHIUS, qui versiculum nostrum hoc modo interpretatur: *Quando omnipotens fuderit reges istos, in illis tenebris omnia exlilarabuntur.* Illud מִן מִן vero pro מִן מִן dictum putat, quam ellipsin in abrupto hujus carminis dicendi genere minime durum esse arbitratur. „Ceterum nexus, ait, hujus Versus cum sequentibus difficilis videtur. Tenebrarum discussio in illis regionibus ab Israelitis occupatis, facta est, dum Jova in eis sedem suam et domicilium constituebat, quod ipsum sequentes Versus celebrant.“ KUINOELIUS denique in *Specim. Observatt.* (in *Commentatt. Theologg.* P. IV. p. 275.) hunc locum

explicavit sic: *Quum dissiparet Omnipotens reges in ea scilicet regione, in terra Canaanitica, lux orta est tenebris.* „לֹא־אֵשׁ in lingua Arabica notat *ninxit*, hinc, *albeit*, *nituit*, *luxit*. Etiam a poetis saepius *splendor lucis* comparatur cum nive, ut Tibull. Eleg. III. 3. 35. *O niveam, quae te poterit mihi reddere lucem.* אֲרִבְרִיב אֲרִבְרִיב arbitror esse nomen appellativum, *umbrae, tenebrae*. Sed tenebrae sunt in literis sacris perpetua imago miseriae et infelicitatis; contra lux felicitatis. Itaque sensum verborum hunc in modum constituo: cum Deus fugaret reges, populi hostes, felices facti sumus, tristitia nostra mutata est in laetitiam.“ Praetermitto alias hujus loci obscuri interpretationes complures, quas Schnurrerus recensuit atque diducavit. Nostram tantummodo conjecturam addere liceat. Reddimus verba Hebraea hoc modo; *Quum omnipotens disperferit reges in ea terra, albescebat* (scil. terra illa) *velut in Zalzone* אֲרִבְרִיב; h. e. tanta fuit regum illorum strages, ut terra conspersa et velut obiecta hostium caesorum ossibus dealbesceret instar nivis in Zalzone. Sic VIRGILIUS *Aeneid.* V, 865. *albi ossibus scopuli.* Et *Aen.* XII, 36. *Campi ossibus albescent.* OVIPIUS *Fastor.* L. I. *Humani ossibus albet humus.* Hiphil, אֲרִבְרִיב, intransitive usurpatur, ut אֲרִבְרִיב, *intelligens fuit*, אֲרִבְרִיב *computruit*, אֲרִבְרִיב *albus evasit* (Jes. I, 18. Pf. LI, 9.), אֲרִבְרִיב *rubicundus fuit* (Jes. I, 18.). Quod *dispergendi* figuram attinet, conferri potest Pf. LIII, 6. *Disperfit Deus ossa castrametantis contra is.*

16. אֲרִבְרִיב, *Mons Dei*, appellatur praeter Horebum (Exod. III, 1. XVIII, 5. XXIV, 13. 1 Reg. XIX, 8.) *Zion* tantummodo, Pf. XXIV, 3. Jes. XXX, 29. Quare et nostro loco interpretes bene multi nomine illo eundem montem designari existimarunt, ut itaque אֲרִבְרִיב subjectum, ut loquantur, אֲרִבְרִיב autem cum reliquis versiculi nostri verbis praedicatum efficiant, hoc modo: *mons Dei*, s. *Zion*, est *mons Basan*, quod ita explicant: *Zionius mons est; non sit altissimus, tamen quod Numinis sedes*

fedes factus est, non inferior montanis Basanitibus, regione fertilissima ac amoenissima (vid. Jes. II, 13. Ezech. XXVII, 6. Zachar. XI, 2.). Sensus coactus, quem tamen Alexandrinus et Symmachus jam expresserunt, quorum alter habet ὄρος πῖον, h. e. λιπαρὸν ἢ πλούσιον, ut habet margo libri Vaticani (vid. *Repertor. Literat. bibl. et orient.* P. XIV. p. 194.), alter ὄρος εὐτροφίας, quod putarent, Basanem montem per metaphoram significare montes pingues et fertiles universe. Sed recte monuit Schnurrerus, formulam הַר-אֵילֵהִים h. l. intelligendam esse ex consuetudine Hebraeorum, qua quicquid in suo genere praestans est atque eximium, *Dei esse* dicere solent, ut Pf. XXXVI, 7. הַרְרֵי אֵל, ubi cf. not. הַר בְּנֵגֵיִם *Mons gibborum* s. *eminentiarum* (cf. A. SCHULTENSII *Clav. Dialector.* p. 196.), i. e. pluribus jugis et collibus constans. בְּנֵגֵיִם Kimchi pro adjectivo habet propterea, quod Vs. sequ. cum הַרְרֵי jungitur; atque per discrepantiam numeri construi hic putat substantivum singulare cum adjectivo plurali, q. d. *montes alti*, collata simili constructione Prov. XXVIII, 1. et Esth. IX, 23. Sed minime necesse est, ut בְּנֵגֵיִם pro adjectivo habeamus, cf. not. ad Vs. sequ. Quia synonymum Hebraeum בָּבֵן Arabicum verbum جَبِنَ proprie significat *coagulari, concreescere*, J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 256. formulam nostram reddi posse opinatur *mons coagulationum*, i. e. glaciei, sive, *mons aeterna glacie rigens*. Fatetur tamen ipse, opponi huic interpretationi posse, quod בָּבֵן de concrecente lacte usitatum, de glacie poni nondum observatum est. Quare alias quasdam conjecturas profert; quae apud ipsum legi possunt, una cum veterum interpretamentis.

17. לָמָּה תִרְצִיּוּן *Quare invidiose observatis?* Hanc enim esse verbi תִרְצִיּוּן, hoc tantummodo loco extantis, significationem, collato Arabico تَرَصَّ, observarunt jam doctiores Rabbiorum, et pluribus probavit A. SCHULTENS in *Animadverss. philologg.* ad h. l. הַרְרֵי בְנֵגֵיִם est vel *asyndeton*, o *montes et colles!* ut Pf. LXV, 2.

Habac:

Habac. III, 11.; vel praecedens הרים repetendum est in statu constructo, pro הרי גבבנים *montes, montes eminentiarum*, s. *collium* (vid. ad Vs. 16.), simili formula, quae Pf. LX, 4., ubi not. vid. הרה *Hunc ipsum montem Zionem* intellige. ה ב. l. vero est δεικτικῶς: „Nimirum, ait Schnurrerus, ad montes eminentiores univeros convertitur oratio, quos vates elegantissime fingit invidere Zioni honorem illum eximium, quod dignus habitus esset, quo arcam, adeoque sedem suam regiam collocaret Deus. Haud quidem nominam commemoratur Zion mons, sed potius digito quasi monstratur: quid enim opus erat nominare montem, qui nunc, inter canendum hoc carmen, omnium obversaretur animis oculisque? Tandem id quam maxime observari velim, quanti commode atque apte ad rem nunc redeat vates, unde digressio ab ipso satis longe facta est.“

18. רכב אלהים רבתיים ארפי שנאן *Currus Dei duas myriades, millia iterationis, i. e. millia multoties iterata.* Sicut magni olim reges suam ostentare potentiam solebant magna curruum bellicorum copia, veluti Pharao, qui currus eduxit sexcentos, Exod. XIV, 7.; Jabin, qui nongentes, Jud. IV, 13. (vid. et 1 Sam. XIII, 5. 1 Paral. XIX, 7.); ita nollet regem supremum Israelitici populi, Jovam, inducit tanquam victorem triumphantem, spirituum coelestium exercitu infinito stipatum, in Zionem, locum, quem sedem sibi elegit (Vs. 17.), ascendentem. *Currus* tribuuntur coelesti exercitui, quo Jova utitur, etiam Habac. III, 8. 2 Reg. II, 10. 11. VI, 17. Nomen singularis numeri רכב h. l. poni collectivè, ut in locis paulo superius memoratis, vix monitu opus. רבתיים, non est referendum ad nomen רבבה, *myrias*, cujus pluralis est רבבות (1 Sam. XVIII, 8. Num. X, 36.), verum ad formam רבוא Efr. II, 64. sive רבו 1 Paral. XXIX, 7. Jon. IV, 11., cujus pluralis est רבוא Efr. II, 69. Dan. XI, 12. et רבוא Nehem. VII, 71. unde dualis רבתיים

S s s s

Tom. IV:

רַבְרַבִּי, qui praeter h. l. nusquam alias occurrit. Ponitur vero per synecdochen hic numerus certus pro incerto vel longe maximo, sicut *millia* Coh. VII, 28., *bis millia* VI, 6., *decem millia* Pf. III, 6. XCI, 7. Nomen אַנְשֵׁי אַפָּאξ λεγόμενον, sunt qui referant ad אַנְשֵׁי, *acuit*, exponantque de curribus falcatis. Alii acceperunt pro אַנְשֵׁי, a אַנְשֵׁי, *tranquillus fuit*, intelliguntque *Angelos*, ut sic dicantur, quasi *tranquilli beati*. Quod Alexandrinus haud dubie spectavit, qui εὐθουνοῦντων *abundantium* (bonis omnibus) vertit, quemadmodum et Job, III, 17. pro εὐθουνοῦσαν, et Pf. CXXIII, 4. pro εὐθουνοῦσιν τοῖς εὐθουνοῦσι posuit. Symmachus, qui habet χιλλιάδες ἡχοῦντων, videtur de verbo אַנְשֵׁי cogitasse. Sed rectissime Aben-Esra nostrum vocabulum videtur explicasse; qui, quemadmodum a כְּנֵה deducitur כְּנֵי, *aedificium*, ita a אַנְשֵׁי, *iteravit*, deductum אַנְשֵׁי observat, pro quo, mutato, ob euphonia, *Jod* nominis, vel *He* radice, in *Aleph*, אַנְשֵׁי dictum, sicut etiam Jes. XXX, 21. אַנְשֵׁי תַּמְחִינֵי legimus. אַנְשֵׁי תַּמְחִינֵי *Dominus inter eos*; particula ב h. l. valet *inter*, ut Pf. XXXV, 16. LX, 12. Coh. III, 12. — אַנְשֵׁי בְּקַדְשֵׁי per compendium pro אַנְשֵׁי בְּקַדְשֵׁי *sicut super Sinai cum majestate*, sicut olim in Sinai monte majestatem suam exhibuit. Comparatur solennis illa arcae deductio in Zionem montem, quem Jova sedem tunc occupavit, solenni ejus in Sinai monte apparitioni, ne minus solennis quam haec esse videatur. Particulam comparativam frequenter omitti, notum est, vid. e. c. Pf. CXXV, 2. Nec mala LUDOV. DE DIEB. interpretatio: *Sinai est in sanctuario*, i. e. non opus est ad montem Sinai recurrere, ut ibi Deus inter myriadas Angelorum reperiat, sicut quum legem in monte Sinai daret; Sinai jam est in Sanctuario, in sacrario tabernaculi in monte Zion, ubi Jova inter Cherubos sedebat supra arcam, quae tabulas legis continebat. Tunc sensus huc redibit: Zion non minori pollet dignitate, quam Sinai, imo est alius quasi novus mons sanctus. Eadem Schmurreri est

est sententia, verba שִׁבְרָא חֲזָרָה ita reddentis: *in sacrario nunc est Sinai*: „etenim Sinai mons dicitur hic per synecdochen univérse pro sede domicilioque Numinis, estque loquendi modus, qualis obtinet in illo loco Martialis Lib. IV. Ep. 60. *in medió Tibure Sardinia est*. Vel apud Themistium Orat. 31. μετεληλυθει ο̄ Ἐλικων εἰς τὸν Βόσπορον, *Helicon in Bosporum transit*. Sensus itaque est: Qui in Sinai monte olim praesentem se demonstravit Deus, jam in hocce sacrario sedem suam habebit.“

19. Hunc Versum, parum feliciter a superioris aetatis interpretibus tractatum, quorum commenta, ne saetietatem lectori creemus, praetermittimus, primus recte explicavit Schnurrerus, qui illum hoc modo transtulit: *Conscendisti altum, captivos ducens victos hostes, accipiens munera inter homines, rebelles etiam, ut habites hic, Jah, Deus*. „Apostrophe sit ad eundem, de quo proxime sermo erat, Jovam: Montem nunc conscendit pompa: itaque dicit vates עִירָהּ הִבְיָהּ, utiturque eodem verbo, quod etiam alias hac de re usurpatum videmus, ut Ps. XLVII, 6. 1 Chron. XV, 28. 2 Sam. VI, 15. Quae vero de captivis dicta sunt, muneribusque acceptis, non sunt ad vivum reseccanda, sed pertinent ad amplificandam pompae magnificentiam. Tribuntur Deo, quae solebant apud reges, bello feliciter gesto, locum habere, ut victos ad servitutem deprimerent, et munera acciperent obsequii et observantiae causa oblata. Et victoris persona vere tribuitur Jovae, qui brevi antea Sionem montem, quem nunc ipse occupabat, vi armisque expugnasset, ejectis veteribus incolis. Ad vocem עִירָהּ repetendum est praefixum ה, nam הִבְיָהּ remotius est, ut trahi huc possit. Quod vero ab insensis etiam hominibus munera oblata esse dicuntur, iterum pertinet ad declarandam triumphantis regis dignitatem et potentiam. הִבְיָהּ conjugendum esse putamus cum הִבְיָהּ, ut verbum eadem significatione veniat, qua ante adfuit Vs. 17.

20. Sequitur nunc laus Dei interposita usque ad Vs. 24. *Celebrandus Deus quotidie! Si quis onus imponit nobis, nos premit, Deus ille salus nostra.* Verba יַעֲמֵם-לְבָנֵי recte observante LUDOV. DE DIEU, subaudito nomine יְיָ, impersonaliter accipiendā sunt, hoc sensu: si oppressi ab hoste fuerimus, hic Deus nobis fert opem.

21. „Verba לְמַרְוֵה הַצְּמָחָה אֲרֵבֵי לְמַרְוֵה הַצְּמָחָה plerumque sic intelliguntur: Jova multiplices habet vias modosque, quibus suos possit morti subducere. Enimvero לְמַרְוֵה הַצְּמָחָה non possunt dici *exitus ex morte*. Recte vero Symmachus: καὶ τοῦ Κυρίου τοῦ δεσπότου αἱ εἰς θάνατον ἕξοδοι. Est hic quidem parallelismus, nec vero similitum, sed oppositorum. Etenim vox הַצְּמָחָה usu militari sumenda, ut verbum צָמַח Pf. LV, 12. Habac. III, 13., significatque *exitus Dei seu impetus in hostes*, cum strage ac internecone ipsorum conjunctos. Eadem res sequenti Versu aliis verbis describitur.“ SCHNURER. Quare verba nostra hoc modo reddidit: *Jovae Domini sunt impetus in hostes mortis pleni.*

22. אֲמַר אֲרֵבֵי מִן-אֱלֹהִים יִמְחָץ רֹאשׁ אוֹיְבָיו. *Certe Deus percutit capita hostium suorum.* Verbum יִמְחָץ illustravit A. SCHULTENSIVS in Libro de *Defectibus Ling. Hebr.* §. LXXVI. seqq. ex Arabico مَحَضٌ, cui inest vis *agitandi* (quomodo paulo post Vs. 24. usurpatur), et hinc *vehementius concutiendi*, veluti fit, quando utrem agitant butyri cogendi ergo, vel cum situla in puteum immersa huc illuc agitur. Secundario hoc *feriendi, percutiendique* significatu, quo h. l. accipiendum est, occurrit quoque Deut. XXXIII, 11. Pf. XVIII, 39. Habac. III, 12. In posteriore hemistichio, יִמְחָץ שֵׁעָרֵי מַחְלָהָ בְּאִשְׁמֵי, *percussioem capillatum versantis in culpa sua*, scil. percutit, manifestum est, יִמְחָץ שֵׁעָרֵי poetice dictum esse pro רֹאשׁ, et יִמְחָץ בְּאִשְׁמֵי pro אוֹיֵב in hemistichio priori.

23. אֲמַר אֲרֵבֵי מִבְּשֵׁן אֲשׁוּב אֲשׁוּב מִמַּצְלוֹחַ יָם. *Pronuntiavit Dominus: ex Basanitide reducam, reducam ex profundo*

fundo maris, subaudiunt interpretes complures: populum meum, ut sententia haec sit: ex maximis etiam periculis, qualia olim erant in Basanitide propter Ogum, et in mari rubro propter Pharaonem, feliciter meos educam. Sed rectissime jam GERIUS monuit, subaudiendum esse אוֹיְבִים, *hostes*, a populo meo jugulandos, id quod manifeste docet versiculus, et qui proxime praecessit, et qui proxime sequitur, quippe utrobique mentio fit non piorum, sed perimendorum hostium; hinc etiam nexus ille per particulam consecutivam לְמַעַן (*reducam*) *ideo ut* etc. Vs. 24. Adeoque hic eadem erit sententia, quae Amos IX, 1. seqq. *Nemo evadet, nemo effugiet; quamvis vel ad inferos penetrarint; illinc quoque manus mea eos auferet; quamvis coelum scanderint, illinc eos detrudam; quamvis in vertice montis Carmel se absconderint*, etc. Cf. Obadj. Vs. 4. „מִמְצִיחַ הַיָּם׃׃ poëticè dictum est pro מַיִם, cumque *mare* hoc loco oppositum sit Basanitidi, regioni ad orientem sitae, haud difficulter intelligitur, innui mare occidentale, seu mediterraneum. Neque vel maris vel Basanitidis mentio aliam hic vim habet, quam quae posita est in plaga designanda. Adeoque sensus est, hostiles copias a Deo utrimque adductum, atque Israelitico populo traditum iri ad internecionem.“ SCHNURRER.

24. לְמַעַן תִּמְחַץ רַגְלֶךָ בָּדָם׃ *Ut agites pedem tuum in sanguine hostium*: Eadem fere figura, quae Pf. LVIII, 11. De verbo מְחָץ vid. not. ad Vs. 22. — לִשְׂוֹן כְּלָבִיּוֹתָ לְשׂוֹן מְאִיבִים׃ *Lingua canum tuorum ex hostibus, ex unoquoque eorum scil. bibet*. Subaudiendum verbum אֲשָׁתָה, quod itidem omissum 2 Sam. XXIII, 17. in formula הַדָּם הַהַאֲנָשִׁים, subaudiendum ex loco parallelo 1 Chron. XI, 19., ubi locutio plena extat: הַדָּם הַהַאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה אֲשָׁתָה׃ *num sanguinem hominum illorum bibam?* Ex eo, i. e. ex unoquoque eorum. Distributionis causa hoc affixum singulare הוּ plurali nomini אוֹיְבִים, q. d. nemo horum effugere poterit sanctis ex ins. vel unoquoque illorum lin-

lingetur a canibus. Posset etiam, parum mutato sensu, referri ad כַּף, *sanguis*. J. SIMONIS in *Lexico-Hebr.* sub voce כַּף nostrum כַּף ad hoc ipsum כַּף, *portio retulit*, et verba nostra hoc modo reddidit: *ad linguam canum tuorum quod attinet, de hostibus fit portio ejus scil. linguae.* Sed feminei generis est לִשׁוֹן, ad quod suffixum masculinum referri vix poterit. Recte vero Schnurrerus monuit, pertinere quae hic dicuntur ad illam pristini temporis ferociam, qua prostratorum hostium cadavera solebant nonnumquam inhumata relinqui, avibus, canibus, aliisque bestiis voranda, vid. Jerem. XV, 3.

25. Qui bellum aliquod Davidis, ad quod arcam secum duxisset, occasionem hujus carminis scribendi dedisse conjectant, pompam procedentem in iis, quae nunc sequuntur describi existimant. Sed qui carmen compositum putant propter solennem arcae deductionem in arcam Zionis; explicant haec de pompae illis solemnitate peracta atque absoluta, quod jam sedem suam occupasset arca, unde ratio intelligitur, cur verba nunc adhibita sint temporis praeteriti. רָאוּ הַלִּיכוֹתָיָהּ *Viderunt*, i. e. vili sunt, *incessus tui*. Tertia pluralis persona רָאוּ, expresso carens nominativo, ponitur impersonaliter, ut Esth. II, 2, רָאוּ בְּקִשְׁיָהּ. Nomen הַלִּיכוֹתָיָהּ *incessus Dei*, spectat pompam illatae in Sionem arcae. הַלִּיכוֹתָיָהּ אֵלַי מְלִכֵי בְּקִרְשׁ *Incessus Dei mei, regis mei, in sanctitate*, i. e. sanctos, vel sancta cum majestate factos. Cf. Vs. 18. Alii vertunt *in sacrario*, quod nomine קִרְשׁ appellatur Exod. XXVIII, 43. XXIX, 30. Pf. LXXIV, 3. Schnurrerus vertit: *visti sunt incessus tui ad sanctuarium*.


26. קָדְמוּ שָׂרִים *Praecesserunt cantores*. Pro שָׂרִים Alexandrinus Syrusque interpretes posuerunt *principes*, quasi שָׂרִים legissent, quod ipsum hodiernum in libris nonnullis et manu et typis exaratis (vid. Ε Ρ Ο S S I V *Varr. Lect. h. l.*) apparet; nec repudiandum est profus, coll. Vs. 28. Verba אֲחֵרֵי נְגִינָיִם quidam ita reddunt: *post fidi-*
cines, ut hi omnium primi fuerint, אֲחֵרֵי accipientes ut
Prae-

Præpositionem, ut Jof. LXVI, 17. et faepius. Sed recte omnino Kimchius monuit, esse h. l. *Adverbium*, atque per Afyndeton sic explicandum: *et postea fequuti funt pulfantes f. fidicines*, instrumentis nimirum, ut illi voce, cantantes. De verbo נָנָן vid. Prolegomm. Vol. 1. p. LIII. feq. בְּחֹךְ עֲלֵמוֹת In medio virginum. Male quidam transferunt: *in medio virgines*, ac fi harum turba deducta effet a fidicinibus. Sed ita fi verba hebræa accipienda effent, extare deberet בְּחֹךְ, in ftatu abfoluto, non vero in ftatu constructo בְּחֹךְ. Ceterum puellarum apud Hebraeos in folennitatibus publicis permagnas partes fuiife, fupra ad Vs. 12. obfervatum eft. רִנְנוּ פָּנֵינוּ *Pulfantes tympana*, publicae laetitiae instrumenta, vid. Pf. LXXXI, 3. De instrumento mulico הָאֵף cf. not. ad Exod. XV, 20., et PFEIFFERI *de Musica Hebraeor.* p. 50. feqq.

27. Ante hujus Verfus initium fubaudiendum videtur לִי אֵלֵי, *dicendo*, vel: *cantantes: in coetibus laudibus extollite Deum* etc. Poffit tamen etiam effe a vate interjecta apoftrophe ad Ifraelitas. Ante מִמְקוֹר יְשׁוּאָה fubaudiendum אֲנֵכֶם, (*qui ex fonte Ifraelis eftis oriundi*, qui firpis eftis Ifraeliticae. Auctores gentis ab Hebraeis comparari cum fontibus, gentes cum aqua inde profluente, apparet ex locis Jof. XLVIII, 1. Prov. V, 18.

28. וְיָיִבִי *Ibi*, in folenni illa pompa, Vs. 25. 26. „Commemorat vates tribus Ifraëliticas, quae laetitiae huic publicae intererant. Ex 1 Chron. XV, 3. quidem intelligitur, ex univerfo populo convocatam a rege multitudinem fuiife, fed omnes tribus longo ordine recenfere, hiftorici erat, non poëtae. Itaque nonnullas tantum nominat, et quidem duas, quae in proximo habitarent [*Benjamin et Juda*], adeoque primarias in hac celeberrime partes haberent, duasque alias, quae longiffime quidem abeffent a loco folennitatis [*Sebulon et Naphthali*, in finibus terrae degentes], nec tamen frequentes adeffe recufaffent.“ SCHNURER. Appellat autem Benjaminem יְעִיזָה, *parvum*, quod natu inter fratres ceteros minimus effet;

esset; quemadmodum Jacobus dicitur צַעִיר relatione ad natu majorem Elavum, Genes. XXV, 23., item Ephraim respectu Manassis, XLVIII, 14. Quod vero nonnumquam *parvus* et *contemptus* fere pro synonymis ponuntur, ut Pf. CXIX, 41. Jud. VI, 15. Jof. LX, 22.; ideo quidam Benjaminem h. l. *parvum* vocari existimant, quod haec tribus per stragem Gibeoniticam fere tota consumta esset, Jud. XX, 44. seqq. Quae explicatio argutior videtur. רִיב *Dominans*, i. e. princeps eorum; pro רִיבָה בָּם, quum verbum רָדָה alias plerumque sequenti Beth constructi solet, ut Levit. XXVI, 17. Jof. XIV, 2. 1 Reg. IV, 24.; cum affixo autem eodem modo, quo h. l. Participium, reperitur verbum hoc constructum Levit. XXV, 53. *Non יִרְדָּבּוּ dominabitur ei (servo) dure*, nec non Thren. I, 13. וַיִּרְדָּבָה. Affixum vero non per *Cametz* est additum, ut alias, sed per *Tzero*, ut itaque רִיבָה fit pro רִיב, quemadmodum Jof. LXIII, 11. extat הַמַּעֲלִים, *educens eos*. Tribum Benjaminiticam vero רִיבָה, *imperium gerentem*, vocari existimant propter Saulum, e tribu hac oriundum, qui prius toti populo imperasset. Sed rectius anteq. רִיבָה subaudiunt alii copulam *et* (plura asyndeta in hoc Versu sequuntur), ut sensus sit: *ibi Benjamin et dominans eis*, h. e. tribus adest una cum principe suo; quemadmodum et in hemistichio altero mentio fit שָׂרֵי; *principum*, una cum tribubus ipsorum. Alexandrinus, qui vertit ἐν ἐκστάσει, quod Vulgatus *in mentis excessu* reddidit, nostrum רִיבָה retulit ad verbum רָדָה, unde שָׂרֵי רָדָה, *sopor altus*, Genes. II, 21. XV, 12., quod Alexandrinus utroque loco ἐκστάσις transtulit. Ita et Syrus: qui ܩܘܠܘܢܐܝܢܐ, *in tranquillitate*, posuit, quasi *dormiens, sopore obrutus*. Sed recte Aquila: ἡγεμονίαν αὐτῶν. Ad רִיבָה, *dominatus est*, retulit quoque vocem nostram Chaldaeus, quantum quidem ex paraphrasi ejus satis obscura cognosci potest: *accepit regnum ab initio*. שָׂרֵי יְהוּדָה *Et principes Judae* Dependunt haec a שָׂרֵי, *illic* erant etiam principes Judae

רַגְמָהּ plerique non male *coetum eorum* interpretantur, a verbo רָגַם, *lapides in tumulum aut acervum coniecit* (unde רַגְמָהּ Proverb. XXVI, 8. *locus, quo lapides projiciuntur*, cf. A. SCHULTENSII *Commentar.* p. 359.), ut nomen רַגְמָהּ a lapidum acervo ad hominum multitudinem et catervam translatum sit. Accedit quod verbum Arabicum رَجَمَ *lapidavit*, in Conjug. VIII. de *accumulando* et congerendo dicitur. Alii, qui רַגְמָהּ vel cum voce similis sonus רַקְמָהּ, *acupicta eorum*, Ezech. XXVI, 26. convenire existimant, vel ad אַרְגָּמָן, *purpura*, referunt, interpretantur *ornatissimos*, vel *purpuratos eorum*, quo *duces et principes* significari arbitrantur. Alii vertunt *lapis eorum*, quod prae ceteris placet; quum enim nomen illud nonnisi hoc loco occurrat, tutius omnino est retinere eam significationem, quae cum verbo, unde derivatur, convenit. Est autem non inusitatum Hebraeis; *lapidem* tribui personae, quae aliorum fulcrum et firmamentum est, ut Genes. XLIX, 24. de Josepho, ex cujus posteris reges potissimum orti sunt, qui decem tribubus praesueverunt, dicit Jacobus, מִשָּׁם רֵצָה אֲבֹנֵי יִשְׂרָאֵל *inde pastor et lapis Israel*. Ita et hoc loco רַגְמָהּ sensu videtur convenire cum רִים et שָׂרִים. Alexandrinus quoque ἡγεμόνες αὐτῶν reddidit: nec non Syrus: , *principes eorum*.

29. Sequitur brevis ad Deum supplicatio pro confirmanda atque augenda Israelitarum republica: צַוָּה אֱלֹהֵי עֲנֵה *Praecipit*, i. e. decrevit, ordinavit (ut Ps. XLII, 9.) *Deus tuus robur tuum*, i. e. firmum et validum tuum regnum. Antiqui interpretes omnes mirabili fere consensu lectionem exprimunt hanc: צַוָּה אֱלֹהֵים עֲנֵה, *praecipe, o Deus, potentiae tuae*, nec desunt hebraici codices, qui et ipsi exhibent lectionem אֱלֹהֵים. Sed recte observavit Schnurrerus, posse receptam lectionem recte defendi, si verbis hisce sermonem vel vatis, vel singulorum civium ad reipublicam conversum contineri dixeris,

xeris, hoc sensu: *decrevit, o Israel, Deus tuus firmandum atque amplificandam esse tuam rempublicam.* עָרַב רֹבֵץ לְכֹהֵן אֱלֹהִים וְזוֹ פְעֻלָּתָהּ לְכֹהֵן *Robustum te praesta, validum te demonstra, quoad id quod nobis fecisti, in salutem nostram, quod nostri causa jam fecisti.*

30. מֵהִיכָלָהּ עַל-יְרֻשָׁלָּיִם לְהַיּוֹבִילָהּ מְלָכִים אֲשֶׁר *Ob palatium tuum super Hierosolymis afferent tibi reges munita.* Particulam לְהַיּוֹבִילָהּ complures interpretes pro לְהַיּוֹבִילָהּ positam accipiunt, ut sic transferendum sit: *propter templum tuum Hierosolymam afferent* etc. Sed potest usitatus illius particulae significatus bene retineri, ut et a Symmacho factum, qui ita reddidit: *διὰ τὸν ναὸν σου τὸν ἐπάνω τῆς Ἱερουσαλήμ*, atque a Schnurrero, qui vim illius vocis sic expressit: *quod imminet Hierosolymis*, monuitque, sensum esse hunc: ornando tuo, quod Hierosolymis imminet, palatio a regibus etiam barbaris donaria contingant; cujus rei illustre exemplum memoratum est 2 Sam. VIII, 6. 11. Nomen הִיכָלָהּ, quod de tabernaculi sacri adyto 1 Sam. III, 3. usurpatur, in universum de sacrario Jovae dicitur, non tantum de templo lapidibus exstructo.

31. אֲרַבָּה *Increpa, i. e. severe cohibe, et compece, quemadmodum regis aut domini tremendi increpatione tota cohorrescit familia aut regium satellitium. Sic increpare, i. e. cohibere Deus dicitur mare, Pf. CVII, 10., et hostes Pf. LXXX, 17. Jes. XVII, 13. — De קִנְיָה קִנְיָה, *Fera arundinis*, plures sunt interpretum conjecturae, quas diligenter recensuit AURIVILLIUS in Dissertat. singulari in hunc Versum, p. 414. seqq. *Dissertat. a Michaele edita.* Alii existimant *aprum* illa appellatione significari, propterea quod apri cubilia in arundinetis solent habere (vid. ΒΟΧΑΡΤΙ *Hieroz. P. I. Lib. III. Cap. XXIX. Tom. II. p. 385. edit. Lips.*), et מִנְעֵר מִנְעֵר *porco sylva, s. sylvestri, h. e. apro, Israelitici populi hostes etiam Pf. LXXX, 14. comparantur. Alii Aegyptum, seu regem Aegypti in huius putarunt; imagine ducta a crocodilo, incolae Nili. arundinibus confiti (Jes. XIX, 6.). Quod ipsum animal**

animam etiam ab Ezechiele Cap. XLIX, 3. 4. XXXII, 2. 3, pro Aegypti imagine usurpatur. Sed observavit Schnurrerus, tempore, quo hocce carmen editum esse verifimile, infenso erga Israeliticam rempublicam animo fuisse Aegyptum plane non constare; et Versu 32. Aegyptii etiam ut cultores et admiratores Jovae memorantur. Et ipse quidem Schnurrerus *leonem* censet intelligendum esse, auctore ЛОУТНО, qui in Praelect. VI. *de sacra Ebraeorum Poesi* p. 110. ed. Goetting. s. p. 66. edit. Lips. Ammiani Marcellini locum quendam (ex Lib. XVIII. Cap. 7.) protulit, in quo expresse dicitur inter arundineta *Mesopotamiae* fluminum et frutecla leones vagari innumeros. Leonem autem Syriae regis imaginem putant. Praetermitto conjecturas plures alias. Rectissime, meo iudicio, Aurivillius l. c., „quae demum cunque, ait, ponatur ferra, dubio saltem caret, metaphorica locutione significari hostem divini regiminis (i. e. reipublicae Israeliticae). Si qui porro, qualem speciatim David respexerit, investigare laborent, vix quidquam ultra fluctuantis opinionis conatum promoverint.“ עַרְוֹ אֲבִירִים בְּעֵלְי עַמִּים *Coetum taurorum cum vitulis populorum* (scil. *increpa*). *Tauris*, אֲבִירִים (de quo nomine vid. not. ad Ps. XXII, 13.) plerique volunt significari populos, qui vi atque opibus pollent: *vitulis* autem gentes minus validas et numerosas. Mili per *tauros* potius duces, per *vitulos* milites, qui eos sequuntur, videntur intelligendi. מִתְרַפֵּס בְּרַצֵּי-כֶסֶף *Qui prosterнат sese cum fragminibus argenti*, i. e. increpa eos ita, ut facti supplices veniant cum massulis argenti ad pendendum tributa. Optaverat vates (Vs. 30.), ut reges exteri templo Jovae ornando donaria afferrent; jam votum subjicit, ut etiam ferocissimae gentes, tanti Numinis objurgatione perterritae, mox domatae et supplices factae ad pedes illius provolvantur, atque tributa eidem pendere cupiant. Propria per catachresin miscentur tropicis, ut proxime antea *vituli* junguntur *populis*. Verbi רַפֵּס, *conculcavit*, species Hitbpael praeter hunc locum semel tantum-

tummodo occurrit, Proverb. VI, 3., quo loco manifeste significat *prostrernere se ipsum*, velut ipedibus conculcandum sese praebere. Qui significatus et huic loco optime congruit. Significatur *προσπυθῆσεως* ritus, qui Ps. LXXII, 9. formula *pulverem lingendi* exprimitur; vid. not. ad eum loc. Singularis vero *מחרים* distributive est accipiendus, atque ad unamquamque istarum belluarum referendus, cujusmodi enallages exempla plura extant, veluti Ps. CXIX, 137. *Rectum iudicia tua*, h. e. unumquodque iudiciorum tuorum. Plerique interpretes *מחרים* *conculcantem* transtulerunt, unde, dici vix potest, quantum sese torserint in sensu horum verborum constituendo, in quo tamen parum aut nihil est difficultatis, si speciei Hithpael vis reciproca in illo vocabulo recte attendatur. Quare aliarum interpretationum commemoratione supersedeo. Eas tamen qui scire cupit, evolvat Aurivillii Dissertatt. J. c. atque DE-ROSSII *Varr. Lect.* ad h. l. *בגר עמים קרבנות יחפצו* *Dispersit populos, qui bella diligunt!* Nulla etenim gens superest, quae Iovae imperio sese submittere recuset; omnes sunt fractae domataeque; omnes tributariae factae. Alexandrinus cum Vulgato et Arabico interprete, nec non Syrus Imperativum expresserunt: *disperge*, non quod *בגר* legerunt, sed quod Praeteritum pro Imperativo per enallagen usurpatum putarunt, ut Ps. LVI, 9. et LX, 6. Sine necessitate. Vividior enim et magis poetica sententia prodit retento Praeterito.

32. *יאתרו השמנים מני מצרים* *Veniant magnates ex Aegypto.* *השמנים* esse *praceres multo satellitio stipatos*, coll. Arabico *حشم*, *multi famulitii fuit*, unde Infinitivus nominalscens *حشم*, *magni famulitii dominum esse*, et *حشم* *magnus multique famulitii vir*, recto observavit A. U. PFEIFFERUS in *Dubiis vexatis* p. 608. *Nun* haemanticum hebraico vocabulo additum copiam notare

notare solet, ut in צִמְצִימָה, *pecorosus*, Mich. I, 11., נִצְמָה, *perquam amoenus*, propr. *multis amoenitatibus praeditus*, Jes. XVII, 10. Veterum interpretationes recentiorumque conjecturas recensuit Pfeifferus l. c. et J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 972. seqq. Parum tamen placebit sententia a Michaelae commendata, אֲשֶׁמֻנֵינִי esse nomen proprium ejus regionis in Aegypto superiore, quae Arabice أشمونين, *Aschmunein*, dicitur. כִּישׁ חָרִיץ, קִירִי אֲשֶׁמֻנֵינִי *Aethiopia currere faciet*, s. *accelerabit*, *manus suas Deo*, quod alii explicant, manus suas extendet, celerime, submissae orationis, vel veniae impetrandae causa, Chaldaeo interprete autore, qui sic transtulit: *Cuschitae accurrent, ut expandant manus suas in precibus coram Deo*, cf. Ps. XXVIII, 2. LIV, 21. LXIII, 5. Alii ad confederationis ritum respici existimantes ita verba intelligunt: festinabunt porrigere manus suas Deo, et foedus inire cupient cum eo. Melius placet eorum sententia, qui *manus* per synecdochen dici putant pro donariis, quae manibus tenentur, ut ita sit transferendum: *Aethiopes festinabunt adferre dona Deo*. Verbum חָרִיץ, quod ad כִּישׁ pertinet, feminei generis est; etenim nomina propria populorum construi modo ut singularia masculina, modo ut feminina, observavit atque exemplis probavit N. G. SCHROEDERUS in *Institt. Ling. Hebr. Syntax.* Sect. I. Reg. XXVIII.; cf. GESENII *Lehrgeb.* p. 469. seqq.

34. לְרִכְבּ בְּשָׁמַי שְׁמַי־קָדִים (Psallite) *Vecto in coelis coelorum antiquitatis*, i. e. in coelis supremis atque antiquis. „*Antiquum dicitur coelum ad significandum, illud inde ab omni aevo occupatum a Jova fuisse atque ab eodem conditum. Et quod apud gentes pristinas valeret opinio, tonitrua cum fulminibus pertinere ad jus majestatemque hujus summi numinis, additur: vocem, i. e. tonitru edit* (coll. Ps. XLVI, 7) *et quidem validissime.*“
SCHNURER.

35. „In formula על חנני על idem valet quod

כבוד, ex significatione arabicae كبرياء. Sensus est, summam Jehovah magnificentiam atque potestatem non minus elucescere ex gubernatione reipublicae Israeliticae, quam e tempestatibus, pendentibus ex ipsius arbitrio.“ SCHNURRER. על-ישראל בארתו Super Israel excellentia ejus, i. e. in populo Israelitico ostendit majestatem suam atque potentiam, conspicuam fecit.

36. נורא אלהים ממקדשיה Formidabilis, venerandus es o Deus! e sanctuario tuo, ex iis, quae facis de Sacrario tuo; inde terret hostes suos, inde protegit populum suum. Nomen מקדש tam in singulari, quam in plurali usurpatur de sacrario Jovae, ut constat ex Ezech. XXI, 2. 7. Pf. LXXIII, 17. Jerem. LI, 51. De tabernaculo sacro usurpatur pluralis et Levit. XXI, 23, quod e pluribus partibus illud, uti postea templum, constabat.

PSALMUS SEXAGESIMUS NONUS.

ARGUMENTUM.

Queritur se innocentem a malis et impiis hostibus suis opprimi, et implorat ardeenter opem et misericordiam Dei, qua fretus pollicetur sibi certam liberationem, atque imprecatur gravissima inimicis et persecutoribus suis. Multa habet hoc carmen similia Psalmis VI. et XXXVIII. Qui quidem Psalmi, quum totius populi exilii miseris afflictis querelas contineant, non dubitamus ad stipulari iis interpretibus, qui et hunc Psalmum ex persona Judaeorum, qui in Babylonem fuerant abducti, dictum putant, praesertim quum Vs. 34. et seqq. *captivorum, urbiumque Judaeae dirutarum* diserta fiat mentio. J. GURLITTO *) hoc carmen cecinisse videtur poeta captivus a Syris e patria abductus, ab iisque patriorum, quae prodere nolebat, sacrorum causa pessime habitus.

I. 382

*) In *Animadversf. ad auctores veteres*, Magdeb. 1800. Repetitae sunt in *Sylloge Commentatt. Theologiar. edita a D. J. POTT* (Helmstadii), Vol. I. p. 314. seqq. vid. p. 330. seqq.

2. מים ער-נפש באו *Venerunt aquae ad animam*, i. e. os subeunt et intrant, ut periculum sit a suffocatione, et animam elidant. Sensus: ne differ tuam opem diutius, neque enim potero sustinere amplius.

3. ואין מעמרי *Nec statio*, quod recte Chaldaeus transtulit: non est למקום אחר locus ad consistendum; haereo in limo fundi experte, ubi non reperiunt pedes, quoniam nitantur. Cf. Ps. XL, 3.

4. נהר גרוגי *Adustum*, s. exsiccatum est guttur meum, irrauit arefcente gutture. כלו עיני מחל לאליהי *Consumiti sunt oculi mei expectans Deum meum*, obtenebrescunt oculi mei, deficientibus viribus, desiderio opis divinae, quam expertus sum toties. Cf. Thren. IV, 17. תכליתנו אל-עזרתנו *Consumebantur oculi nostri ad auxilium nostrum*, ad hebetudinem usque oculorum auxilium circumspeimus.

5. חנם *Immerito*; ut Ps. XXXV, 7. ubi not. vid. Cui in hemistichio, altero respondet שקר, quomodo Ps. XXXVIII, 20. שנאי שקר. — חצמתי *Perditores mei*, i. e. qui hoc agunt, ut perdant me. Non de actu sed conatu accipiendum, ut Ps. LVI, 2. שאפני *deglutire me conatur*; Proverb. XI, 9. ישחיה *perdere conatur*. — אשר לא אשיב *Quod non rapui, tamen restituum*. Proverbium videtur fuisse Hebraeis de innocente: rependit, seu luit, quod non rapuit. Sensus: plectuntur in me innocente, ea quae non admisi. Particula או vel tamen reddi potest, ut Job. IX, 31.; vel redundat, ut Cohel. II, 15. Ps. CXIX, 92. Job. XXXVIII, 21. Verbum השיב *restituendi* significatu dicitur quoque Exod. XXII, 26. Levit. VI, 4. Dent. XXIV, 13.

6. אליהם אתה ידעת לאחלת *Tu, Deus, nosti insipientiam*, seu fatuitatem meam, i. e. an quid per stultitiam admiserim et dignum iis, quae mihi accidunt; tu nosti innocentiam meam, et me nihil tale meritum esse. אחלת *insipientia*, Hebraeis etiam *defectum* significat, ut supra

supra Pf. XXXVIII, 7., quomodo et Plato virtutem esse sapientiam differit, et vitium stultitiam. Et h. l. in altero hemistichio אשכנחי, ut aequipollens ponitur. Haec vero innocentiae professio populo exilii miseris afflictis eatenus competit, quatenus inter medias persecutiones et contumelias, quas a barbaris ob cultum Jovae perpeffus est; tamen ab eo non descivit. Verbum נשכנחי nusquam, praeter hunc locum, cum ל constructur; nec tamen raro Accusativi potestatem, pendentem ex significatione propria particulae illius, quod attinet ad, respectu habito ad rem, nomen cum ל obtinere, ostendit STORRIUS in *Observatt. ad analog. et Syntax. Hebr.* p. 284. seqq.

7. אל-יבשו בי קריה. *Ne erubescant propter me sperantes in te*, i. e. ne sinas, ut, me a te neglecto, propter meum exemplum, poenitere aut pudere quengquam possit spei suae, quam in te collocavit.

8. בי-עליה נשאחי חרפה כסתה כדמה פני. *Nam propter te tuli opprobrium, operuit ignominia vultum meum*, hinc ignominia mihi exiit tanta. *Propter te*, quod in Te spem meam posui. *Quclamant mihi mei adversarii: ubi est Deus, quo miti et fidere gloriaris? de quo polliceris tibi omnium?* Vid. Pf. XXII, 9. XLII, 4.

9. מזור הריחי לאחי. *Alienus factus sum fratribus meis*. Non se agnosci amplius queritur, ne a suis quidem, quod ita sit mutata species oris ejus ex dolore et moerore; quae deformata species ejus multo et evidentius et magis pathetice descripta Pf. XXN, 15. 16. Ex eo, quod in altero hemistichio dicitur, וזכרי לבני אמי *et peregrinus factus sum filiis matris meae*, collegerunt nonnulli, fratrum nomine hoc loco significari non cognatos, aut propinquos in genere, sed eos, qui proprie fratres sunt et uterini. Quod tamen minime est necesse: convenit enim posterior illa appellatio cum priora *fratrum* titulo, qui non proprie sumi debet de eo, qui eundem cum altero habet patrem vel matrem. sed metapho-

rice de eo, qui fratri uterino est similis, aut pro eo se adhuc gessit. Cf. Pf. XXXVIII, 12.

10. כִּי-קָנְאָה בַּיָּהוּהוּ אֶמְלֶחֶנִי. *Nam zelus domus tuae consumpsit me*, ingens me studium tenet et ardor cultus tui, et ne tibi obtrectetur, tantus quidem omnino, ut totus consumar affectu hoc. *Domus Jovae*, cultus ejus domicilium et sedes, pro ipso hoc cultu dicitur. Mentem suam satis ipse explicat, dum addit: וְהִרְפוּהוּ הוֹרְפֵיהָ נָפְלוּ עָלַי. *Et probra probris afficientium te super me cadunt*, probra et contumeliae, quibus te afficiunt obtrectatores tui, non afficiunt me aliter, quam quae mihi fiunt. *Obtrectatoribus Dei* significat illos, qui poetam deriderent, quod spem suam in Jova poneret, qui tamen cultores suos in maximis miseriis esse sinat, neque eos juvare possit. Cf. not. ad Vs. 8. Cujusmodi vocibus timet, ne decedat gloriae Jovae, ut minus colatur.

11. וְאֵבֶכָה בְּצוּם נַפְשִׁי וְהָיָה לְהִרְפוּנָה לִי. *Et quum flevi et in jejunio anima mea est; est in opprobria mihi*, i. e. dum lacrymis me do et jejuo, in hoc dolore meo, illi rident haec in me, et sunt probro mihi. Particula ו h. l. *quum* significat, ut Pf. XXXVII, 10. Ante בְּצוּם vero copula ו est subaudienda. Male quidam transferunt: *flevi in jejunio animae meae*; nomen enim צוּם in regimine collocatum non est, quippe alias abesset ה emphaticum, cujus character Patach sub praefixo ב. Sensus est: quando me per jejunium assigo; coll. Pf. XXXV, 13. נַפְשִׁי enim pro אָנִי, ut saepissime.

12. וְאֵתְנָה לְבוּשֵׁי שָׂק. *Feci vestimentum meum saccum*, vid. not. ad Pf. XXXV, 13. — וְהָיָה לְהֵם לְמִשְׁלַל. *Et factus illis sum in proverbium*, fabula et exemplum irrisionis; cf. Deut. XXVIII, 37. et 1 Reg. IX, 7.

13. יִשְׁבּוּ בֵּי יְשֻׁבֵי שַׁעַר. *Meditantur*, fabulantur et colloquuntur *de n.e sedentes ad portam*, sub quibus plerique h. l. proceres intelligunt, vel eos, qui in loco judicii publici assidere consueverunt; in portis enim fuisse quasi curiam priscorum, et Hebraeorum, et exterorum, notum, vid.

vid. Jos. XX, 4. Ruth. IV, 1. Amos. V, 15. Malim tamen h. l. intelligere homines otiosos et leves, qui in portis confabulabantur, res novas spectabant et audiebant, et praetereuntes taxabant (*porta* enim erat locus, in quo homines convenire solebant, vid. Gen. XIX, 1. Job. XXIX, 7.); quod omnino magis congruit et rei praesenti, et hemilichio sequenti: *וּבְגִינוֹת שְׂכָר* *Et cantilena factus sum potantium ficeram*, quod Chaldaeus bene sic reddit: *eorum, qui abeunt ad bibendum in domo cauponaria*. De *שְׂכָר* vid. not. ad Levit. X, 9. Ceterum *בְּגִינוֹת* pro *בְּגִינוֹת הַיְיָ*, ut Job. XXX, 9. plenius dicitur. Cf. Thren. III, 14. Ezech. XXXIII, 32., quibus locis eadem querelae.

14. *וְאֲנִי הַפְּלִי-לָךְ יְהוָה עַתָּה רָצוֹן* *Et ad me quod attinet, oratio mea ad te, Jova, directa est, in tempore bene placiti*, i. e. oro et exspecto tempus id, quo tibi libeat liberare me. Quod eo spectare videtur, quod frustrationem precum in ipso riderent hostes. Ante *עַתָּה* subaudienda particula *ב*, ex Jos. XLIX, 8; ubi haec ipsa formula occurrit. Symmachus reddidit *καιρος διαλλαγης*, *tempus reconciliationis* scil. exspecto, q. d. satis est poenarum et calamitatum. *עֲנֵבֵי בְּאֵמֶה יִשְׁעָךְ* *Exaudi me pro veritate salutis tuae*, pro fide tua, qua salutem te allaturum pollicitus es.

16. *וְאַל-הִמְטֵר-עָלַי בְּאֵר פֵּיהַ* *Neque claudat super me puteus os suum*, ne margo foveae collabens me absorptum obruat. Alii respici putant ad putei operculum, quo obducto spes demerso plane omnis abscinditur.

19. *קִרְבָּה אֵל-בְּפִשִׁי* *Appropinqua ad animam meam*, adis mihi auxilio tuo. *בְּאֵלֶיהָ* *Vindica eam*, animam meam, a violentia hostium mihi insultantium. Proprie verbo *בְּאֵלֶיהָ* indicatur vindicatio injuriae, confanguineo illatae, vel confanguinei captivi aut depauperati in statum pristinum restitutio, intercedente *λύτρωσις*, tum ad cujuscunque injuriae vindicationem transfertur, haud aliter, quam verbum *פָּדָה*, quod noster proxime usurpat, de quo vid. not.

ad Ps. XXV, 22. לַמַּעַן אֹיְבֵי לִמְעַן אֹיְבֵי *Propter hostes meos, hoc est, propter injurias inimicorum meorum, quas non sustinere possum amplius; vel: libera me, ne inimici de me gloriantur, et confirmentur animis in impietate et scelere, si videant me deseri, ut sit sententia eadem, quae Versu 7. Chaldaeus: ut ne efferant se super me inimici mei.*

20. כָּנֹחַהּ כָּל-צָרָרֵי *Coram te omnes inimici mei, patent tibi omnia adversariorum meorum, neque estingere potest oculos tuos quicquam eorum, quae perpetrant.*

21. הִרְפָּה שְׁבֵרָה לִבִּי *Opprobrium frangit cor meum, ad mortem usque me excruciat probrorum turpitude, cf. Jerem. XXIII, 9. Ps. XXII, 15. XLII, 11. — וְאֶמְרָה אֶגְרִיטִינֵה *Aegritudine affectus sum. Descendit haec prima futuri Cal a radice nusquam alias occurrente נִוַּשׁ, quae vel cum אֶמְרָה aeger, debilis, afflictus fuit, communem habet significatum; vel explicanda est ex Syriaco נִוַּשׁ, et Arabico نَوَسٌ, ultro citroque agitatus fuit. Et נִוַּשׁ לְכֹרֵי *Et spectavi ad condolendum scil. venientes.***

22. וַיַּחֲנוּ בְּכַרְוֹחֵי רֹאשׁ וּלְצִמְאֵי יִשְׁקֹנֵי הַמֶּיץ *Et dederunt in cibum meum herbam venenatam, et siti meae extinguiendae bibendum dederunt mihi omphacium; i. e. imo tantum abest, ut praestent mihi talia pietatis et humanitatis officia (ut consolentur me, Vs. 21.), ut insuper augeant mihi dolores, et magis me crucient, insultantes calamitati et dolori meo, non secus, quam si esurienti et sitienti, pro cibo et potu, venenata herba et omphacium apponerentur. רֹאשׁ, vel ut etiam scribitur, רוֹשׁ, nomen veneni esse ex regno vegetabili, manifestum ex Deut. XXIX, 18. XXXII, 32. Hof. X, 4. Thren. III, 15. 19. (unde de veneno in genere Deut. XXXII, 33.), sed qualis sit planta? nemo facili definiverit, quum nec in cognatis dialectis vox reperiatur, nec in locis ipsis, quibus occurrit, certis notis sit insignita. O. CELSIO (*Hierobot.**

bot. T. II. p. 46—52.) est *cicuta virosa* (*Wasserschirling*); J. D. MICHAELI (*Supplem.* p. 2220. seqq.) *lolium temulentum*, s. *solanum*; S. OEDMANNO (*Vermischte Sammlungen aus der Naturkunde*, Fasc. IV. Cap. X, p. 83. vers. teuton.) *cucumis colocynthis* Linnaei (*Coloquinthe*). Veteres quoque dissentiunt in hoc nomine transferendo. Illorum conjecturas recensuit et dijudicavit Michaelis I. c. חמץ *acetum* significare locis Num. VI, 3. Ruth. II, 14., Proverb. XXV, 20. vix in dubium vocari recte potest. Sed hoc loco acetum locum non habere posse, scite monuit Michaelis in *Supplem.* p. 828. Nihil enim melius promptiusque sitim restinguit aceto. Neque igitur improbabilis conjectura illius, h. l. *vinum acerbum*, ex omphacibus factum, ideoque noxium, intelligendum esse.

23. יהי שלחנם לפניהם לפח. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum*, quoniam me pascunt venenato cibo et acerbis potu, ipsis omnis copia victus et fortunarum in exitium vertat, cujus figura h. l. est *laqueus*, quemadmodum *mensa* omnia bona et commoda significantur. Paulo aliter Chaldaeus: *sit mensa eorum, quam paraverunt coram me, ut comederem, eis in laqueum.* ורשומים למקו. *Et tranquillis in tendiculam*, i. e. cum pacata et tuta ipsis omnia videntur, fac ut epulae eorum ipsis convertantur in exitium. ורשומים *qui pace fruuntur*, vid. Pf. LV, 21. Alii accipiunt pro plurali nominis ורשומים, *pax*, redduntque hoc modo: *et quoad paces, vel, ubi paces sperant, illic impingant.* Alii: *et paces* s. felicitates *in laqueum*, i. e. id quod debebat cedere in illorum prosperitates, omne illud sit in rete. Alexandrinus, et reliqui interpretes veteres, Chaldaeo excepto, translulerunt: *in retributiones*; ורשומים pro ורשומים (Jes. XXXIV, 8.) acceperunt, a ורשומים, *rependit*. Quod ipsum et compluribus nostrae aetatis interpretibus placuit, J. D. MICHAELI etiam, qui in *Supplem.* p. 2329. verba nostra sic explicavit: *inque retributionem mensa illorum.*
illis

illis fiat laqueus. Chaldaeus, qui sic vertit: *sacrificia ipsorum fiant eis in offendiculum*, nostrum שלמים confudit cum שלמים, *sacrificia pacifica*, Exod. XXIV, 5.

24. תחשכנה עיניהם מראות *Obscurentur oculi eorum a videndo*, i. e. ne videant, ne intelligant quicquam eorum, quae faciant, atque ita in exitium certum praecipitent. ומחניהם תמיד המער *Et lumbos eorum perpetuo fac nutare*, nihil relinquatur eis firmitatis, roboris aut potentiae, ut et nihil intelligant, animo occoecato, et nihil possint, viribus omnibus subtractis, sicut elumbes sunt, qui ingredi non possunt amplius; tum autem jacent in homine omnia.

25. וחרון אפה ישנים *Et ardor irae tuae, severissima tua ira, apprehendat eos*, nusquam ab ultione tua tuti sint.

26. תהי-טירתם נשמה באהליהם אל-יהי ישב *Fiat habitatio eorum desolata, in tentoriis eorum non sit habitans*, nemo superfit in familia qui succedat incolendo sedes avitas. De nomine טירה, quod proprie *domos pastoritias, in quibus est stabulum*, videtur significasse, ut Syrorum 𐤆𐤃𐤁, ut Genes. XXV, 16. Num. XXXI, 10., tum *pagos, et castella*, denique in universum *habitationes*, quomodo et Chaldaeus h. l. vertit, vid. MICHAELIS *Supplem.* p. 1011 - 1013.

27. כי-אתה אשר-הכית רדפו *Nam quem tu percussisti, illi persequuntur*. Aliqui haec ad excusationem referunt eorum, qui vatem, aut eos, quorum personam sustinet, persequuntur, hoc sensu: hoc praetexunt culpae suae, quod Deus eum percusserit, quem ipsi exagitant, et magis exercent, ut hoc faciant, quod Deus ostendat sibi cum ipso fieri gratum esse. Sed potest etiam simpliciter sententia haec esse: extirpetur prorsus (Vs. 26.) pessimum hoc genus hominum; qui enim te percutiente miseri sunt, ex eorum dolore voluptatem capiunt, eos magis adhuc affligunt. Hemistichium alterum: ואל-מכאוב תלליה יספרו

complures sic transferunt: *de dolore confessorum tuorum narrant*, quod ita explicant, gravitatem vulnerum, quibus tu vulneraveras me, aliis cum voluptate narrant. Sed verbum ספר *narrandi* significatu cum אל construi nec solet, nec potest. Nec recte affertur locus Pf. II, 7., cujus plane alia est ratio (vid. not. ad eum loc.). Sed rectam verborum nostrorum interpretationem monstravit jam Alexandrinus et Vulgatus, qui προσέδησαν, *addiderunt* habent, non quod יספו legerunt (quae fuit nonnullorum conjectura), sed quod verbum ספר *numerandi* significatu accipiendum esse intellexerunt, ut transferendum sit hoc modo: *ad dolorem eorum, quod a te sunt sauciati, annumerant* scil. plures alios, dolorem dolore cumulant, persequendo et exercendo gravius eos quos tu sauciasti.

28. עון על-עונם Da culpam super culpam eorum, i. e. finito eos accumulare peccata, ruendo ex uno in alterum, ut maturescant ad destinatas poenas, nec veniant in justitiam tuam, ne mereantur, ejus gratiae tuae, qua delinquentes absolvis poena, fieri participies.

29. ימחו מספר הימים ועם צדיקים אל-יזחבו Delentur ex libro viventium, et cum justis non scribantur, ne sit locus eis in catalogo justorum tuorum. Deleri autem e libro s. catalogo viventium, idem esse, ac morti destinatum esse, et capitis damnatum, res ipsa docet. Cf. not. ad Jesaj. IV, 3. et Ezech. XIII, 9.

30. ישועה השגבתי Salus tua exaltet me, h. e. in tuto collocet, tanquam in arce et propugnaculo, quod hoc loco magis placet, quam ad honores elatio, ut carminis finis respondeat initio, quo petiit se de aquis et limo extrahi.

32. וחיטב ליהוה משור Et bonum erit, i. e. placebit scil. celebratio illa, חזיה et שיר, de quibus in Versu 31., prae bove, פג בקריו מפריס (מ) prae bove juveni cornuto et unguato, qui scil. adducatur ei ad sacrificandam. Describitur bos vitulus aetate et robore integer, qualis ad

ad victimam requirebatur. Aliqui distinguunt haec, ut fiat hic Versus sic: quae res gratior erit Jovae, quam bos, quam juveneus, quam cornua aut unguam fissam habens ulla bestia, quae ad sacrificium tibi adducitur. Sensus: carmina, quibus liberatus Jovam celebrabo, eique gratiasque agam, gratiora ei erunt quam victimae.

33. Praeteritum רָאָה poëtica pro futuro: laetae spei plenus jam praesentes videt calamitosos, qui de hoc spectaculo opis a Jova sibi praestitae laetentur, et hoc recreati, in miseris reviviscant animis suis. רָשִׁי אֱלֹהִים
Quaerentes Deum scilicet רָאָה, *videbunt*, quod e praecedentibus debet resummi. Ceterum cf. not. ad Pf. XIV, 2.

34. אֲבִיּוֹנִים *pauperibus*, uti עֲנִיִּים *afflicis* Vs. 33. saepe in Psalmis Hebraei exilii miseris oppressi designantur, vid. e. c. Pf. XXII, 25. 27. XXXIV, 3. אֲסִירֵי
Vinctis suis scil. Dei intelligendi qui sui sunt, vincti vero ab aliis.

 PSALMUS SEPTUAGESIMUS.

 ARGUMENTUM.

Ἀποσπασμάτιον Psalmi XL., Vs. 14. seqq., ad hoc, uti videtur, destinatum, ut certis quibusdam temporis aut, occasionibus in templo inter sacra decantaretur. Neque enim credibile est, incuria illorum, qui hoc carminum syntagma colligerent, factum esse, ut haecce Psalmi quadagesimi particula hoc loco repeteretur. Alii alias comminiscuntur hujus revulsionis causas, quas recensere operae non est pretium. Illas tamen qui scire cupit, legat G. B. REDDINGII *Observatt. Philologico-Criticas de Psalmis bis editis* p. 61.

PSALMUS PRIMUS ET SEPTUAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Petit vates se liberari a magnis periculis, et subveniri sibi a Deo, a quo semper dependerit omnis spes et fiducia ipsius, a primis annis usque, et inferitur querela de contumeliis et infectationibus hostilibus. Contra has igitur invocat opem Dei, quam cum per omnem aetatem suam expertus sit benignissimam; petit, ne subtrahatur etiam senescenti. Promittit autem laudes a se et gratiarum actionem, ut fere semper precibus vota conjungi tum consueverunt. Et si Psalmus titulum nullum habet, qui auctorem vel tempus ejus indicaret, interpretes tamen plerique a Davide illum factum statuunt in seditione Absalomica, quae in senectutem ejus incidit, ut senex tum exularit, et major sexagenario. Nos malumus carmen iis annumerare, quae totius populi querelas et preces sub hominis afflictis et miseri persona continent. Id innuunt Pronomina suffixa primae Pluralis personae in Versu 20., a Masorethis imprudenter in nota marginali (קרי) in suffixa

fixa primae Singularis personae mutata (cf. not. ad illum Versum). Nec obstat, quod qui hoc carmine loquens inducitur, *senem* sese dicit Vs. 9. 18. Nam sicut populo Hebraeo sua erat *pueritia*, cum ex Aegypto egressus populus fieri coepit (Vid. Ps. CXXI, 1. Jerem, II, 2. Ezech. XXIII, 3. seqq. Hos. II, 5. 17. XI, 1.); ita eidem illi malorum asperitate afflicto, omnique robore exhausto, *senectus* tribuitur Jesaj. XLVI, 4. Hos. VII, 9.

1. De verbis מְנוּחָה לְעוֹלָם אֶל-מִי vid. ad Ps. XXXI, 2, 3. הִיָּה לִי לְצִוּר מְנוּחָה *Esto mihi in petram domicilii*, i. e. in qua tuto commorari et habitare possim. Chaldaeus convertit: *in rupe valde fortem*, ac si legisset מְנוּחָה לְצִוּר, quomodo in loco parallelo Ps. XXXI, 3., et hoc ipso loco in codicibus bene multis scriptum reperitur. Vid. DE ROSSII *Varr. Lectt.* h. 1. Sed מְנוּחָה defendit BUXTORFIUS in *Anti-Critt.* p. 380. לְבוֹא תָמִיד *Ad veniendum* scil. שָׁמָּה, *illuc* (ut Deut. XXX, 18.) *semper*, ad quam (arcem) semper possim confugere, et quae mihi pateat, quotiescunque necessitas id postulaverit. צִוּוֹתָ לְהוֹשִׁיעַנִי *Qui saepius antehac mandasti servare me*, qui praestitisti mihi jam toties opem tuam in rebus difficilibus meis. *Mandare salutem* est curare et perficere, ut praesto sit, vid. Ps. XLIV, 5. LXVIII, 29. CXXXIII, 3. Alii Praeteritum pro Imperativo positum accipiunt, Syro auctore, qui transtulit: *praecipe ad servandum me*, s. *manda ut server.*

4. מִכַּף מַעֲוִיל וְחֹמֶץ *E manu perverse agentis et oppressoris*, quod collective capiendum. Verbum חֹמֶץ h. l. ut et. Jes. I, 17. significatione convenit cum similiter sonante

nante הָמָס, *vi et injuria oppressit.* Cf. MICHAELIS *Supplem.* p. 826.

6. Verba מָמָה גָּוִי אִמִּי נִמְצֵי אִמִּי נִמְצֵי vulgo ita vertunt: *e visceribus matris meae tu eductor meus fuisti*, גָּוִי accipientes pro Participio verbi גָּוִי *transire*, (coll. Arab. جاز, et vid. Num. XI, 31.) quod h. l. transitiva significatione sumi existimant, ut proprie sit *transire me faciens*, scil. novum hujus mundi colonum, ex matris meae utero. Hinc Chaldaeus: מִמֵּקַי, *egredi me fecisti.* Anomaliae autem Participii verbi mediae radicalis Vau formae (pro גָּוִי) simile exemplum afferunt גָּוִי, Ps. XXII, 10., ubi not. cf. Sed recte vidit A. SCHULTENS in *Animadversf. Philologg.* in h. l. vocabulum nostrum ad verbum גָּוִי esse referendum, quod, ut Arabum جزي, *retribuit, pensavit*, significat. Quare transferendum erit: *retributor meus*, i. e. qui beneficiis me cumulas, quemadmodum et verbum synonymum מַלְּ de *beneficiorum retributione* dicitur Ps. XIII, 6. Quia vero verbum Arabicum etiam *sufficit* denotat, nec improbanda J. D. MICHAELIS sententia, qui in *Supplem.* p. 289. verba nostra sic interpretatur: *ab utero inde matris meae tu sufficiens mihi fuisti*, i. e. te solo adjutore et benefactore contentus fui. Sic quidem verbo كفي, *suffecit*, Arabes uti solent, quibus frequentissima formula: كفي الله, *sufficit Deus.* Forsan idem respexit Alexandrinus cum Vulgato: σπαστης, *protector meus*, et Syrus: *fiducia mea.* De te laus mea; כִּי de objecto, ut 1 Sam. XIX, 3. *Alloquar* כִּי *de te patrem meum*; et Ps. LXIX, 12. Sensus: quamdiu vixi, uberrimam semper laudandi te praebuisti mihi materiam, beneficia in me cumulando.

7. כְּמוֹתָ הַיַּחֲדָי לְרַבִּים. *Quasi prodigium fui multis; haec in calamitatibus insolitis et tantis, ut portenti instar haberer a multis.* וְאַתָּה מַחֲסֵי עֵי. *Tu vero refugium meum, refugium roboris, i. e. robustum; repetendum est prius*

prius nomen absque affixo, nomenque posterius pro more vices gerit adjectivi. Exempla hujus constructionis sunt Thren. IV, 17. עֲזָרָתֵנוּ הַבֵּל *auxilium nostrum. auxilium vanitatis*, i. e. *vanum*. Levit. VI, 3. מַדּוּ בָרַךְ *Vestis ejus vestis lini*, i. e. *lintea*. Jef. XXXI, 7. יָרִיכֶם חֲטָא *Manus vestrae manus sceleris*, i. e. *scelestae*.

9. אֶל-הַשְּׁלִיכֵנִי לְעַתָּה זְקֵנָה *Ne projicias me tempore senectutis meae*, i. *in senecta mea*, quem a pueritia usque conservasti. כְּכִלּוֹה בָחַי *Secundum consummari robur meum*, i. e. *cum consumptae sunt vires meae*. כּ ante Infinitivum nota temporis, ut notum.

10. כִּי-אָמְרוּ-אֹיְבָי לִי *Nam loquuntur inimici mei de me*, subaudiunt aliqui, Chaldaeo auctore, *malum*, sine necessitate; exponitur enim dictum illorum Versu sequ. לִי *De me*, ut Pf. XLI, 6., ubi not. vid. Eodem modo utuntur Arabes suo *J*, exempla attulit A. SCHULTENS in *Animadverff.* ad h. l.

15. כִּי לֹא יִדְעָתִי סִפְרָה *Non enim novi numerationes*, i. e. *quotidie recensendo tua facta*, non tamen destituar materia, quia summam eorum inire nequeo, innumera sunt tua beneficia. Nomen סִפְרָה, quod hoc tantummodo loco reperitur, ejusdem cum מִסְפָּר (Pf. XL, 13.) significationis esse sumitur.

16. [אָבוֹא בְּגִבּוֹרֹת אֲרָנֵי יְהוָה] Haec verba aliqui sic interpretantur; *introibo in potentias Domini Jovae*, i. e. *aggrediar fortia Jovae facta commemorare*. Arbitrario; nusquam enim *ingredi in aliquid* Hebraeis denotat, illud commemorare. Alii, auctore LUDOVICO DE DIEU, eundem sensum verbis hisce tribuunt, sed auxilio petito ex Arabum dialecto; in qua verba *veniendi* sequente כּ significant *adducere, adferre, proferre*, ut ita sit transferendum: *proferam fortia Jovae facinora*. Sed quamvis nec Hebraeis haec formula sit inusitata (vid. supra Pf. LXVI, 13. 1 Reg. XIII, 1.); dubito tamen, *afferre facinora* satis apposite dici, pro *commemorare* eadem. Alii:

incedam per fortitudines Iovae, quod sic explicant: Jovae solius potentia fretus *incedam*, hujus fiducia degam vitam meam. Melius placet eorum sententia, qui אבוא hoc modo interpretantur: *Ingrédiam* scil. aedem Jovae, laudes ibidem potentiae illius celebraturus. Sic enim Davides in simili discrimine constitutus ingressu in templum Jovae tum se ipsum animare, tum Deo gratitudinem polliceri consuevit, veluti Pf. V, 8. Pf. LXVI, 3. Atque verbum אבוא nude de ingressu in locum Deo sanctum manifeste ponitur Pf. XLII, 3. — וַאֲנִי פָּרַחַתְיָהָּ אֲבֹא בִּיחָהּ *Per fortitudines Domini*, i. e. virtute Jovae adjutus, atque e tot angustiis ereptus. Eadem plane sententia, quae Pf. V, 8. plenius exprimitur; וַאֲנִי פָּרַחַתְיָהָּ אֲבֹא בִּיחָהּ.

17. אֱלֹהִים לְמִנְחָתִי מִבְּעַרְיָי וְעַד-הַנְּהַיָּה אֲמִירָה בְּכָל-אַחֲרָיָהּ *Deus, docuisti me inde a juventute mea, et huc usque annuncio admiranda tua*, i. e. ita gubernasti a primis annis vitam meam, ut doceres me agnoscere et experiri potentiam et fidem tuam, quem ductum tuum nunc etiam celebro. Ductum illum vitae suae mirificum, quo per tot calamitates et miseras vita sua ducta et conservata fuerit, appellat *mirabilia Dei*, id est, admirabilis consilii et potentiae Dei opus.

18. לְכֹל-אֲשֶׁר-יָבֵא לְכֹל-יָבֵא *Omni qui venturis est*, scil. in mundum hunc.

19. עַד-מְרוֹם *Usque in excelsum*, i. e. amplitudine sua omnem excédit numerum et mensuram; cf. Pf. XXXVI, 6. 7. LVII, 11.

20. אֲשֶׁר הִרְאִיתֶנּוּ צָרוֹת רַבּוֹת *Qui ostendisti nobis* i. e. sivistis nos experiri calamitates et magnas et multas. Pro suffixo pluralis numeri; ad populum referendi; et a Chaldaeo quoque expressi; Masorethae ad marginem legi praecipunt cum suffixo singularis numeri הִרְאִיתֶנּוּ, uti mox in eodem hoc Versu הִרְאִיתֶנּוּ et הִרְאִיתֶנּוּ pro הִרְאִיתֶנּוּ et הִרְאִיתֶנּוּ. Primae personae suffixa expriment quoque Graecus Alexandrinus, Valgatus et Syrus. Nos vero haud dubitamus; illam suffixorum pluralium in singularia muta-

tationem factam esse a criticis male sedulis, qui, quod in reliquo carmine unus tantum de se loquens inducitur, minus congruens existimarunt, ut hoc solo Versu plures loquantur. Nec perspexisse videntur, totum populum Hebraeum sub unius persona hoc Psalmo fisci, id quod poetam suffixis pluralibus hoc Versu innuere voluisse credibile est. תשוב תחינוך, *Reverteris vivos nos facies*, i. e. paene extinctos in lucem revocabis. De qua loquendi formula, qua prius verbum adverbii vicem explere solet, ut Pf. LI, 4. LXIX, 18., cf. N. G. SCHROEDERI *Syntax. Verbor. Reg. LXIII. a. α.* ומהמות הארץ תשוב ותעלה. *Et de abyssis terrae iterum ascendere nos facies*, ex profundissimis malis nos retractum evehes.

21. תרב גדלתי Auges magnitudinem meam, amplificabis res meas. Sive: ad dignitatem meam me iterum evehes, nam de dignitate nomen illud usurpatur etiam 2 Sam. VII, 21. 23. 1 Paral. XVII, 19. Esth. I, 4. — ותסב תנחמני *Inverteris consolaberis me*, i. e. versa vice me consolaberis. Iterum prius verbum adverbiascit; ut Vs. 20., ubi not. vid.

24. גם לשוני כל-היום תהנה צדקה *Etiam lingua mea quotidie meditabitur justitiam tuam*, i. e. etiam extra modos et fides (vid. Vs. 23.), simplicique oratione; praedicabo quotidie fidelem tuam defensionem et bonitatem.

PSALMUS SECUNDUS ET
SEPTUAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Exorsus vates precibus ad Deum, velit populo suo regem constituere sapientem et justum, qui afflictos vindicet, oppressores vero proterat, et sub cujus administratione regnum laete floreat (Vs. 1 — 4.), transit ad describendum talem regem, qualem populo dari sperat, et vaticinatur de regni illius amplitudine, felicitate, et diuturnitate. Verisimile nobis antehac visum erat, Psalmum hunc continere vota, quae novo cuidam regi Hebraeo oblata fuerint, nec inscriptioni fidem denegandam putavimus, quae *pro Salomone* hoc carmen factum esse dicat. Quamvis enim Praepositio ל, quae nomini שלמה in titulo hujus Psalmi praefixa est, in aliis Psalmis, ubi nomini *David* est adjuncta, perpetuo denotat, hymnum esse a Davide compositum; hoc tamen loco non credibile esse, particulam ל auctorem carminis indicare. Nam Psalmi argumentum ita est comparatum, ut civem potius audias, qui maximam spem et expectationem de hoc novo rege con-

conceperat, quam regem ipsum, qui tantum regni sui splendorem, inter alias gentes gloriam et admirationem, subditorum per suam prudentiam et virtutem felicitatem praelagire ipse sine summa vanitate non potuisset. Jam vero de nullo omnino regum eorum, qui unquam in Hebraeos regnarunt, magnifica illa expectari potuisse, quae vates sperat de eo rege, quem hoc carmine canit, est nobis persuasissimum. Sed non nisi regi illi, omni alio humano majori, quem e stirpe Davidica quondam exoriturum esse, Hebraei omni aetate sperabant, Messiae, convenit regni aeternitas (Vs. 5.), pax alta et perpetua dum hic mundus durabit (Vs. 7.), dominium in hunc terrarum orbem quam late patet (Vs. 8.), omnium regum et gentium veneratio (Vs. 9 — 11.), denique quod omnes gentes salutaribus ejus beneficiis fruentur eumque celebrabunt (Vs. 17.) *. Parum verisimilis est Kimchii aliorumque Hebraeorum conjectura, Da-
videm

*) Messiam hoc Psalmo canit, vidit et Chaldaeus paraphrastes, qui prima statim illius verba sic exposuit: *Deus sententias judiciorum tuorum regi Messiae dato.* Dictionem *לְשֵׁלֵמָה* vero, in fronte carminis, sic interpretatur: *עַל יְדוּתָהּ* per Salomonem dictus est propheticè. Ad Messiam hunc Psalmum refert et R. Saadiah Haggæon ad Dan. VII, 13. 14. Jarchi quoque ad Vs. 16. ait, veteres doctores verba, quae illic habentur, *לְיָמֵי מְשִׁיחַ* de temporibus Messiae, וְכָל הַיּוֹמִים וְהַלַּיְלִוִּתַּיִם וְהַיּוֹמִים וְהַלַּיְלִוִּתַּיִם *imò totum Psalmum de rege Messia* expcârè.

videm edidisse hunc Psalmum, cum paulo ante mortem Salomonem filium successorum regni declarasset. Quam sententiam bene refellit HENS-
LERUS in *den Bemerkungen über Stellen in den Psalmen und in der Genesis*, p. 126. seq.

1. אֱלֹהִים מְשַׁפְּטִיךָ לְמֶלֶךְ הוּא. *Deus, judicia tua regi-
da*, i. e. fac, ut rex ad praecepta tua regnum administret. Alias *judicia Dei* dicuntur ea, quae Deus ipse exequitur defendendo pios, puniendo impios, ut Pf. XXXVI, 7. Quandoque tamen etiam ita dicuntur statuta, a Deo promulgata, secundum quae ab hominibus aut statuendum aut agendum, ut vocabulo *legis* aequiparet, ut Pf. CXIX, 20. 30. 39. 52. 75. Bene JARCHI nostram dictionem explicavit *scientiam judiciorum*, s. *jurium, quae in Lege praecepisti*; et קִימְחִי: *ne erret in sententiis decernendis, da ipsi scientiam et intelligentiam ad judicandum cum judicio et justitiam*. Quae ipsa sententia verbis synonymis repetitur in hemistichio altero, in quo rex בֶּן-מֶלֶךְ, *filius regis*, appellatur, quemadmodum hodie in numis Turcicis Osmanorum imperator *السلطان بن السلطان*, *rex, regis filius* dicitur.

2. עֲנִיִּיךָ, *Afflicti tui*, pro עֲנִי עַמֶּךָ, *miseri inter populum tuum*.

3. וְשֵׂאוֹ הָרִים שְׁלוֹם לְעָם. *Proferent montes pacem populo*, i. e., translatione desumpta a terrae foecunditate: quemadmodum terra producit fruges, ita montes *pacem*, ubique extabunt copiae bonae rerumque omnium affluentiae monumenta. Similiter Pf. LXXXV, 12. *veritas a terra progerminare* dicitur. *Montium* vero sicuti in magna regionis alicujus devastatione describenda mentio fieri solet, veluti Jes. V. 25. seqq.; ita vicissim iidem ad describendam terrae felicitatem insignem adhibentur, ut
Jes.

Jef. LV, 12. Pf. XCVIII, 8., ntpote maxime conspicuae terrae partes. וְגִבְעוֹת בְּצִדָּהָּ *Et colles scil. pacem proferebant cum justitia*, s. propter justitiam. *Justitia et pax* conjunguntur, ut causa et effectus; ubi iniquitas, omnia pessum eunt; contra, ubi justitia, ibi felicitas. Sensus: ubique regnabit felicitas; nam populus juste gubernabitur. Sunt, qui ב redundare pütent, sive Accusativi notam habeant, ut vertendum sit: *et colles ferent justitiam*. Sed locorum, quos ut exempla hujusmodi constructionis asserunt (vid. NÖLDII *Concordant. Particular.* p. 159. ed. Zympi, Jen. 1734. 4.), plane alia est ratio.

4. וְשֵׁשׁ עֲבָדֵי עֲבָדֵי יְהוָה *Judicabit afflictos populi*, i. e. eosdem vindicabit, quemadmodum verbum שֵׁשׁ etiam Pf. XXVI, 1. dicitur, vid. ibid. not. וְשֵׁשׁ לְבָנֵי-אֲבִיו *Opem praestabit filiis egeni*. Redundat עֲבָדֵי, quomodo Coh. X, 17. *filius nobilium* ponitur pro *nobili*; Pf. XVIII, 45. *filiu peregrini* pro *peregrinis*, et locis pluribus *filiu hominum* pro *hominibus*. וַיִּרְפָּא עֲשָׂק *Et conteret oppressorem*, violentos injuriarum auctores proteret.

5. וְיִרְאוּךָ יְיָ-עִם-שָׁמַשׁ וְלִפְנֵי יְרֵחַ *Venerabuntur te cum sole et coram luna*, i. e. quamdiu sol iste lucebit, et quoad subsiterit luna; sive, dum sol et luna lucebunt, h. e. perpetuo. Cf. infra Vs. 7., ubi paulo aliter haec sententia exprimitur: *usque dum non sit luna*. Et Pf. LXXXIX, 37. *Thronus ejus sicut sol coram me; sicut luna stabilietur in perpetuum*. לִפְנֵי h. l. eodem modo est accipiendum ut Gen. XI, 28. *Mortuus est Haran על-פְּנֵי* *coram facie Tarah*, h. e. eodem superlitate. Hinc et Alexandrinus Pf. CII, 29. pro לִפְנֵי *coram te* (Deo) posuit: *εἰς αἰῶνας*. Et nostro loco statim sequitur expositio: וְדוֹר דוֹר *generatio generationum* scil. venerabuntur te, per cunctas generationes, sive per continuam seriem annorum celebrabunt felix tuum et gloriosum regnum homines. Simile illud OVIDII *Amor. L. l. 15. 16.*

Nulla Sôphocles veniet jactura cœthurno,

Cum Sole et Luna semper Aratus erit.

Nec abfimilem ΤΗΕΟΓΝΙΔΙΣ locum attulit Koehlerus in *Observatt. Critt. (Repertor. Literat. bibl. et orient. P. XIII. p. 148.)* ad h. l.

Πᾶσι γὰρ, οἷσι μέμηλε καὶ ἐσσομένοισιν αἰοδῆ,

Ἔσση ὄμως, ὄφρ' ἂν γῆ τε καὶ ἡέλιός.

6. 13. על-בן 777 *Descendet quasi pluvia super detonsum* scil. gramen, vel pratum, quae bene Kimchi sic explicavit: *hic rex in bonum ac salutem populo suo veniet instar pluviae, quae super herbam resectam cadit, eamque recrescere facit.* A 13 totondit nomen 13 significare pratum detonsum, patet ex Amos. VII, 1. *Herba serotina succreverat* 777 777 777 post foenifecia regis. Chaldaeus vertit: *Descendet sicut pluvia oblectationis על-בן 777 777 777 super herbam arrosam a locustis.* Quod praeplacuit MICHAELI in *Supplem.* p. 289. „Prata enim,“ inquit, „detonsa virent, nec imaginem offerunt magnae calamitatis, ex qua recreari terram larga pluvia necesse sit. Mihi ergo verisimillimum est, quod habet Chaldaeus. — — Ager intelligitur, in quo locustarum agmen nihil reliquit virens, omnibus ad solum usque resectis (quod quidem de locustis sensu maxime proprio dici possit), sed qui recreatus pluvia revirescit.“ Nobis tamen *pratum detonsum* minime videtur imago inepta; nam inter medios calores aestatis, ubi tonsa fuerint prata, etiam ipsae radices arescerent, nisi sequeretur pluvia. Quia 13 Job. XXXI, 26. de *vellere gregis* dicitur, Alexandrinus et nostro loco id nomen hebraeum πόκον, *vellus*, reddidit, quod mirum est placere potuisse nostrae aetatis quibusdam interpretibus, qui ad historiam velleris Gideonis Jud. VI, 37. respici existimarunt. 777 777 777 *Sicut guttae irrigationis terrae.* 777, hoc tantummodo loco occurrens, recte explicant ex Arabico 777, *manavit*, et Syriaco 777, *pluvia, imber vehemens,*

hemens, *nimbus*, unde et Talmudicis scriptoribus נְרוּמָה וְרוּמָה dicuntur *asperfiones aquae*. Consentiunt veteres. Alexandrinus *στάζουσαι ἐπὶ τῆς γῆς*, Vulgatus *stillantia super terram*; Chaldaeus: sicut guttae pluviae serotinae וְרוּמָה דְּנִטְפִין quae *destillant super terram*. Syrus: quasi guttae נִטְפִין, quae *descendunt in terram*. Alii ex Chaldaico וְרוּ, *scidit, incidit*, transferunt: *super fissuram terrae*, aestu exhaustae et ruptae, pluviis rigata erit rursus et sanatur. Ubi particula וְ erit *subaudienda*. Sed praeplacet prior interpretatio, dialectorum cognatarum unanimique veterum consensu confirmata.

7. וְיִפְרֹחַ בְּיָמָיו צְדִיק רַב שְׁלוֹם. *Florebit in diebus suis iustus et multitudo pacis*, probis tum bene erit, florebunt tempore regni ejus, florebant pax et tranquillitas in terris et maxima quidem, durabitque וְיִפְרֹחַ עַד-בְּלִי יָרֵחַ usque dum non luna, dum luna esse desinat וְיִפְרֹחַ ad finem mundi, perpetuo. Cf. supra Vs. 5.

8. וְיִרְדּוּ מִיָּם עַד-יָם וּמִפְּקַר עַד-אֲפְסֵי-אָרֶץ. *Et dominabitur ab uno mari usque ad alterum, a fluvio usque ad limites terrae*. Verba יָם עַד-יָם a mari ad mare, hoc sibi volunt: tam longe lateque, quam quousque mari-bus et aquis concluditur terra, s. orbis terrarum; cf. Amos. VIII, 12. *Errabunt a mari ad mare; a septentrione ad orientem usque*. Chaldaeus: מִסְּטְרָא דְרִימָא רַבָּא ab ora maris magni usque ad oram maris oceani, i. e. maris oppositi. Sunt quidem ex hodiernis interpretibus plures, qui ob mentionem *fluminis*, i. e. Euphratis (vid. Genes. XV, 18. XXXI, 21. et Drusii *Animadverss.* L. I. Cap. XXIX.) in altero hemistichio haec de Palaestinensis terrae limitibus intelligenda existiment, a mari rubro usque ad Syriacum, quod Philisthaeum et mare magnum vocant, et ab Euphrate usque ad solitudinem magnam, inter Palaestinam et Aegyptum. Hi autem sunt limites terrae Israeliticae, illi quidem a meridie ad occa-
sum,

som, hi vero a Septentrione usque ad Orientem, Genes. XV, 18. Sed hoc loco vix dubium est, *fluvio* s. Euphrate indicari extremum orbis terrarum limitem orientem versus. Profecto in magna, qualem hoc carmen continet, regis super reliquos omnes elati (vid. Vs. 9. seqq.) descriptione, nihil jejunius cogitari potest et tenuius finitione limitum Palaestinae, intra quos magni illius regis imperium sit inclusum. Praeterea terrae Hebraeorum limites multo angustiores finiuntur Exod. XXIII, 31. *a mari Suph*, i. e. sinu Arabico, *ad mare Philisthaeorum* (mediterraneum), *et a deserto usque ad fluvium* (Euphratem). Cf. Deuter. XI, 24.

9. לַפְּנֵי יִכְרְעוּ צִיִּים *Coram eo incurvabunt se venerebundi barbari.* A nomine צִיָּה *siccitas* (Ps. LXIII, 2.), *regio sicca et torrida, desertum*, צִיִּים videntur esse qui deserta loca, vastas et ignoratas terras, incolunt, barbari, qui significatus tam huic loco, quam Ps. LXXIV, 14. aptissimus videtur. Hinc de animalibus dictum Jes. XIII, 21. XXXIV, 14. Jerem. L, 39. *feras sylvestres et deserticolas significat.* וְאֹיְבָיו עִפְרָו וְלַחֲכֹי *Et hostes ejus lingent pulverem*, in veneratione coram ipso procidentes osculabuntur terram, more ab antiquissimis inde temporibus apud Asiaticos populos recepto, ut procidentes coram rege humum feriant. Minus probandi videntur illi, qui de clade et oppressione hoc interpretantur, ut sit: *jacebunt in pulvere subjecti et caesi.* Priori sententiae magis favet Versus, qui sequitur.

10. מַלְכֵי תַרְשִׁישׁ וְאֵיִים מְנַחֵם יִשְׁבִּי *Reges Tarschisch et regionum transmarinarum munera ferent.* תַרְשִׁישׁ quam demumcunque regionem significet, hoc tamen loco synecdochice regiones remotissimas eademque ditissimas in genere indicare, res ipsa docet. אֵיִים, quod proprie in universum *regiones* denotat (vid. not. ad Genes. X, 5.), h. l. *oras remotissimas* significat, ut אֵיִי הַיָּם Jes. XI, 11, ubi not. vid. Cf. J. D. MICHAELIS *Spicilegium*

gium *Geographiae Hebraeorum exterae*, P. I. p. 142. *ישיבו* *Reddent*, s. repetent, quod Kimchi non male interpretatur: vice post vicem, s. constanter adferent. *Reges* namque *tributarii* respici videntur, qui singulis annis dona sua *repetere* coguntur. De rege tributario verbum hoc ipsum cum *מנחה* junctum usurpatur 2 Reg. XVII, 3. coll. Vs. 4. — *מלכי שבא וסבא אשר יקריבו* — *Reges Schabae et Sabae dona adferent.* *שבא* interioris Africae videtur regio esse, vid. not. ad Genes. X, 6.; *שבא* vero Arabiae felicis regio, vid. ad Genes. X, 28. Nomen *אשר*, quod praeter hunc locum semel tantummodo, Ezech. XXVII, 15., occurrit, *donum* significare, docet contextus et membrorum parallelismus tam hoc, quam Ezechielis loco. Explicandum est ex Arabum

شكر, *gratius egit, laudibus celebravit ob beneficia accepta; mercede aut praemio donavit.* Unde *אשר* proprie notare videtur *εὐχαριστήριον*, *munus, quod gratitudinis restandae causa ab aliquo offertur*; tum in univ. quodvis munus.

12. Hoc Versu, et duobus, qui proxime sequuntur, A. F. PFEIFFER (in *Praeteritis* in hunc Psalmum, Erlang. 1803. fol.) non tam justum et lenem imperium, quod suum ipsius populum rex ille moderatur, quam potius aequitatem et clementiam, qua erga alios populos utitur, describi existimat. „Sunt gentes exterae (inquit), et regna finitima, disturbata forte ab aliis potentioribus et protrita, quibus auxilium obtulisse regem, et servitutem eorum depulisse, plus quam probabile est. Non permittit, ut exiles nationes, a pinguioribus, minores a majoribus subjugentur.“ Quod utique amplius est, quam ut ab illius aetatis rege aliquo, etiam sapientissimo, jure expectari possit. Rectissime praeterea observavit Pfeifferus, minime necessarium esse, lectionem textus hebraei, *משעבד*, post Cappellum (*Crit. S. T. II. p. 526.*) et alios, in *משעבד* mutare. „Quamvis enim Alexandrinus ἀποδουλά

δυναστων, et Syrus ab eo, qui fortior eo habeat, eosque Vulgata et Hieronymi interpretatio sequatur; magis tamen ex loco parallelo Job. XXIX, 12. dijudicanda est enunciatio. Quin nec parallelismus לֹא יִרְאוּ עֵינָיו id vult, et durissime dives, seu nobilis, שוֹע, pro tyranno done-retur.“

14. מִחוּץ נִמְחָמֵם יִגְמַל בְּפָעֵם. *Ex oppressione et violentia redimet animam eorum, a vi improborum vindicabit eos, nihil accidere eis patietur.* De חוּץ vid. not. ad Ps. X, 7. — וְיִקָּר דָּמָם בְּעֵינָיו. *Et pretiosus erit sanguis eorum in oculis ejus, in magno pretio habebit vitam eorum, neque feret ut eorum sanguine quisquam impune se polluat. Non finet illos temere occidi, et effusum ipsorum sanguinem severe ulciscetur.* Eadem loquendi formula infra Ps. CXVI, 15. 1 Sam. XXVI, 21. 2 Reg. I, 14.

15. וַיְהִי וַיִּתֵּן לוֹ מֶלֶךְ שָׂבָא וַיַּחֲפֹל בְּעַרְוֹ חָמִיר. *Et vivet ille, quem rex tuetur, prospere et ab omni metu securus; cives, quorum salutem atque vitam sua benevolentia, praesidio, custodiaque talis rex tegit, vitam prosperam agent: et dabit ei de auro Sabae, tributi aut gratitudinis causa, atque orabit pro ipso perpetuo; pro regis sui incolumitate preces ad Deum fundent, ipsique optima quaeque precabuntur. Sunt, qui illud וַיְהִי de rege accipiant, cetera vero verba hujus Versus impersonaliter sumant, hoc modo: vivet rex ille aetatem longam, beneque ei erit; et donabitur ei aurum Sabae, et preces votaque pro salute ejus fient sedulo. Nostra tamen interpretandi ratio, qua וַיְהִי ad מֶלֶךְ illum refertur, de quo Versu 12. 13. in Singulari, commendatur eo, quod reliqua indubitato ad cives sunt referenda. Parum enim placebit LUDOVIC. DE DIEU sententia, qui, „non puto,“ ait, „designari honorem, quo populus regem, sed beneficia, quibus rex populum sit affecturus. לֹא refero ad מֶלֶךְ, quae singulari numero extant. Sensus est, non*

non frustra victurum istum regem, sed ut pauperes ditet optimo auro, proque iis perpetuo intercedat, ac jugiter benedicat. Quare et יהי ויהי vertere posses: *et vivet ut det.*"

16.] יהי פסה - בר פארץ. Negotium in his verbis explicandis facessit interpretibus nomen פסה, quod hoc tantummodo loco reperitur. Atque plerique quidem, quod Chaldaeus interpres 1 Reg. XVIII, 44. pro Hebraeo כנף אש, *quasi vola viri*, posuit יר פסה, quod proprie sonat, *quasi particula manus* (Vid. et Dun. V, 24.); nostrum פסה - בר interpretantur *portiunculam frumenti*, quantum quis vola manus suae vel pugillo potest comprehendere. Unde, subaudita sub Versus initio particula conditionali אם, verborum illorum cum iis quae proxime sequuntur: בראש הרים ירעש כלבנון פרוץ, hunc faciunt sensum: *si fuerit pugillum frumenti in terra, imo in vertice montium* (ineptiore alioquin ad sationem loco); *fructus tamen istius frumenti exigui terrae commissi adeo prodibit copiosus, ut contremiscat strepitumque edat ad insiar Libani, arboribus vento motis late sonum dantis.* Ex paucis gravis, in terram projectis, etiamsi in cacumine montium latio fiat, maxima proveniet massis; et excrescet frumentum illud in eam altitudinem, ut, si vento agitetur, strepitum excitent aristae plenae, qualem altissimae cedri in Libano solent. Commodius alii nominis פסה significationem eandem existimant cum פסיון, *diffusio, ubertas*, a פסא, quod Chaldaeis pariter ut Arabibus فس, *expandit, diffudit se*, denotat. Quod ipsam Syriacus haud dubie respexit interpres, qui ܦܫܘܢ, *multitudinem frumenti* transtulit. Quae quidem adoptata interpretatione nihil erit extrinsecus arcessendum, ut in priore illa. Nec obstat Dagesch forte literae ס impositum, quod innuit, nomen a radice secundae geminatae פסס derivari. Quis enim nescit, verba tertiae radicalis פ או ת et geminatae secundae, quae communes habent duas primas radi-

radicales, et communes habere significationes, exempla vid. in Geseñi Lehrgeb. p. 455. Et Arabicum فتن

eandem, quam فتن, diffundendi se significationem obtinet; vid. CASTELLI Lexic. heptagl. col. 3096. Chaldaeis אפא est panis; quo significato tributo Hebraeo פסח nos hunc locum olim ita interpretati sumus: erit, futurum est, ut panis tritici sit in terra, quem ipsum sensum Chaldaicus interpretes exhibuit: יהי סעיר להטא זמארא erit fulcimentum panis in terra; q. d. tantum abest, ut cibi penuria sub talis principis regno unquam sit timenda, ut potius panis triticus in terra numquam sit defuturus. Verbum יהי tum vel absolute erit accipiendum, futurum est, ut etc.; vel פסח-בר יהי generis est enallage, non adeo rara apud Hebraeos, vid. Buxtorfii Thesaur. Grammat. L. VI. Cap. X. p. 437. Sed elegantior est abundantia frumenti, quam panis triticeus mentio, et sensu superiore adscito, reliqua hujus Versus facile procedent: in cacumine montium commovendo strepet fructus ejus (tritici) sicut Libanus, h. e. tanta erit terrae fertilitas atque tritici copia, ut montium etiam cacumina maximam prolatura sint messem; in eam frumentum excresecet altitudinem, ut agitati vento culmi hujus resonent ac perstrepanent, perinde atque Libanus ventis concutitur, tum enim cedri et arbores ejus strepunt. יצצו מעיר כעשב הארץ Et efflorebunt ex urbe (s. collective, ex urbibus) sicut herba terrae, crescet et augetur soboles populi in civitatibus sicut gramina campi. Fertilitati fructuum terrae commode subnectitur foecunditas etiam hominum; ut hoc Versu vates praedicat, principe novo regnante, et fertilitatem agrorum fore magnam, et populum ipsum foecunditate auctum iri, q. d. florebunt terrae frumento et viris. Sic scribitur 1 Reg. IV, 20., quod Salomonis tempore Juda et Israel fuerit tanquam arena maris, edentes, et bibentes et laetantes. quibus et multitudo hominum

minum et omnium rerum copia a proventu bono significatur. Verbum ציץ, *emicare*, *promicare* (vid. N. G. SCHROEDER *Observatt. ad Orig. Hebr.* Cap. VII. 7. XXXIII. p. 153. seqq.), et de plantis aut herbis dicitur, quae *emicant*, quando, ex suo semine enatae et pululantes, cum grato nitore ex terra prodeunt (cf. Numer. XVII. 8. 23.), et ad hominum foecunditatem et prosperos successus etiam Jes. XXVII. 6. adhibetur. Eodem modo Latini suo *emicare* utuntur. LUCANUS *Pharsal.* IV, 549.

*Sic femine Cadmi
Emicuit Dircea cohors.*

Et VI, 395.

Hac tellure feri micuerunt semina Martis.

In nomino מעיר vero latet omissus verbi antecedentis Nominativus; q. d. *ex civitatibus* singulis cives *efflorescent*; fere ut Pf. LXVIII, 27. *de fonte Israelis* dicuntur ii, qui ex Israële suam habent originem. Cui tamen haec non placeant, is possit cum J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1899. עיר collato cum Arabico ⁵⁴ [!] وادي, *vallis*, *terra depressior*, *planities*, nostra verba sic reddere: *efflorescent ex vallibus* (scil. *fructus*, פרי, sensu colectivo subaudito), *ut herba terrae*, valles erunt fertiles. Coelesyriae valles, Libano, paullo ante memoratio, subiectae. Pfeifferus (l. c.) pro עיר מעיר יציץ יציץ, legit מעיר יציץ, et פרי, *fructus ejus* scil. principis, opera ejus et facta interpretatur, unde hujus locis sensum facit hunc: *seges ejus ut cedri Libani floreant, prodiens ut gramen campi*; „exinde, addit, pendet explicatio vocabuli מעיר, quod an de legetis et graminis ex terra germinatione usurpari possit, mihi non liquet; de homine vero, claris factis se ostentante, adhiberi, patet vel ex Jes. LXI, 2. 25. etc.“

17. לִפְנֵי שָׁמֶשׁ *In conspectu solis*, i. e. quamdiu sol lucebit, coll: Vs. 5. et Pf. LXXXIX, 37. יִבְּרַח שְׁמוֹ *Sobolescet nomen ejus*, i. e. propagabitur, quamdiu sol est duraturus: continua erit regni successio in posteris ejus. Neque sensu differt lectio textualis, יִבְּרַח, Hiphil, pro Niphil. Verbum בָּרַח, quod hoc tantummodo loco occurrit, ex nomine בָּרַח (Genes. XXI, 23. Job. XVIII, 19. Jes. XIV, 22.) est explicandum: illud vero quum locis memoratis manifeste *sobolis* habeat significationem, et a Chaldaicis etiam interpretibus constanter בָּרַח, *filius*, reddatur, satis certe sumi potest, בָּרַח *sobolem procreare* denotare; nec erat, cur J. D. MICHAELIS eam significationem in dubium vocaret in *Supplem.* p. 1614., quamvis in ceteris linguis, quae cum Hebraea sunt cognatae, neque verbum, neque nomen ejusmodi significationis extat. Nam quod Vir ἀποκρινώτατος in *Anti-Critica in locos quosdam Psalmorum* P. I. p. 210. docet, בָּרַח Arabibus esse *augere*, est commentum; neque in Lexico Goliano, quod antestatur, tale quidquam reperies. Memorabile autem est illud, quod Chaldaeus nostra verba transtulit: יִבְּרַח שְׁמוֹ מִפְּנֵי הַשֶּׁמֶשׁ, *et antequam esset sol, praeparatum erat nomen ejus*. Jam vero, quum Chaldaeus suo בָּרַח haud raro utatur pro Hebraeo בָּרַח (vid. e. c. Exod. XIX, 15. XXXIV, 2.), conjectura est nequaquam improbanda, interpretem illum in suo codice יִבְּרַח legisse, praesertim quum hoc ipsam in uno codice (quem numero 879 signavit, et antiquum bonaque notae esse asserit) a prima manu deprehenderit DE ROSSI. Accedit, quod Alexandrinus διαμνεσθ, h. l. habet, neque secus Vulgatus et Hieronymus, qui sic transtulit: *perseverabit nomen ejus*; quamvis hunc sensum etiam habere potest lectio יִבְּרַח, ut BUXTORFIUS ostendit in *Anti-Critica* p. 612. יִבְּרַח חַיִּים *Et beatos se praedicabunt in eo*, i. e. exemplo erit et formula quasi faustae precationis apud omnes populos; quoties volent sibi vel aliis bene precari, sument illud nomen: *beneficus sit tibi Deus et liberalis, quem-*

quemadmodum se erga regem illum praestitit. Quod clarius explicat, dum subdit: $\text{יְהוָה אֱמַר-לְכֶם}$ omnes populi felicem praedicabunt eum. Dictio אֱמַר-לְכֶם accentuatione quidem cohaeret cum יְהוָה אֱמַר , sensu tamen respicit simul verbum, quod praecedit: יְהוָה אֱמַר .

18. Versu 17. definit carmen. Hic vero cum 19. continet *δοξολογίαν*, qualis est addita sub finem libri primi hujus carminum *svlloσes*. Pf. XLI. 14. ubi not. vid.

20. Vid. Prolegomm. Cap. III. Vol. I. n. XXII.

PSALMUS TERTIUS ET SEPTUAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Argumentum Psalmi idem prorsus est, quod trigesimali septimi, undequadragesimi et undequinquagesimi. Hortatur vates, ne invidemus rebus secundis et prosperis impiorum, neque ex praesenti eorum statu aut conditione judicemus, sed ut exitum expectemus, in quo iustitia Dei cum in puniendis impiis, tum in servandis et tuendis piis sese clare ostendet *).

Hic et qui proxime sequuntur decem Psalmi *Asapho* adscribuntur; de quibus vid. Prolegomm. Vol. I. p. XVI. Et sane genus dicendi obscurius et sublimius, quod in hisce carminibus regnat, alium, quam Davidem, arguit auctorem; illius enim oratio planior esse solet.

i. Particulam $\eta\kappa$ complures interpretes *profecta* transferunt, ut Ps. LXII, 2. (ubi itidem Psalmum inchoat);
ego

*) Hunc Psalmum vernacule transtulit, subjectis annotationibus, J. G. HASSE in libro, cui titulus: *Bibliſche Orientaliſche Aufſätze*. Königsb. 1793. n. 20. ſeqq.

ego, tamen adslipulor iis, qui *adversatipe* illam accipiunt. Apparet enim ex Versu 2., poetam aliquantisper addubitasse, num Deus rerum humanarum procuracionem suscipiat, et, essetne aliquod propositum praemium cultui Dei, quandoquidem improbis omnia prospere succedebant, boni vero multis aerumnis adflictabantur. Hinc ita hoc carmen inchoat, ut manifestum sit, eum veluti emergere ex profunda aliqua meditatione, in qua mens ejus inter minus pias cogitationes jactata, aliquandiu aestuaverat, donec tandem meliores animi sensus praevaluerant, ut in haec verba eruperit: *Veruntamen benignus est Deus et propitius Israelitis suis, quicquid eis accidat; modo colanti eum corde recta et sincero.*

2. וְאֲנִי כַמַּעַט נִטְוִי רַגְלֵי. *Me vero quod attinet, pacene declinarunt pedes mei,* a recti verique judicii linea. Literae נִטְוִי, quae in textu scriptae sunt, referunt Participium Pauli (נִטְוִי), *inclinatus*; quod distributive positum: *uterque pedum meorum nutans.* Sed lectio marginalis exhibet tertiam Pluralibus Praeteriti *Cal*, quod multo est commodius. בְּאֵין שִׁפְכוּ אֶשְׁרֵי *Quasi nihilum,* i. e. nihil fere absuit, quin *effusi fuissent gressus mei*; figura, ut putant, deprompta ab aqua, quae, dum effunditur, locum mutat, et incerta ratione dispergitur. Sed videtur respici ad loca lubrica, aquis perfusa, ubi facile effluunt quoque vel eliduntur gressus. Iterum lectionis varietas, ita ut tam tertia Singularis feminina, שִׁפְכָה, quam tertia Pluralis Pyhel legi possit. Similis lectionis varietas in eodem verbo reperitur Deut. XXI, 7. Sensus: parum absuit, quin in cogitationes impias incidissem, atque a veritate ac fide erga Deum defecissem.

3. כִּי קָמַתִּי בְּהוֹלֵלִים. *Nam invadebam insanis,* vid. Pf. XXXVII, 1, et de voce הוֹלֵל not. ad Pf. V, 6. — שְׁלוֹם אֲרָתָה, וְשָׁעוֹת אֲרָתָה *Cum pacem impiorum intuerer,* quando videbam, pacata esse impiis omnia, fortuna optima illos uti.

4. כִּי אִין חֲרִצְבוֹת לְמוֹתָם *Nam non sunt contorsiones usque ad mori ipsos*, i. e. non premuntur communibus aliorum hominum miseriis; per totam vitam ipsorum. חֲרִצְבוֹת, quod praeter hunc locum semel tantummodo, Jes. LVIII, 6., occurrit, *constrictiones* proprie significat,

coll. Arab. ^{حَضْرَبَ}, *valide constrinxit contorsitque*, et *vinculorum* notionem flagitat locus Jesaiæ laudatus, quomodo et veteres omnes ibi interpretantur. Nostro loco bene JARCHI וְעֲצָבִין חֲרִדִין *terrores et dolores* exposuit. חֲרִצְבוֹת Aben-Efra recte מוֹתָם עַד *usque ad mortem eorum*; ita praefixum לְ usurpatur etiam Jes. VII, 15. לְדַעְמוֹ *usque ad agnoscere eum reprobare malum etc.* Paulo aliter, neque tamen male, Chaldaeus: *non terrentur aut conturbantur propter diem mortis*. Alii de εὐθανασία haec verba intelligunt, quae ita transferenda putant: *non sunt vincula morti eorum*, i. e. neque graves morbos, neque alia, quibus diu excrucientur, illi sentiunt, sed tandem, cum vitae terminus adest, veluti placida mortē expirant. Cf. Job. XXI, 13. Prior tamen sententia simplicior et huic loco aptior videtur; sequitur enim וְבָרִיא אֲיָלָם *Et pingue s. saginatum est corpus eorum*, corporibus manent ad mortem usque firmis et valentibus. Nomen אֲבֵן Aben-Efra ejusdem monuit esse significationis cum אֲיָלָם Pf. XXII, 20. et אֲיָלָם *robur, fortitudo*, Pf. LXXXVIII, 5. Quam ipsam notionem spectasse videtur Chaldaeus, dum *cor eorum* transtulit, quod de vi vitali haud dubie intelligendum. Commodius tamen nostrum אֲיָלָם explicatur ex

Arabico ^{أَي} (pro ^{أَي} et ^{أَي}) *corpus*.

5. כְּעַמֶּל אֲנוֹשׁ אֲיָיִמוֹ *In labore, s. molestia hominis non sunt illi*, non exercentur miseriis et calamitatibus sicut ceteri homines. וְעַם-אֲדָם לֹא יִבְעֵוּ *Et cum hominibus ceteris non percussuntur*, s. affliguntur, quae aliis immittuntur ipsos non attingunt.

6. *Ideo cinsit eos*, torquis instar (quem nomen עֵנֶק lignificat Prov. I, 9. Cant. IV, 9.), *elatio*, obtegit amictum violentia f. insolentia eis; sicut torques collum, sicut vestis corpus, ita superbiae elatio et insolentia habet totos involutos illos, totos illos occupat. Alias minus probabiles interpretationes vid. in MICHAELIS *Supplem.* p. 1886.

7. *Prodit prae adipis oculus eorum* uterque (hanc enim distributionem exigit differentia numerum, quum nomen sit duale, verbum autem, quod praecessit, singulare; alia exempla vid. Genes. XLIX, 22. Exod. XVII, 12.), i. e. turgēt prae obesitate vultus eorum; prae nimia felicitate turgent. Ita Job. XV, 27. is qui antehac vitam lascivam et voluptatibus deditam egit, dicitur *texisse faciem suam adipis suo*, כִּסָּה פָּנָיו בְּשֶׁמֶן. — פָּנָיו h. i. per synecdochen ponuntur pro *oculo*, vel pro *facie* et figura tota; huic oppositum עֵין *oculus*, facies, *contabuit*, Pf. LXXXVIII, 10. Chaldaeus sensum hoc modo expressit: *mutata est ob pinguedinem facies eorum*, פָּרַצְוֹתָן (κρόσωπον) *facies eorum*. Nec male Lutherus: *ihre Person brüset sich*. Offenderunt aliqui in eo, quod nomen עֵינַיִם cum verbo masculini generis, רָצָא, coniungitur. Sed notum est, עֵין non minus quam עֵינַיִם et רָצָא generis esse communis. Alexandrinus pro עֵינַיִם posuit ἡ ἀνομία αὐτῶν, *iniquitas eorum*, ut Vulgatus transtulit. Neque aliter Syrus, qui ἡ ἀνομία, *perveritas eorum* posuit. Videntur hi עֵינַיִם suis in codicibus legitē, quod praepiacuit SCHNURRERO, qui in *Dissertatt.* p. 154. verba nostra sic interpretatur: *prodit ex corde iniquitas eorum*; nam הֵלֶב h. i. *praecordia* existimat significare, ut Pf. XVII, 10. (vid. Vol. I. p. 424). Vidimus tamen, et vulgata lectione usitataque nominis הֵלֶב notione retenta, sensum oriri fatilem, et perquam commodam. Describuntur enim homines bene saginati omni copia atque rerum affluentia, qui simul fastu tur-

gent et insolentia, quod significat, dum addit: **עברו משפיות לבב** *Transgrediuntur cogitationibus cordis* scilicet omnes recti et aequi fines, omnem modum excedunt, audacissima quaeque et insolentissima in animo moliuntur. Significatur idem h. l. hominum genus, quod Pf. CI, 5. et Proverb. XXI, 4. **גבה עינים ורחב לבב** vocatur. Alii verba nostra ita exponunt: *transgrediuntur* bona quae eis obveniunt, *cogitationes cordis*, i. e. plura accipiunt, quam cogitarunt; meliorem utuntur fortuna, quam sperare aut optare possunt.

8. **זמיקו** vulgo reddunt vel: *tabescere faciunt*, subaudi *alios*, i. e. multis modis alios excruciant, ac velut tabem iisdem inducunt; vel: *dissuunt*, quod exponunt: *dissoluti sunt*, lasciviant vitiis. Scilicet **מזק** significacione cum **מקק** convenire sumunt. Sed utraque interpretandi ratione textui nimium infertur. Recte LUDOV. DE DIEU vertit *subsannant*, ex Chaldaico Syriacoque **מזק** *irridere*. Petulantia sua omnibus illadunt; omnes ludibrio suo laedunt. In uno de Rossii codice **זמיקו**, *fatui sunt*, legitur. Sed patet, illud huic loco melius convenire. **זמיקו** *Loquuntur in malitia*, i. e. malevole *oppressionem*; meras injurias. Confer Jes. LIX, 13. *Locuti sumus עשק et rebellionem*. **ממרום זמיקו** *Ex alto loquuntur*, sermones eorum sunt elati, inflati, contumeliosi in alios. Cf. Pf. LVI, 3.

9. Verba **שמי ביהם** quidam sic interpretantur: *ponunt in coelis os suum*, i. e. irrefragabilem sibi arrogant auctoritatem, ac si Dei instar de coelo loquerentur. Ita ABEEN-ESRA: arbitrantur verba oris sui esse tanquam decreta in coelo facta, quae nemo retractare potest. Cui interpretationi favet quidem usus s. constructio verbi **שמי** cum sequente **ב**, ut Pf. XII, 6. XIII, 3. LXXXVIII, 7., atque analogia praecedentis in Vs. 8. *ex alto loquuntur*. Sed ob alterum hujus Versus hemistichium magis placet eorum ratio, qui, praefixo **ב** ante **שמי** pro *contra* accepto (ut Genes. XVI, 12, Proverb.

23. Pf. XVII, 7. et vid. Vol. I. p. 417.) sic transferunt. *os suum contra coelum ponunt*, i. e. coelum petit maledicentia oris ipsorum. וְלִשׁוֹנָם תְּהַלֵּךְ בְּאֶרֶץ. *Et lingua eorum ambulat per terram ad proscindendos alios, in terris grassantur contumeliis et insectationibus, linguis suis.* Verbum תְּהַלֵּךְ h. l. per synecdochen generis pro specie dicitur pro *grassari*, depopulandi causa proficisci, ut Prov. VI, 11. XXIV, 34. Cf. STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax.* Hebr. p. 10. Ita integri versiculi sensus erit hic: nemini parcunt maledicendo, neque coelo, neque terris, neque Deo, neque hominibus.

10. לְכֵן Propterea, quod tam prospere huic hominum generi omnia succedunt, וְשׁוֹב עִפּוֹן revertitur *populus ejus*, quod complures sic intelligunt: affeculae et turba clientum illorum improborum, ut affixum ad unumquemque illorum sit referendum, qualem nominis et pronomini in numero disparitatem habuimus Pf. V, 10. XVII, 12. LXIII, 11. Rectius vero illi facere videntur, qui suffixum nominis עַם ad *Deum* referant; populum enim Dei et pios indicari, sequentia convincunt. Hinc sensus erit, etiam pios Jovae cultores vehementer hac impiorum felicitate offendi, adeo ut deserto Deo ad malos hos declinent. הֵלֵם, *huc*, ad haec illorum studia et mores, ut recte Jarchi explicat. מֵי מַלְא Et aquae pleni subaudi calicis, vel rivi. Adjectiva enim et participia per saepe includunt omissum substantivum atque ita vim quasi substantivam accipiunt, ut יְמִין *dexter*, pro *dextero latere* (Exod. XXIX, 22.); מֵת, *mortuus* scil. homo (Gen. XXIII, 3.); נִסְתָּר, *reconditus*, scil. thesaurus (Pf. XVII, 14.). Cujusmodi plura exempla suppeditat GLASSIUS in *Philol.* S. p. 36. ed. Dath. et N. G. SCHROEDERUS in *Syntaxi Nomina.* Reg. XVII. a. Potest etiam dici, Adjectivam poni neutraliter, vel pro abstracto: *aquae plenitudinis*, i. e. largae. Quum vero *aquarum* sive *potus* figura Hebraei tam in malam, quam in bonam partem utantur, discedunt h. l. interpretes. Aliqui, respectu

habito ad Pf. LXXV, 9. (*Calix in manu Domini plenus misso, et effundit ex hoc etc.*), item Pf. LXXX, 6. (*Bibendum eis praebes de lachrymis triental*), exponunt haec verba de calice lachrymarum et miseriarum pleno, piis ad bibendum porrecto, hoc sensu: convertuntur ad eadem illorum studia, propterea quod propinentur ipsis pleni calices aerumnarum, et vitam degere cogantur miseram et calamitosam. Ad horum classem referendus LUDOV. DE DIEU, qui hunc Versum cum proxime sequentis initio sic explicat: *Ideoque cedit populus ejus huc, at aquae plenae mensurae*, (i. e. copiosissimae) *exprimantur ipsis, et dicant: quomodo cognosceret Deus?* ut sensus sit, piis gravissima illi tentatione eo interdum adigi, ut copiosissimae lachrymarum aquae ipsis exprimantur, atque eo deveniant, ut de divina providentia dubitent. Verum quum tota haec orationis series in prosperitate impiorum versetur, et mox Versu 11. et seqq. subjiciantur verba eorum, qui sese illis aggregarint; convenientius fuerit, מַצָּה מִי h. l. in bonam partem accipere, pro rerum omnium affluentia. Verba מַצָּה מִי plerique transferunt, *reperiuntur iis*, i. e. ab hacce turba, impiis felicibus adhaerescente, percipiuntur aquae largae, מַצָּה referentes ad verbum מַצָּה, *invenit*, ita ut אֵין tanquam הֵאֱבֵר sit abjecta, quomodo hoc ipsum verbum Num. XI, 11. defective extat: מַצָּה, *inveni*, et facta formarum alternatione הֵאֱבֵרתיך, *tradidi te*, 2 Sam. III, 8. (cf. הֵאֱבֵרתיך *et sanati sunt*, 2 Reg. II, 22.); adeoque sicut Dent. XXI, 17. dicitur: *ex omni, quod מַצָּה מִי reperitur ei*, i. e. quod ipse habet; 1 Paral. XXVIII, 9. *Si quaesiveris eum (Dominum) מַצָּה מִי invenietur a te*; ita et hic simili cum הֵאֱבֵר sequente constructione dicitur: *aquae largae reperiuntur ab iis*. Ad verbum מַצָּה retulit nostrum מַצָּה Aléxandrinus etiam, cum Vulgato, nisi quod ille מִי pro מַי accepit, unde talis prodiit translatio: *dies pleni invenientur in iis*. Sed A. SCHULTENSIUS in *Animadversf. philologg.* ad h. l. illud refert ad verbum

יָצַץ *exfugit* (Jef. LXVI, 11.), et sic interpretatur: *aquae plena pocula exfuguntur iis.* „Arabice verbum illud notat *fugere* et *bibere fugendo*, atque etiam generatim *bibere*. Collatio Pf. LXXV, 9. hanc versionem confirmabit: יָצַץ וְשָׁתָה, et Esai. LI, 17. שָׁתָה מְצִיחַ. Quod quidem interpretationibus reliquis omnibus praeferendum, modo יָצַץ referas ad radicem מָצַח, communem cum מָצַץ significationem habentem; cf. quae supra ad LXXII, 16. de פָּסַס notavimus. Nec igitur est, ut pro יָצַץ scriptum sit יָצַץ, quod in Codice Castellano extat, teste J. D. MICHAËLE in *Biblioth. Orient.* P. III. p. 240. *

וְאָמְרוּ אֵיכָה יָדַע-אֵל רִישׁ דָּעָה בְּעֵלְיוֹן. *Et dicunt, quomodo sciret Deus? et quomodo existeret scientia in Altissimo?* Non dubitant perturbati illi, qui impiorum turbae sese aggregant, in hujus sententiae voces erumpere: an putatis Deum de coelo respicere ad ea, quae in terra fiunt? et horum quidquam nosse aut intelligere, multo magis gubernare aut his affici?

12. הִנֵּה אֵלֶּה רָשָׁעִים וְשֹׁלְוֵי עוֹלָם. *Ecce! illi impii! et tranquilli s. felices seculi,* i. e. aspiciate, isti sunt homines impii: et tamen videtis his omnia continenter succedere ex animi sententia, et tranquille beateque eos vivere. שֹׁלְוֵי עוֹלָם. aliqui reddunt *tranquillos s. felices mundi*, ut significantur *felicissimi*, solet enim superlativus haud raro ita exprimi per adjectivum cum substantivo vel loci vel personarum, in quo, vel supra quas, aliquis eminet, constructum, veluti Pf. XXXV, 20. הַרְבֵּי-אֲרָץ, ubi vid. not. Sed quum nomen עוֹלָם significatione *mundi* apud feriores tantummodo Ebraeos reperiat; praestat, illud h. J. de *perennitate* accipere. Nomine שֹׁלְוֵי, *tranquillus*, designatur hujusmodi homo, qui in bona securaque pace omnigenis fruitur opibus, neminem habens, quem magno pere extimesceret, sibi adversantem, quomodo de se id usurpat vocabulum Jobus, pristinam describens prosperitatem Job. XVI, 12., item de prosperitate loquens impii

XXI, 23. השגת-היל *Qui augent opes*, de quibus nomen היל dicitur etiam Pf. XXXIII, 16., ubi not. vid.

13. אף-ריק זכיהי לבי *Profecto frustra mundavi cor meum*, frustra operam dedi, ut conscientiam ab omni scelere aut delicto intemeratam retinerem; cum interea pressus fuerim penuria, nec ad opes, ad exemplum aliorum, emergere potuerim. Cf. Proverb. XX, 9. — וארחץ בנקיון פפי *Et lavi in innocentia manus meas*, ab omni scelere immaculatas eas servavi. Eadem locutio aderat supra Pf. XXVI, ubi cf. not.

14. ואהי נגוע כל-היום *Et tamen sum percussus omni die*, variis aerumnis, tum corpori, tum animo varios gravesque dolores ac ignominiam concitantibus. Opponit vates fortunam suam adversam prosperitati impiorum, de qua supra Vs. 5., quod cum mortalibus ceteris non ינגעו percutiantur. והזכחת לבקריי *Et castigatio mea ad matutina singula*, scil. adest, vel mihi infertur. Pluralis בקריי cum praefixo ל distributive accipiendus, ut Job. VII, 18. Pf. CL, 8. Jes. XXXIII, 2. Adeoque sensus est: singulis diebus, una cum luce, venit mihi nova calamitas, qua castigor.

15. אם-אמרה *Si dixerō*, i. e. si cogitarem, vel proponerem mihi; ita namque verbum אמר tam de λόγος προφορικῶς, quam ἐνδιαθετῶς usurpari solet, ut Pf. XIV, 1. XXXIX, 2. אמספרה *Narrabo*, i. e. pronuntiabo, vel, similes agitabo sermones. Respicit hac voce ad Vs. 11, ubi de his, qui impiorum turbae se sociarunt: אמרו, *dixerunt: quomodo cognosceret Deus?* כמו aliqui nude transferunt sic, Alexandrinum sequenti, qui οὕτως posuit. Sed multo convenientius Chaldaeus Syrusque reddiderunt *sicut illi*, ut illud מו non sit syllaba expletiva, sed affixum poëticum pro מה, ut supra Vs. 5. 6. — הנה דור *En! in generationem filiorum tuorum*, in familiam tuam, adversus pios tui cultores *perfidus fuifsem*, i. e. pios homines magna certe injuria affecissem, quippe quos ob fortunam adversam judicasset a Deo prorsus

sus neglectos, vel, quod magis placet: prodita piorum causa, quam teneor defendere, impiorum causam adjuvassem, dum scilicet affirmassem, pietatis studium esse inutile, quod melius cum verbi בָּגַד usu convenit, vid. Thren. I, 2. Job. VI, 15. Mal. II, 20., ex quibus aliisque locis subaudiendum est praefixum ב ante nomen דָּוָר, quippe quod ad constructionem hujus verbi pertinet. Alexandrinus pro בָּגַדִי posuit ἠσυνδέτηκα, et Vulgatus *reprobavi*, i. e. hoc tantumdem erit, ac si ab eis, qui te colunt, defecerim et discefferim, cum illi aliud credant, nempe te curare res humanas, omnia scire, iustis et piis hominibus pro benefactis digna praemia reddere.

16. וַחֲשֵׁבָה לְדַעַת וְאֵם עִמָּל הָיָא בְעֵינַי. *Et cogitabo ad sciendum hoc, labor s. molestia erat in oculis meis*, i. e. in animum induxi, accuratius eam quaestionem investigare, ut quid in ea re causae sit intelligerem, id vero meo iudicio maximus labor videbatur, et difficillimum opus rem tantam evolvere et invenire posse. בְּעֵינַי *In oculis meis*, li. e. ita apparebat menti meae; *oculum* pro iudicio, ut Ps. XV, 4. Proverb. III, 7. XII, 15.

17. עַד-אָבוֹא אֶל-מִקְדָּשֵׁי-אֵל אֲבִינָה לְאַחֲרֵיהֶם. *Donec Dei sanctuarium ingrediebar, atque ad eorum exitum attendebam.* Fingit vates se hujus quaestionis declarationem a Deo ipso petiisse, a quo edoctus fuerit, non praesentia esse spectanda, sed novissima et extrema hujusmodi hominum, qui cum impii sint, beati videntur; nam facies hujus felicitatis arridet et speciosa videtur, at vero extrema pars foedissime desinit. Quia in plurali מִקְדָּשִׁים dicitur, complures existimant notari et templum et scholas, ubi conciones de rebus divinis haberentur. At *scholas*, vel *synagogas*, si tales antiquis illis temporibus jam extiterint, vix crediderim *sacraria Dei* appellatas fuisse. Et vidimus supra Ps. LXVIII, 36. etiam pluralem מִקְדָּשִׁים de sanctuario Zionie s. tabernaculo sacro usurpari.

18. **וְהִנֵּחְתָּם בְּמַלְקוֹת אֲשֶׁר בְּלִבְיָם וְהִנֵּחְתָּם בְּמַלְקוֹת אֲשֶׁר בְּלִבְיָם** *Profecto in lubricis locis ponis eos, cadere eos facis in loca fallacia*, q. d. vere enim, sicut animadverto, collocas eos in lubrico; ut inde eos praecipites in interitum: initia felicitatis eorum laevia et blanda ponis, ut specie illa decepti et lubricum iter, aggressi, postremo ruant et in praecipites eant. Nomen **וְהִנֵּחְתָּם** significatione cum **וְהִנֵּחְתָּם** et **וְהִנֵּחְתָּם** *devastatio, ruina* (Job. XXX, 3.) a verbo **וְהִנֵּחְתָּם** existimant convenire, quomodo et Chaldaeus transtulit: **וְהִנֵּחְתָּם בְּמַלְקוֹת אֲשֶׁר בְּלִבְיָם** *projecisti eos in vastitates, i. ruinas*, ut ruinae instar collabantur. Quod non repudiandum foret, si **וְהִנֵּחְתָּם** (sive Dagesch in littera *Schin*) scriptum esset, et forsitan ita in suo codice legit Chaldaeus. Sed quod nunc in codicibus, quotquot inspecti sunt, omnibus extat, **וְהִנֵּחְתָּם**, ad verbum **וְהִנֵּחְתָּם**, *decepit*, referendum esse; arguit Dagesch in littera *w*. Quare videntur h. l. talia significari loca, quibus *decipiatur* viator, ut ex improvise praecipites datus misere pereat, qualia sunt praecipitia, aut occultae cavernae et voragine, quae sub terra longa vetustate in altum cavatae jacent. Olim vero codices extitisse, in quibus **וְהִנֵּחְתָּם** (cum *Sin*) scriptum esset, a verba **וְהִנֵּחְתָּם**, *extulit, in altum sustulit*, colligi potest, tam ex Alexandria translatione in qua verba nostra sic reddita sunt; **κατέβαλες αὐτοὺς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι, dejecisti eos, dum alleventur**, ut Vulgatus transtulit, quam ex Syriaca interpretatione, ubi haec ita sonant: **וְהִנֵּחְתָּם בְּמַלְקוֹת אֲשֶׁר בְּלִבְיָם** *et dejicies eos, cum elevabuntur*. Sensus profecto ita aptus, ut dubitari possit, utra lectio sit praefenda.

19. Admiratur novum et inopinatum impiorum illorum casum, et subitam incertae felicitatis commutationem: **וְהִנֵּחְתָּם בְּמַלְקוֹת אֲשֶׁר בְּלִבְיָם** *Quomodo fuerunt in desolationem*

nem subito! quam subito, quaeſo, inverſa eſt omnis prior proſperitas! *Eſſe in deſolationem* eſt miſere vaſtari, adeoque ipſam quaſi deſolationem eſſe, ut Jerem. XXV, 37. XLIV, 12. Syrus ita reddidit: *quomodo fuerunt.*

וְיָבֹא in ſtuporem ſubito! Scilicet שָׁמָּה non raro et ſtuporem et rem ſtupendam notat, ut Jerem. VIII, 21. V, 30. XIX, 8. et בְּלִהָזֹק מִן-כֶּפֶר חָמוּר מִן-בְּלִהָזֹק *Conſumentur, deſtinent ex improviſo*; etenim nomen בְּלִהָזֹק non tantum terrorem denotat (coll. Syriaco כְּלִיטָה *terrui*), unde et h. l. vulgo *prae terroribus* transferunt; verum etiam *caſum improviſum*, malum imprudentem derepente opprimens, collato Arabico

دُخَانٌ *ſtultus, ſocors mali et incurioſus fuit.* Qua ipſa mali *improviſi* ſignificatione et Job. XXVII, 19. nomen noſtrum occurrit. *Terroris* notio ſecundaria videtur. Cf. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 179.

20. כְּחִלּוֹם Sicut ſomnium eſt proſperitas illorum; ſimilis extat imago Jel. XXIX, 7. מִהִקְיָץ *Ab evigilando*, ſ. poſtquam aliquis evigilaverit, quomodo particula מִן et 1 Chron. VIII, 8. uſurpatur: מִן שְׁלֹחַו *poſt ejicere ſuum eas*, poſtquam eas ejiciſſet. Verba יִרְנִי בְעִיר צִלְמִם הַבֹּזֵה plurimi ita transferunt: *Domine, in civitate imaginem eorum ſpernes*, quod hoc modo explicant: palam, inter cives ſuos, contemptos iſtos reddes. Alii בְעִיר pro בְהִיעִיר, *in excitando*, accipiunt (quemadmodum verba יִקְיָץ et יִרְנִי etiam Ps. XXXV, 23. conjunguntur), ut hic prodeat ſenſus: *ſicut ſomnium poſt evigilationem evaneſcit*, ita, *o Domine, in excitando ſ. te excitante ipſos atque exagitantem, imaginem illorum contemptim abolebis.* Ita ad בְעִיר pronomen aſſixum ex צִלְמִם erit ſubaudiendum. Quum verbum עִיר etiam de *aestu et fervore irae* dicatur, ut oſtendit N. G. SCHROEDERUS in *Obſervatt. Selectis ad Origines Hebraeas*, Cap. II. p. 24. ſeqq.; noſtrum locum idem ille Philologus praellantiffimus non incommode ita

ita interpretatus est: *Domine, in fervore*, s. quando ira tua effervesceat, *imaginem eorum spernes*, vel potius, ad proprietatem verbi בָּוֹה, *ignominiose tractabis*; splendidam illam felicitatis et gloriae speciem, qua superbiunt, ipsis detrahes, mera ignominia cumulandis. Eodem modo Chaldaeus nostra verba accepit: בָּרַגְוֹ הַמִּתְהוֹזֵן תִּבְטֵר *in ira imaginem eorum spernes*. Nescio tamen, annon *excitandi* notio dictioni בָּעִיר tributa praesenti loco magis congruat צִלְמֵ, *imaginem*, apte nuncupat imaginariam hominum istorum felicitatem, quam proxime antea somniorum visis comparaverat. Alii צִלְמֵ interpretantur splendorem illorum universum, vel quicquid modo homines istos antea spectabiles reddebat, ut cum צִלְמֵ notio speciei et ornatus sit conjuncta, quum idem nomen de artificialis deorum statuis et imaginibus dicatur, Num. XXXIII, 52. Ezech. VII, 20. XV, 17. Am. V, 26.

21. בִּי *Nam*, priusquam a Deo edoctus haec rectius cognoscerem, (Vs. 17.), *exasperabatur cor meum*, etc. ut Kimchi monet. „Sed, inquit Geierus,“ habitatione sequentium versiculorum melius erit, hoc בִּי accipere pro adverbio temporis *quando, cum* (ut Pl. XXIII, 4. XXXII, 3. XLI, 12.) ut cohaerentia sit talis: *quum ita zelo indulgerem* (Vs. 21.), tunc brutus eram (Vs. 22.), *mansi tamen tecum, neque lapsus sum prorsus*, utut pedes mei nutarent lapsuique essent vicinissimi (Vs. 22.), quia manu tua apprehendisti me (Vs. 23., me informando Vs. 17.); quapropter tibi unice adhaerebo (Vs. 25. seqq.).“ [וַיִּתְחַמֵּץ לִבִּי] Verbi חִמֵּץ conjugatio Hitpael nusquam alias occurrit, in Cal tamen est *fermentari*, ut Exod. XII, 34., nam nomen חִמֵּץ est *fermentum*, et חִמֵּץ *acetum*; adeoque sensus erit: *cor meum veluti acri fermento sese inficiebat*; s. *exasperabatur*, ita ut intumesceret ac perturbaretur motibus importunissimis, dum indignationi illi praeponter impios indulgeret (Vs. 3.) eorumque successus aeger-

aegerrimo ferret animo, praesertim innocentiae suae valde metuens ne fuerit frustranea (Vs. 13.), insimulque quotidianas plagas persentiscens (Vs. 14.) Lutherus olim non male: *mein Herz ist durchbittert*. Campensis: *interim velut acore quodam macerabat se cor meum*. Convenit verbum illud hebraeum cum Graeco *καρωξύνεσθαι*, quomodo de Paulo Actor. XVII, 16. scribitur: *καρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ*: et sic in Chaldaica paraphrasi *פִּתְרָה*, *fermentare*, saepe est acerbitatem, dolorem, tristitiam afferre, ut Proverb. X. 1. *פִּתְרָה מִתְּרָה מִתְּרָה מִתְּרָה* *matrem suam*; XXV, 1. *עִמְּךָ מִתְּרָה* *exacerbaverit socius tuus*; XXVIII, 7. *מִתְּרָה מִתְּרָה* *patrem suum*. *וְכָל־יָדַי אֶשְׁתַּחֲוֶה* *Et in renibus meis exacui memetipsum*. h. e. acutos mihimetipsi dolores concitavi iis ipsis nimirum curiosis meis, disceptationibus ac invidiosa inquietudine. Verbi *עֲשָׂה*, *exacuit*, conjugatio Hithpael non nisi hic extat, et pro ratione verbi antecedentis *exacerbavit se*, recte de doloris pungentis concitatione exponitur. *וְכָל־יָדַי* *Et in renibus meis*, (subaudiendum enim est praefixum *ב*, ut saepius, veluti Ps. XXIV, 6. Amos. II, 8.), i. e. in inimitis meis sensibus; notum namque est, *renibus* ab Hebraeis tribui tam cogitationes, quam affectus, vid. Ps. VII, 10. XXVI, 2.

22. *וְאֵיךְ* *Tunc ego*, litera *ו* est quasi *ἀποδοτική*, vel respiciens ad *כִּי*, *cum*, et reddenda *tunc*, ut Ps. XXXIX, 12. Ps. XLV, 12. — *בְּעַר* *Brutus* vel *stupidus* eram, ineptus meis cogitationibus indulgens. Sic Ps. XCII, 7. dicitur: *וְיִין בְּעַר* *non intelligit istud*. Et Ps. XLIX, 11. conjunguntur *בְּעַר וְכָל־יָדַי*. Item Jerem. LI, 17. *בְּעַר* *Brutus factus est omnis homo מִרְעָה*. — *וְלֹא אָרָע* *Neque intelligebam* rem quaesitam (Vs. 16.), quod tuum sit in hoc fortunae impiorum moderamine consilium. *בְּרַמְזָה עִמְּךָ* *Instar bestiarum fui tecum*, i. coram te, ut recte Chaldaeus: *reputatus sum apud te*, conf. particulae *עִמְּךָ*

עם similem usum 1 Sam. II, 26. Pl. XVIII, 20. Ante בְּהִמּוֹתָהּ similitudinis particula est subaudienda.

23. וְאֲנִי תָמִיד עִמָּךְ. *Ego tamen semper tecum mansi,* ntut. paene a te deflexissem, tamen constanter servatus sum pius tui cultor, nam tu אֶחָזָק בְּיַד יְמִינִי *apprehendisti dexteram meam*, nutantem, meque adjuvisti et sustentasti, ne a te deficerem. Praefixum בְּ inservit constructioni verbi, facitque in Latino Accusativum, ut 1 Reg. I, 51. *Apprehendit בְּקַרְנוֹתָי corna altaris*; item Cohel. VII, 20. Jud. XVI, 3. 2 Sam. VI, 6. Nomen יְמִין, quod tam adjective, quam substantive occurrit, affixum solet accipere, si construitur cum יָד, *manus*, quum illud alias substantivo apponi solet; sic Jerem. XXII, 24. *Sigillum על יַד יְמִינִי*. Pl. CXXI, 5. *Dominus umbra tua על יַד יְמִינִי*. Vid. etiam Ezech. XXXIX, 3. Gen. XLVIII, 17.

24. בְּעֵצָתְךָ תִּהְיֶה. *Pro tuo consilio duces me*, tu duces et diriges me etiam deinceps consilio tuo, וְאַחַר כָּבוֹד *et postea, s. postremo, cum gloria me suscipies*, tandem ad decus et gloriam perduces me. בְּכָבוֹד *gloriose, vel splendide*, quomodo plene cum בְּ extat Pl. CXII, 9. *Cornu ejus exaltatur בְּכָבוֹד gloriose*. Vid. et Pl. CXLIX, 5. Vel subaudiri potest לְ, ut designetur terminus ad quem: *suscipis me et evehis ad gloriam*; quemadmodum Proverb. XV, 33. XVIII, 12. dicitur: *ante כָּבוֹד gloriam afflictio*.

25. מִי לִי בַשָּׁמַיִם. *Quis mihi in coelis?* ad quae, sensus explendi causa, ex altero hemistichio haec trahunt: עִמָּךְ הַפְּצָתִי, hoc sensu: *quis mihi in coelis, quo delectarer mecum?* i. e. quem tibi, meis deliciis, associarem? Fundunt tamen verba illa sola jam per se satis aptam sententiam, si לִי transferamus *pro me*, quomodo accipiendum est etiam Pl. LVI, 10. CXVIII, 6. CXXIV, 1. 2. Atque sic sensus emerget hic: *quis pro me in coelis? quemnam in coelis mecum dicam opitulatorem?*

Et.

Et aequae ac te non diligo quicquam in terra. Particula עם h. l. vim associantem et exaequantem habet, ut Cohele. II, 16. *Nulla est recordatio sapientis עם cum stulto*, i. e. aequae oblivione tegitur sapiens ac stultus. Cap. VII, 11. *Bona est sapientia עם cum haereditate*, i. e. aequae bona est, atque lauta quaedam haereditas. Vid. et Job. IX, 26. Integri versiculi sententia itaque huc redit: Tu solus es, quo nitor, tu solus voluptas mea; nihil in coelo et terra tibi praefero.

26. Amoris sui sinceritatem constantiamque testaturus vates, ponit casum extremae miseriae, ubi et *caro* et *cor* deficiunt et absumuntur. Subaudienda est sub Versus hujus initio particula conditionalis אם , ut Pf. XL, 6. XLVI, 7. LXXII, 16. — $\text{כֹּלָה שְׂאִרֵי וּלְבָבִי צוּר־לִבְבִי}$ — $\text{וְחֶלְקֵי אֱלֹהִים לְעוֹלָם}$ Si consumpta fuerit caro mea et cor meum, petra cordis mei et portio mea Deus in sempiternum, tu tamen es recreatio et corroboratio cordis mei, haec mihi haereditas est, ut te habeam et peculium gratiae tuae et beneficiorum tuorum.

27. $\text{צִי־הַפֶּה רְחֻקֶיהָ יֵאָבְדוּ הַצַּמְחָה כֹּל־זוֹנֶה מִמֶּהָ}$ Nam ecce, *lohginqui tui*, qui a te deficiunt, pereunt; tu perdis omnem scortantem a te, i. e. universos, qui, te relicto, Deos alienos prosequuntur et colunt, et violata fide tua, cum iis quasi scortantur. Verbum זָנָה duplicem h. l. includit significationem, unam, *scortandi*, alteram *deserendi*, s. *desciendi*, quam notionem particula נָו in מִמֶּהָ spectat, cujusmodi constructionis praegnantis exempla plura habuimus, ut Pf. XVIII, 46. XLIV, 4. Quae de re pluribus egit S. T. O. R. N. in *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 425. seqq.

28. $\text{וְאֲנִי קָרְבָּה אֱלֹהִים לִי־טוֹב}$ Sed me quod attinet, *propinquitatis Dei mihi bonum*, optimum mihi maximeque salutare judico, ut Deo me adjungam, et ab ipso pendeam. *Accessus vel propinquitatis Dei* opponitur illis, qui

qui illo relicto Deos alienos colunt, de quibus Versu 27. — שָׁחַי בְּאַרְצֵי יְהוָה מַחְסֵי Pono *refugium meum in Domino Jova*, eum agnosco pro unico meo refugio, quod nimium spem facit, tutum fore, quem receperit. Cf. Ps. XIV, 6. LXII, 8. — לִסְפֹּר כֹּל-מַלְאכֹתֶיךָ, *Ad enarrandum universa opera tua*, ut conservatus ab ipso celebrare possim facinora gloriosissima bonitatis et providentiae ipsius. Est hic personarum enallage, saepius jam observata, veluti Ps. LIV, 7, LXVII, 2. 3. Bene transtulit Alexandrinus: τοῦ ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰρέσεις σου; non quod pro מַלְאכֹתֶיךָ legit aliquid aliud, ut Cappellus conjecit, verum *opera Dei* per metonymiam pro *laudibus operum ejus* dictum vidit. Cf. Buxtorffii *Anti-Critic.* p. 661.

PSALMUS QUARTUS ET SEPTUAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Preces reipublicae Judaicae afflictissimas, cum miserabili querela, qua exponuntur mala, quibus oppressa jaceat, in his ardentissime invocat opem Dei, freta potentia, quam ante ea tempora, et ab antiquo exhibuit populo suo, et quam fabrica hujus universi, ejusdemque gubernatio ostendit; itemque freta affectione erga hunc ipsius populum, et foedere eo, quod fecit cum patribus ipsorum. Haec omnia quasi revocando ei in memoriam, et indignitatem rei, tam nefandorum facinorum, quam insanae insolentiae hostium, ob oculos ponendo, ita nihil omittit omnium, quae impetrare misericordiam Dei possint.

Hoc carmen diserte queritur de profanatione et direptione templi, et urbis vastatione, quorum utrumque factum est Antiochi Epiphanis tempore, quod ipsum tempus etiam manifeste produnt Versus 4. et 9. Fuerunt, qui ad vastitatem a Chaldaeis terrae illatam Psalmum referrent.

rent. Cui sententiae repugnat potissimum Ver-
sus *nonus*, ubi queruntur, se nullos amplius ha-
bere prophetas, qui doceant, quando finis futu-
rus sit hujus miseriae. Chaldaicum autem ex-
cidium, qui praediceret, habuerunt Jeremiam,
in cujus Prophetiae Cap. XXV. Vs. 11. dilerte
de septuaginta annorum captivitate docetur.
Antiochicis vero temporibus non habuerunt pro-
phetas, qui praedicerent de hujus calamitatis
duratione. Cf. et not. ad Vs. 2. Ad Antiochi
Epiphaniis furorem nostrum carmen jam Chaldaï-
cus interpres retulit; vid. not. ad Vs. 22. Ex qui-
bus omnibus simul sponte intelligitur hoc, Aša-
phum, qui in carminis inscriptione nominatur,
Davidicum illum cantorem esse non posse, sed
longe recentiore aliquem, forsitan tamen ex hac
ipsa familia oriundum, significari.

1. למה זנחת? *Quare indignaris?* Ita enim verbum
זנח potius interpretandum esse, quam *rejecisti*, vidimus
ad Pf. LX, 3. Eodem modo dicitur Thren. III, 31. למה
זנח לעולם ארבי *Non indignabitur in aeternum Dominus.*
Cf. et Pf. LXXVII, 8. LXXXIX, 39. לנצח *In sempiter-
num?* tam diu? Ita namque נצח a נצח, *vicit, supera-
vit*, sumi de longinquo et diu permanente tempore alias
diurnitates veluti superante, cognoscitur ex Pf. IX, 7.
19. XLIX, 19. — יעשן אפה בצאן ארעיהו *Quare fumat
ira tua contra gregem pascui tui?* contra populum,
quem instar pastoris adhuc curasti et defendisti? Eodem
nomine populus Israeliticus insignitur etiam Pf. C, 3.
XCv, 7. LXXIX, 13. Verbum עשן de ira, quae com-
paratur

paratur cum igne, circa interiora hominis praecordia lucenſo, magnumque proinde fumum per nares ſpirante, dicitur etiam Deut. XXIX, 20. Pf. LXXX, 5.

2. זכר עֲרַחֶהָ *Recordare coetus tui*, opere ipſo palam demonſtra, te populi tui non eſſe oblitum, quomodo adhuc nobis viſum fuit te curam noſtri prorfus abjeciſſe. קָנִיחָ *Quam acquiſiſti*, peculiari redemptione, dum ex Aegypto illam educeres, in deſerto aleres certisque legibus inſtrueres, in terram promiſſam introduceres, adeoque reliquis nationibus omnibus ſeparares. Cf. Exod. XV, 16. Deuter. XXXII, 6. — קָרַם *Olim*; nomen hebraeum adverbialicit, vid. SCHROEDERI *Inſtit. L. H. Syntax. Reg. XCIV, a. a.* — גָּאֵלָה שְׁבַט נְחֻלָּהָ *Quam congregationem redemiſti in virgam haereditatis tuae*, ut eſſet tibi veluti peculium haereditarium, quodque aequè tibi curae eſt, ac homini portio haereditaria. Nomen שְׁבַט, quod propriè *baculum* notat, e ſtipite enatum, tum per metonymiam et *ſceptrum*, et *virgam menſoriam*, h. l. ponitur pro *portione*, per virgam menſoriam vel decempedam dimenſa, inque portionem poſſeſſionis alicui data; quo ipſo nomine Iſraëliticus populus etiam vocatur Jerem. X, 16. Li, 19. Cf. Deut. XXXII, 9. *Nam portio Iovae eſt populus ejus*, יַעֲקֹב חָקֵל נְחֻלָּהּ — הָר־צִיּוֹן זֶה שְׁכֵנָתָּ בּוֹ — *Montis Zion (ſcil. זכר, recordare), illius in quo habitavi, quem delegiſti ſedem tibi ad incolendum*. Pronomen demonſtrativum זֶה, ut et זו, non raro vices gerit relativi אֲשֶׁר, vel illud ſaltem includit, ut Job. XIX, 19. זֶה *Et ille quem dilexi, inverſus eſt contra me*. Vid. et Pf. XXXI, 5. XXXII, 8. Eſt verò haec Zionii mentio argumentum, non eſſe Pſalmum interpretandum de tempore incendi a Chaldaeis templi, quum hoc tempore Pſalmi, ex hoc loco, ſalvum adhuc fuiſſe videatur. Salvo autem templo Zionio perſecutiones maximae populi fuere Antiochico tempore. Etſi autem montem tantum Zionium nominat, clauſula tamen carminis oſtendit, non

fuisse tempore hujus prorsus abductum populum, sed aliquem adhuc ejus statum fuisse.

3. הַרְיֵמָה פַּעֲמֶיךָ לְמִשְׁאוֹת נְצַח *Elève gressus tuos ad ruinas seculi*, recognitionem inflitae, instar regis, devastatam ab hoste arcem suam lustrantis deque ejusdem instauratione solliciti. Non vero simpliciter dicit: *gressus tuos dirige*, sed *exalta*, ut ostendat, celerem alacremque expeti accessum, ubi non lente adrepitur, sed magnis pergitur passibus, omniumque oculi in hunc convertuntur festinanter adventantem. לְמִשְׁאוֹת נְצַח *Ad ruinas seculi*, h. e. ad loca, annos quam plurimos in vastitate sua derelicta atque horrida. Pro מִשְׁאוֹת in Lexicis, quae inspexi omnibus, scriptum extat מִשְׁאוֹת (cum *Schin*) et non diversum esse dicitur a מִשְׁאוֹת Pf. LXXIII, 18. Quod tamen non *ruinas* significare, sed *loca fallacia*, vel *praecipitia*, vidimus in nota ad illam locum. Recte vero in editione, qua nos utimur, a Jos. Athia curata (*Biblia Sacra correcta et collata cum antiquissimis et accuratissimis exemplaribus manuscriptis et haecenus impressis, Amstelodami, typis et sumtibus Josephi Athiae, Anno 1664.* 8.) scribitur לְמִשְׁאוֹת ut nomen referendum sit ad verbum נָשַׁף, significatione *auferendi*, s. *abolendi*, quomodo de arbore radicitus evellenda hoc ipsum verbum usurpatur Ezech. XVII, 9. (לְמִשְׁאוֹת אֹהֶל). *Tollere* aliquid pro *sublatum dejicere et prostrernere*, aliis quoque linguis usitatam. Ita Graecis ἀναστῆναι significat tam *erigere*, quam *evertere, subvertere*. Miror, neque Kennicottam, neque de Rossium illam scriptionis discrepantiam h. l. indicasse. לְמִשְׁאוֹת tamen jam legit in suo codice Alexandrinus interpretes, qui ἐπὶ ὑπερηφάνιας αὐτῶν posuit, *in superbiis eorum*, ut Vulgatus transtulit. Neque aliter Syrus, quamvis hic sensum plane alienum expresserit: *elova ser vos tuos super illos, qui esferuntur super eos in robore*. Plerique transferunt *vastitates*; ac si מִשְׁאוֹת sive מִשְׁאוֹת (cum *Schin*, et sine *Dagesch*) scriptum esset, a verbo נָשַׁף. Alii haec verba de excidendis hostibus accipiunt, hoc

hoc modo: malis illos afficias numquam finiendis. Quem sensum Chaldaeus haud dubie spectavit: *attolle gressus tuos ad humiliandum s. ad devastandum nationes in perpetuum* (neque tamen quale vocabulum pro hebraeo למשוח in sua versione Chaldaeus usurpaverit, certum est; nam in editione Veneta, Basileenli et Anglicana legitur למשוך, ignotae significationis verbum, Elias in שהה legit למשוח, *ad vastandum*. Regia et Nebiense Pfalterium למשוח, quod reddunt *ad humiliandum*. Meminit et Elias hujus lectionis, sed putat esse mendosam. Buxtorfius in *Lexico Chaldaico et Talmud.* p. 2353. conjicit, legi posse vel למשוח, *ad desolationes*, vel למשח, ex Hebraeo למשח). Eadem mens est Kimchii, qui nomen למשוח pro Infinitivo positum censet, et vertendum: *ad devastandum*. Verum quum in tota orationis serie vates in mera versetur miseriae descriptione, non imprecatione, praeferenda videtur prior illa sententia, ita ut precetur Dei accessum ad loca sua sancta adeo diu *devastationem passa*. Quare et Aben-Esra ל exponit *propter ruinas*, in sanctuario tuo conspicuas. בקרש כל הרע איני בקרש *Omne malefecit hostis in sancto*, h. e. nihil reliquerunt in locis sanctis tuis violenti illi hostes integrum aut inviolatum. כל *Omne*, s. *totam universitatem*, quicquid modo ad sacrum pertinet cultum. הרע *Malefecit*, h. e. integritate ac ornatu suo privavit; verbum הריע significat *damnum alicui inferre*, ut Pf. XLIV, 3. — בקרש *In sancto*, h. e. in loco sancto, in templo, vid. Pf. LXIII, 3. CL, 1. Dan. IX, 26. Sunt, qui verba hujus Versus transposita, et hoc modo ordinanda existiment: *ad devastandum s. ad auferendum in perpetuum inimicum omnem, qui in sanctuario damnum fecit*. Simile exemplum asserunt ex. Hof. XIV, 3. כל-השם עון *omnem iniquitatem aufer*. Verum hunc sensum poeta si exprimere voluisset, scripsisset haud dubie נצח לנצח pro נצח.

4. שגגו צורריה בקרב מועדה *Rugierunt adversarii*




tui in medio conventuum tuorum, h. e. quae loca cultui tuo et conventibus sacris consecrata sunt, in quibus antea accinebantur laudes tuae, in iis mediis exauditi sunt rugitus et clamores barbari irruentium hostium tuorum. Nomen *עֵרָר* (a *עָרַר* *indixit* certum tempus atque locum) accipitur alias tum de personis congregatis vel coetibus, ut *Jes. XV, 4.* (*Non erit solitarius בְּמוֹעֲדָיו in coetibus ejus*), tum de tempore certo, ubi convenitur ut sunt dies festi solennes atque annui (*Ezech. XLVI, 9. 11. Zach. VIII, 19. Levit. XXIII, 2.*); hic vero de loco conventuum sacrorum dici docet res ipsa. *שָׂמוּ אֶת־הַסֵּימָנִים אֵת־הָאֱלֹהִים* *Posuerunt ipsorum in signa*, h. e. cultus Jovani, in conventibus sacris celebrari consueti, ritibus abolitis, introduxerunt cultus alieni sacra et ritus. *Signa hostium* haud pauci interpretantur *signa militaria* (quo significatu nomen *סֵמָן* *Num. II, 2.* dicitur), siquidem manu armata irruperunt in sacra aedificia hostes, ligna ducum suorum sequentes. Sed infra *Vs. 9.* *סֵמָנִים* manifeste de *signis s. insignibus religionis* dicitur, et hoc ipso loco membrorum parallelismus vocem illam eadem notione accipiendam esse innuit; praecesserat enim *concionum sacrarum* mentio. Ita et circumcisio vocatur *סֵמָן*, *signum foederis* *Genes. XVII, 4.*, item Sabbathum *signum* Deum inter et populum Israeliticum *Exod. XXXI, 13. 17. Ezech. XX, 12. 20.* Planissime vero hoc versu et iis, qui sequuntur, describitur insania illa, qua Antiochus Epiphanes in Judaeos eorumque sacra saevit. Is enim anno 145. Seleucidarum secunda vice Hierosolymorum urbem ingressus, Sabbatho cum militibus per templum urbemque vagatus, non solum magnam multitudinis lanienam fecit urbemque diripuit et incendit; verum etiam sub poena supplicii *sacra summo numini fieri, filios circumcidi, sabbatha et festa celebrari*, legemque Mosaicam observari vetuit; contra ea idolis in suscitatis per totam Judaeam aris sacra facere iussit. Quid? quod ab Aegyptiaca expeditione re-
dux Jovis Olympii statuam templi altari imponi iussit,
ipsique



inque templo Jovis Olympii fani nomen dedit. Vid. 1 Maccab. V, I, 30 — 67. 2 Maccab. V, 24 — 27. VI, 1 — 7. JOSEPHI *Archaeolog.* Lib. XII. Cap. 7.

5. Pergit ad descriptionem devastationis templi. *יָדַע* Cognoscitur; tertia Passivi persona vel ponitur impersonaliter, ut Genes. XLI, 21. Exod. XXI, 36. XXXIII, 16.; vel referri potest ad *צוֹרְרֵיהֶּ* (Vs. 4.) *adversariorum tuorum* unusquisque, aut ad *אֹיֵב*, Vs. 3. — *בְּמַבְיֵא בְּקִרְדָּמוֹ לְמַעַלָּה בְּסִבְךָ-עַץ* Sicut adducens desuper in perplexa ligni secures, ita quoque cognoscitur vel conspicitur hostis sanctuaria tua devastans. Trājecta quodammodo videtur constructio, quae tamen facile hoc modo ordinari potest. Significatur, hostes, deposita omni reverentia, loca sacra non aliter tractasse, quam silvam forte vel loca spinosa purgaturi, quibus inducuntur secures ad paranda inde ligna caduca. Eadem similitudo Jerem. XLVI, 22. 23. *Cum exercitu purgent, cum securibus venient ad eam, tanquam caesores lignorum succident silvam ejus.* Particula *לְמַעַלָּה*, *desuper*, vel *valde*, *vehementer*, ut 2 Paral. I, 1. XVI, 12. XX, 19., indicantur graves securium ictus, qui ex alto repetiti infliguntur. Aliqui referunt ad tabulata templi superiora, auro ornata securibusque decussa. Verum structuram hanc vates vix respexerit; imo accentuum ratio quodammodo evincit, adverbium hoc connectendum esse cum Participio *בְּמַבְיֵא*, *sicut adducens vehementer*. *בְּסִבְךָ-עַץ* *In perplexitatem ligni*, h. e. in ligna perplexa, ubi dumeta vel arbuta adeo arcte innexa sibi sunt, ut separari citra ictus alte petitos nequeant. De densitate dumeti vox *סִבְךָ* propria est, vid. Genes. XXII, 13. Jes. X, 34. IX, 17. Et alia forma *סִבְךָ* Jerem. IV, 7., item *סִבְךָ*, quod est h. l. Chaldaeus hujus Versus sensum ita expressit: *Contundit malleo, sicut vir, qui manum suam levat adversus perplexitatem lignorum, ut eam incidat securibus.*

6. *פְּתוּחֵיהֶּ* *Sculpturas ejus*, h. e. lapides ac ligna affabre exsculpta, variisque figuris exornata. Ita namque hos

hoc ipsum פתוחים usurpatur de *sculptura* lapidis Zach. III, 9., annuli, Exod. XXVIII, 11. 21. 36. XXXIX, 6. 14. 30., et tabularum parietes tegentium, quomodo 1 Reg. VI, 29. Salomo parietes templi sculpsit פתוחי *caelaturis sculpturarum* Cherubim et palmarum, et caelaturis florum etc. Affixum femininum ה Kimchi recte refert ad vocem subaudiendam מלאכה הבה *structura templi*; quemadmodum saepius pronomem adfixum ad nomen diserte non expressum, sed ex sermonis contextu intelligendum pertinet, cujusmodi exempla plura collegit BUXTORFIUS in *Thesauro Grammat.* p. 413. seq. GLASSIUS in *Philolog.* S. p. 158. ed. Dath. Alexandrinus et Vulgatus τὰς θύρας αὐτῆς, *januas ejus*, reddidit, quod nostrum nomen cum פתוחי confudit. J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 2054. affixum feminine hujus nominis ad urbem Hierosolymae referendum opinatur, illudque nomen *rupturas murorum* (les brèches) significare; proflus contra vocis פתוחים constantem usum, et contra orationis seriem. יהי Una omnes, Vs. 8. Pl. XIV, 3. XLI, 8. — בכשיל *Securi*, καλέσαι, ut Alexandrinus reddit. Nominis hoc, quod nonnisi hic reperitur, haud dubie tale indicatur instrumentum, quo aliquid impetitur, ut corruat, vel a verbo נשח *corruit*, *lapsus fuit*, vel a Syriaco כע, quod, teste Bar Bahlul, Syrorum Lexicographo, etiam *scissus est*, significat. Pro hebraeo קרדום, *securis*, hoc ipsum nomen Chaldaeus interpres usurpavit Jerem. XLVI, 22., eodemque modo per קרדום declaratur in Tractatus *Baba-Kama* Cap. ult. כילפוח Alexandrinus interpretatur λαξευτήρια, *instrumenta*, quibus lapides caeduntur, exque hoc Vulgatus *ascia*, Hieronymus *dolatoria*, Chaldaeus ריזוסטר כילפוח *ascia duorum laterum*, i. e. utrinque scindente, bipenni (salus est J. D. MICHAELIS, qui in *Supplem.* p. 1192. Chaldaicum in Buxtorffii editione dicit pro nostro כילפוח posuisse כילפוח; nam pro קרדום Vs. 5. usurpavit id nominis ille interpres);

Syrus , *lignes, bipennes*, qui huic loco optime videntur congruere. Alias de hac voce conjecturas retulit et dijudicavit Michaelis l. c. Cf. et BARTHOL. MAYERI *Philol. S. P. I.* p. 105.  *Contundunt* s. *comminuunt*, ut tollant omnem aedium sacrarum reverentiam, una cum ornatu hoc modo pessundato. Verbi  quae demum cunq̄ue significatio propria sit, quae ignota est, hoc certum, locis, quibus illud occurrit, longe plerisque, praesertim Jud. V, 26. Jes. XLI, 7., *contudendi*; *percutiendique* significationem tere unice aptam esse, quae et veterum interpretum auctoritate confirmatur. Perquam incerta vero et plerisque locis inepta proflus *ultra eundi*, *nutandique* notio, quam MICHAELIS in *Supplem.* p. 540. seqq. huic verbo assignare conatus est. Quod ad locum Jud. V, 26., legenda sunt, quae contra Michaelisianam interpretationem monuit SCHENURREUS in *Dissertat.* p. 84. Ceterum *hisce*, quae vates hic queritur, bene congruit descriptio vastitatis templo Hierosolymitano ab Antiocho Epiphane illatae, 1 Maccab. I, 22. 39. Neque enim thesauros solum et vasa sacra diripuit, verum etiam τὸν κόσμον τὸν χρυσοῦν τὸν κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ, καὶ ἐλέγισε πάντα (*desquamavit omnia*).

7.  *Miserunt in ignem sanctuarium tuum*, h. e. ignem sanctuario tuo immiserunt. Eadem hypallage, eademque plane verba, quae etiam Jud. I, 8.  *Urbi ignem immiserunt*. Exemplum plura consignavit GLASSIUS *Philol. S.* p. 652. ed. Dath. Aben-Esra hac locutione inversa augeri putat emphasin, quod repraesentetur urbs, ut in ignemersa. Hoc tamen loco non tam penitus concrematum fuisse templum, quam ambustum tantum incendio, hyperbolé poetica, significari videtur. Certe ex Maccab. I, 31. et IV, 38. colligitur, flammam quidem injectas fuisse urbi Antiochi iussu, non vero totam deletam illam esse. Et JOSEPHUS *Archæolog.*

log. L. XII. Cap. VII. diserte dicit, *pulcherrima tantummodo urbis aedificia illum incendiisse* (ἐνέκρησε δ' αὐτῆς τὰ κάλλιστα). אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ Ad terram usque profanarunt habitationem nominis tui, i. e. ad extremum, vel infimum usque profanationis gradum dejecerunt cultus tui domicilium, quemadmodum opposita phrasis est: *in coelum elevaré*. Sic Ps. LXXXIX, 40. אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ Profanasti in terram usque diadema ejus. Nam in terram conjicimus, cum ea, quae alii magnificiant, profanare est animus. His comparanda, quae 1 Maccab. II, 12. Eleazar queritur: Καὶ ἰδοῦ, τὰ ἅγια ὑμῶν, καὶ ἡ καλλονὴ ἡμῶν, καὶ ἡ δόξα ἡμῶν ἠρημώθη, καὶ ἐβεβήλωσαν αὐτὰ τὰ ἔθνη.

8. אָמְרוּ בְּלִבָּם Dixerunt in corde suo, cogitarunt et sibi proposuerunt, in animo suo, ut Ps. X, 6. XIV, 1. — אָמְרוּ Opprimemus, vel: *agite, opprimamus eos*, universam tum terrae, tum incolis, tam sanctuariis, quam eorundem cultoribus, inducemus ruinam, quod ipsum sequens vocula יחד, *una, vel pariter, ex aequo*, intendere videtur. Vocem אָמְרוּ Alexandrinus cumque eo Vulgatus, atque Chaldaeus, nec non Hieronymus, pro nomine בני, *soboles, profapia* (cf. ad Ps. LXXII, 17.) cum affixo habuerunt (ἡ συγγένεια αὐτῶν, *cognatio eorum*, בְּבִנְיָהֶם, *posterè eorum*). Quod tamen sensum minime commodum parit. Nam si veritas: *dixit totum eorum genus unanimiter* (possit enim collectivum בני cum verbo plurali אָמְרוּ junctum esse), non sequi debuisset, quod in Hebraeo legitur: *combusserunt omnes synagogas dei*. Sed aliquod dictum hostium, ut recte observavit J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1093. Si vero haec verba יחד אָמְרוּ hostium verba esse sumas, hortantium sese ad gentem totam excindendam, hostes hoc dixerint: *soboles eorum simul s. u. a.*; sensus prodibit aut nullus, aut certe perquam jejunos. Quod quum bene intellexisset Alexandrinus, fecit hemistichium hujus Versus alterum enunciatum hostium, repugnante tamen textu Hebraeo. Recte vero inter-

interpretes ex Hebraeis plerique nostrum **נִינָה** monuerunt referendum esse ad verbum **נָנָה**, *oppressit, afflixit*; inde prima futuri **נִינָה**, *affligemus*, cum affixo (**ם**), **נִינָם**, posito Camez loco Zere, ut saepius, veluti in **וְנִינָם** *et jaculis conficiemus illos*, Num. XXI, 30.; et in **וְשִׂמָם**, *ponet eos*. Exempla multo plura attulit J. BURTORFIUS in *Thesauro Grammat.* p. 526. (ubi nostrum **נִינָם** recte resolvit per **נִינָה אִוָּחָם**, *vim inferamus eis*), et JAC. ALTING in *Fundamm. Punctatt. Ling. S.* p. 304. Veterum omnium optime Syrus: **נִינָם אִוָּחָם** *perdamus eos universos!* Sensus cum nostro loco convenit Ps. LXXXIII, 5. **אָמְרוּ לְכֹן וְנִכְחִידִם מִגּוֹי** *Dixerunt: agite, perdamus eos, ne sint gens amplius*. Consultationem statim sequitur executio: **שָׂרְפוּ** *Combusserunt omnia loca conventuum Dei in terra*, quod bene Aquila reddidit: **πᾶσας συναγωγὰς**, *festa enim interpretari* (quae dictio illa nonnunquam significat, vid. supra ad Vs. 4.) vix licet ob praecedens verbum **שָׂרְפוּ**. Reliqui tamen veteres omnes de *festis* vocabulum acceperant, aliud verbum, festis aptum substituentes, veluti Alexandrinus **καταπαύσωμεν**, (pro quo tamen **κατακαύσωμεν** legendum esse, coniecit Hieronymus in Epistola ad Suniam), exque illo Vulgatus: *quiescere faciamus*. Fuerunt, qui *templum* Hierosolymitanum nomine **מִזְבֵּי־אֵל** signari existimarent, quam sententiam etiam magnopere commendavit CAMF. VITRINGA *de Synagoga vetere* Ll. P. II. Cap. X. p. 403. Verum si etiam concedamus, templum **מִזְבֵּי־אֵל** *locum conventus Dei* dici, quamvis incongrui aliquid est in eo, quod Pluralis numerus de uno templo usurpetur, neque loco ullo alio haec sententia firmari potest; praemissum tamen vocabulum **נָל** et additum **בְּמִזְבֵּי** prorsus vetat, de *templo* cogitare, contra manifeste jubet, *omnes συναγωγὰς Dei in terra* Judae et Israelis intelligere, quae jam per se simplicissima est interpretatio. Quam ipsam tamen VITRINGA l. c. et J. D. MICHAEL

lis in *Supplem.* p. 1111. impugnant hoc maxime argumento, quod ante Babylonici exilii tempora nullae extiterint synagogae; quare Michaelis alia conventus sacri non loca solum, sed et aedificia intelligenda existimat, ut sacella in locis, ubi Deus olim adparnerat, aut et scholas prophetarum. Quae objectio tamen ultro evanescit, si carmen nostrum Maccabaicia temporibus factum sit, quod sumimus. Leve enim est, quod huic sententiae Michaelis l. c. opposuit: *Maccabaeorum tempore factum Psalmum nemo dixerit, memor in ipso Maccabaeorum libro Psalmum LXXIX. citari.* Quibus verbis respexit locum 1 Maccab. VII, 17. Qui vero inde consequatur, non potuisse hoc carmen Maccabaicis temporibus factum esse, ego quidem non video (Cf. Argument. Ps. LXXIX.). Infunt sane V. T. libris, quos vocant, canonicis plura loca, quae hisce demum temporibus sunt consignata, quorum exemplum satis luculentum habemus in Dan. VII. VIII. IX. Synagogas vero, quamvis earum ne in Maccabaeorum quidem libris ulla extet mentio, repetendas tamen esse ex ipso exilio Babylonico, satis verisimile fecit Vitringa l. c. Cap. XII. p. 423.

g. *אין עור גבריא* *Signa nostra non vidimus*, cultus nostri insignia, ceremoniae, vel solennitates nostrae sacrae, sacrificia, suffitus, circumcisio, abrogata sunt. Quod enim aliqui *אין עור גבריא* h. l. de mirandis facinoribus accipiunt, qualia olim contra hostes edidit Jova, jam non edantur; id non congruit cum Versu 4., ubi inter signa populi Israelitici abrogata, inque eorum locum signa hostium substituta manifesta est oppositio. Illustrationem vero harum querelarum historiae Maccabaeorum liber suppedabit, ubi de interdictis circumcisionis, festorum, librorum sacrorum lectionis, ceremoniarumque aliarum signis satis multa extant. Vid. etiam not. supra ad Vs. 4. — *אין עור גבריא* *Nullus amplius Propheta*, a quo de futuro eventu aut modo rerum gerendarum edoceremur. Quod vix de aliis temporibus dici potuit, nisi de Antiochicis

chicis. Recte ΚΙΜΧΙ: *Post mortem Haggaei, Zachariae et Malachiae nullus extitit Propheta, qui futura indicasset.* Opponunt aliqui loca Thren. II, 9. et Ezech. VII, 26., ut probent, eadem de exilii Babylonicis temporibus queri aliquem potuisse. Sed utroque loco de eo tantummodo queritur, uterque vates, quod nulli prophetae amplius visio ulla contingat; minime vero, quod nullus plane extet propheta. וְלֹא-אִתְּנוּ יוֹרֵעַ עַד-מָה *Nec est apud nos qui sciat quousque, s. quamdiu duratura sit haec calamitas.* Sunt, qui עַד-מָה transferant quicquam, ut querantur, destitui se viris sapientibus, quemadmodum comminatus fuerat Jesaias III, 2. seqq. *Auferet Deus judicem, et prophetam, et divinantem, et senem, et principem.* Ita particula עַד removebitur a sciente etiam מָה, quicquam, vel minima rerum illarum, unde scientes vel eruditi alias denominari solent; cujusmodi fere phrasis est Prov. IX, 13. וְבֵל-יָדְעָה-מָה. Praeplacet tamen ratio illa prior, qua עַד-מָה usquequo interpretamur, quomodo ea ipsa dictio Ps. LXXIX, 5. accipienda. Chaldaeus etiam h. l. עַד אֵימָתִי, usquequo, transtulit.

10. עַד-מָחִי אֱלֹהִים יִחַרְךָ צָר *Quousque, Deus, conviciabitur hostis? quamdiu feres contumelias et opprobria, quae ingerunt inimici nostri? יִבְאָץ אֹיֵב שְׂמֶךָ לְנִצָּחַ Et num irritabit hostis nomen tuum, te ipsum (ut Vs. 7.) perpetuo? Num impune semper cedit hostibus una cum populo devicto, etiam populi Deum conviciari?*

11. לָמָּה תִּשְׁבֵּי יָדְךָ *Quare retrahis manum tuam? Subaudi אֶל-חֵיקְךָ, quod nomen repetendum est ex altero hemistichio; plena locutio extat Exod. IV, 7. קָשָׁב יָדְךָ אֶל-חֵיקְךָ. Quasi proverbialiter, manus in sinum condere, hoc loco est otiosum esse, et non repugnare violentiae, aut pro se vel aliis propugnare. Et dextram tuam, quod redundat, quum dextra jam inclusa fuerit voci יָד. Sed alias etiam manum et dextram conjungi videmus, veluti Ps. LXXXIX, 14. CXXXVIII, 7. CXXXIX, 10., cujusmodi ταυτολογία etiam est Ps. XXII, 24. Semen*
Israel,

Israel, et semen Jacob; nec non Coh. X, 20. עוף, *avis*, et בעל כנפים, *ales*. Potest tamen nomen וימינה ad alterum hemistichium trahi, hoc modo: *et dextra tua מקרב הלה e medio sinus tui consume*, h. e. exerendo e sinu tuo dextram, consume ea hostes. Chaldaeus sensum ita expressit: וימינה למפתח מן צו עמפה מפיק ושיצי עקחא. *Et dextram tuam e medio sinu tuo educ, et consume, tolle, angustiam*. Verbum פלה, *consumsit*, sensu praegnanter h. I. dicitur, cujusmodi loquendi formulam habuimus supra LXXIII, 27., ad quem loc. cf. not. Cum nostra dictione comparanda similis Pf. LIX, 14. פלה בממה פלה ואינימו. Minus commode aliqui פלה adverbialiter accipiunt, et *profusus, omnino*, interpretantur. Alii *perfice*, scil. promissa tua, subaudito הברך, ex Ruth. III, 18. 2 Paral. XXXVI, 22. Nominis חיק varians lectio in Keri et Chetib indicio est, illud olim nunc cum media litera *Jod*, nunc sine ea scriptum fuisse, similia exempla vid. 2 Reg. XXIV, 15. (אילי et אלי), Jerem. XXV, 7. Pf. CXL, 10. A. SCHULTENSIS in *Animadversf. philologg.* literas טוּ כחייב efferendas existimat חוקך, *decretum tuum*, ut verba hujus versiculi duo postrema ita sint transferenda: *decretum tuum perfice, imple*. Quae phralis tamen alias non occurrit.

12. ואלהים מלכי מקום *Attamen Deus*, etsi retraxisse nunc manum videatur, *rex* tamen et defensor *meus* est, cui *confidendum*, inde *ab antiquo*. Quapropter et nunc *confidimus*, te hostium crudelitati nos non *permisurum*. פעל ישועה *Operans salutes*, pluralis numerus emphasi quadam non videtur carere, ut sensus hic sit: *multiplicem salutem confuevisi illis conferre semper qui in te confidunt*. בקרב הארץ *In medio terrae*, i. e. coram orbe terrarum, palam, ante oculos omnium hominum et terrarum. Neque enim de sola Israelitica terra illam dictionem h. I. accipiendam esse, cognoscitur ex his, quae sequuntur.


13. Probare jam incipit, quod dixerat, Deum ab antiquissimis inde temporibus populi hujus fuisse regem, utpote

utpote quod in eductione ex Aegypto praecipue ostend-
 rat. *אתה פוררת בעורך ים Tu dirupisti mare fortitudine
 tua.* Manifestum est, celebrari transitum per mare ru-
 brum, ut primum prodigium in conservando populo suo;
 Exod. XIV, 16. Pro פוררת Alexandrinus *εὐρατάλωσας*,
confirmasti, posuit; videtur hebraeum verbum pro צררת,
constrinxisti, accepisse; ut significetur alterum illud mi-
 raculum, quo Deus ita continuit utrinque aquas marinas,
 ut muri instar essent. Contulit forsitan Job. XXVI, 8: et
 Prov. XXX, 4., ubi verbum צרר itidem de aquis conclu-
 sis et retentis usurpatur. Sed recte Symmachus: *σὺ διε-*
σπένδασας, et Theodotion: *σὺ διέσπρησας*. שפרת ראשי המינים
 על-המים. *Fregisti capita belluarum in aquis*, quibus haud
 dubie Pharaon cum proceribus significatur. Nomine המינים
 denotari belluas quasque magnas et terribiles, vidimus
 ad Ps. XLIV, 20., et hoc quidem loco *belluas aquatiles*
 intelligendas esse; indicat additum על-המים. *Belluis*
 vero *aquatilibus* hoc loco, ubi de Aegypto est sermo,
crocodili insigniri videntur, quod ipsam Jes. XXVII, 1.
 המין אשר בים vocatur; et Ezechi. XXIX, 3. *En, ego*
contra te Pharaon, rex Aegypti, החמיר, qui es bellua ma-
gna, cubans in medio rivi sui, etc. Chaldaeus explica-
 tionem addidit: *ישפיק מצראי על יומא, et suffocasti Ae-*
gyptios super mari.

14. *Tu conquassasti capita*
crocodilorum, quos nomine לוריקו denotari cognoscitur ex
 descriptione hujus animalis Job. XL, 20. seqq. Cf. Bo-
 CHARTI *Hieroz.* P. II. L. V. Cap. XVI. T. III. p. 738.
 not. edit. Lipsi. Chaldaeus sensum verbis propriis expres-
 sit: *tu confregisti פרעה נפרי ראשי capita fortium*, s. du-
 cum *Pharaonis*. Cf. Jes. XXVII, 1. Ps. CIV, 26. —
 המין לחם לציונים *Dedisti illum in cibum populo*
deserticolis, quibus vel *barbari*, aut feri homines, qui
 deserta incolunt, intelliguntur, quod Alexandrino placuit,
 qui ita transtulit: *ἕδωκας αὐτὸν βρωμα, ἡσπίς τοῖς Αἰθιο-*
ψι, unde Vulgatus: *dedisti eum escam populis Aethio-*
pum;

pum; et Syrus *ܠܥܡܐ ܠܥܡܐ*, *populo forti*; vel, quod praetulerim, ferae bestiae, ut significetur, corpora Aegyptiorum ad ripam ejecta praedam et pastum fuisse bestiarum et avium. *לצים* enim et de hominibus feris usurpatur, ut *Jes. XXIII, 13. Pf. LXXII, 9.* (ubi not. vid.), et de bestiis, ut *Jes. XIII, 21. Jerem. L, 39.* Nec obstat huic explicationi vox *עץ*, *populus*, nam haec ipsa *Proverb. XXX, 25. 26.* de formicis et cuniculis usurpatur. Ceterum *לצים לעם* appositio est, ut *Genes. XXXII, 18. לעבדה ליעקב*. *KIMCHI* haec verba sic interpretatur: *populo ad deserta*, subaudi *proficiscenti*, h. e. Israelitis, qui relicta Aegypto, semper in desertis solitudinibus fuerunt. Porro Israelitis in *escam* datos Aegyptios cum ait, intelligit Israelitas appulsa ad littus Aegyptiorum cadavera spoliasse. *BOCHARTUS* in *Phaleg*. *lp. 318.* *לצים* de Aethiopibus ichthyophagis intelligit, qui e cetis in litus ejectis victum sibi comparabant, notante *Agatharchide* et *Diodoro*. Verum sicuti *conquassatio capitum* non proprie est accipienda, ita nec *esca*. Chaldaeus nomine *עץ* *Israeliticum populum*, *לצים* vero *belluas* significari existimavit; sic enim alterum hemislichium transtulit: *יהבחנו לגמרא לעם ביה ישראל וגושמיהו לירורי*, *dedisti eos ad internecionem populo domus Israel, et corpora s. cadavera eorum draconibus*. Quasi *לצים לעם* *αυθεντως* positum esset pro: *populo et feris deserticis*.

15. *אמה בקעה מעין ונהל* *Tu scidisti fontem et torrentem*, i. e. petras rumpens, quarum inde scaturigines aperuisti et produxisti, quae torrentis instar fluerent. De percussis petris in *Horeb*, *Exod. XVII, 6.*, et in deserto *Cades*, *Numer. XX, 8.* haec dici, manifestum. *בקעה* sensu praegnante, *disrumpendo produxisti*, ut supra, *Vs. 11.* *נהל*, est accipiendum. Pro *נהל* Chaldaeus recte posuit *נהל* *ut factus sit (fons) in flumen*. Eductis e petra torrentibus eleganter opponit in altero hemislichio exlicata flumina: *אמה הובשה נהרות איהן* *Tu exsiccasti fluvios*

fluvios cursus perennis, et contra; magni fluminis aquas ruentes coëreivili exsiccano. Innuitur prodigiosa Jordanis exsiccatio, de qua Jos. III, 13. 16. Pluralis נַהַרִּים de Jordane dicitur, non tam ideo, quod plures in illum fluvii essunderentur, ut Kimchi putat; quam quod maximus tunc esset, quum Israelitæ transirent, Jos. III, 15., quemadmodum idem pluralis נַחַלִּים II, 6. de magno flumine Tigride, et נַחַלִּים Job. XL, 15. de immani fera s. bellua usurpatur. Cf. Gesevii *Lehrgeb.* p. 664. No. 2. נַהַרִּים proprie *perenniter fluens* (cf. not. ad Dent. XXI, 4. et J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 1189.); hinc de fluvio aquis copiosis validisque dicitur, opponiturque torrentibus exiguis, quos facilis exsiccatur aëstus, ut Amos. V, 24.; unde נַהַרִּים de ipso *aestu maris* usurpatur Exod. XIV, 17., ad quem loc. cf. not. Vim vocis expressit Aquila per ἀρχαίους, *validos*, et Symmachus per ἀρχαίους, *antiquos*, puto *perennitatis* notionem respexisse: Syrus , *fortes*. Chaldaeus alterum Versus hemistichium ita exposuit: אִמְתָּהּ יִבְשֶׁתָּהּ מַגִּיחֵה נַחַלֵּי אֲרִיכֹנָה אִמְתָּהּ יִבְשֶׁתָּהּ מַגִּיחֵה יִבְשֶׁתָּהּ יִבְשֶׁתָּהּ יִבְשֶׁתָּהּ *Tu exsiccasti vadum rivorum Arnonis, et vadum Jabboki, et Jordanis, qui sunt validi.* Jordani addit fluvios Arnon et Jabbok, de quibus vid. Num. XXI, 14. Deut. II, 37. Sed hos fluvios prodigiose exsiccatos esse in libris V. T. non traditur: junguntur tamen Num. XXI, 14. *quod Deus facit ad mare rubrum et in torrentibus Arnon*, unde aliquid simile ibi factum innuitur. Pro nomine proprio accepit נַהַרִּים Alexandrinus, quem Vulgatus sequutus.

16. לְךָ יוֹם אֲתָּהּ לְךָ לַיְלָה *Tibi est dies, etiam tibi nox*, tuum opus est, ut sit perpetua successio tenebrarum et lucis. אֲתָּהּ הִכִּינֹתָ מֵאֹרֶת וְשֶׁמֶשׁ *Tu firmasti, vel parasti, praeparatum ordinasti* (quomodo verbum כִּיָּן in Hiphil accipi solet, vid. Ps. VII, 14. LVII, 7. LXV, 7. 10. LXVIII, 11.) *luminare*, h. e. collective, astra (שֶׁמֶשׁוֹת, Gen. I, 14. et cf. Ezech. XXXII, 8.), quorum praecipuum sub-

subjungitur, et *sol*, quemadmodum et alias nomini generaliori subicitur id, quod in genere suo est praecipuum, veluti 1 Reg. XI, 1. *Mulieres peregrinas et filiam Pharaonis*; Pl. CXLVIII, 9. *arbores et cedri*; Pl. XVIII, 1. *e manu inimicorum et Saulis*; Hof. VII, 1. *Ephraim et Samaria*; Marc. XVI, 7. *Dicite discipulis et Petro*, i. e. praecipue vero Petro. Chaldaeus pro מאור posuit ארבעה, *lunam*; quod nomine hebraeo astrum illud, quod noctu lumen praebet, intellexit, cui oppositum אור, *luminare diurnum*. Alexandrinus: οὐ κατηρτίσω ἥλιον καὶ σελήνην, eodemque modo Itala: *tu fecisti solem et lunam*; sed Vulgatus habet: *tu fabricatus es auroram et solem*. Atque in Aldina et Complutensi editione legitur Φαύσιν καὶ ἥλιον. Aquila etiam Φωτῆρα, Theodotion Φῶς, et Syrus יסאב transtulerunt.

17. אמה הצבת כל-גבולות ארץ *Tu constituisti omnes terminos terrae*, quod aliqui de quatuor mundi plagis accipiunt; alii de limitibus terrarum, quas singulis nationibus occupandas dederit Deus; alii, quod verissimum videtur, de terminis, quibus terra undiquaque circumscripta cogitari potest, ne mari obruatur; cf. Jerem. V, 22. Job. XXXVIII, 8. 11. (al. 5. 10.) קרץ ותקף אמה יצרתם *Quod attinet aestatem et hiemem, temporum anni vicissitudines, tu formasti ea*, i. e. ordinasti, vel disposuisti (quo sensu verbum יצר et Jes. XLV, 7. Jerem. XVIII, 11. dicitur): tu discriminas caloribus et frigore tempora. De ארץ vid. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 936. seqq.

18. זכר-ואת *Memento hujus*, scil. quod sequitur, femininum neutraliter ponitur. איויב הרף יהוה *Iloftis probris afficit Jovam*, h. e. te, cum Jova enim loquitur; saepius vero loco pronominiis (quod ipsam et usurpatur in ארץ, quod proxime sequitur) ipsum collocatur nomen ejus, quocum sit sermo; vid. Num. XXV, 11. Zachar. III, 9. — עם-גבל *Populus vesanus hominum profanorum et flagitiosorum*; de גבל vid. not. ad Pl. XIV, 1.

19. אל-תתן *Ne tradas*, permittas, ut Pf. XXVII, 12. — לחמה *Bestiae*, subaudiendum vel ex Aben-Esraë sententia, השדה *agri*, או הארץ, *terrae*, vel, ut vult Kimchius, qui התה *coetum* significare ait, ut Pf. LXVIII, 31., צרים ו. אויבים, *inimicorum*. Prior tamen expositio, utpote recepto nominis התה significatui, non sequenti *turturis* metaphoraē accommodatior, praefenda videtur. In התה est enallage formae constructae pro absoluta, vel potius omissum est nomen posterius, ut in illo Jes. LI, 21. *Afflicta ושכרה et ebria sed non ex vino*, pro ושכרה *ebria afflictionibus*, או רעה *malis*, vel simile. Cf. et Jes. XIV, 6. ac 2 Reg. IX, 17., et vide plura hujusmodi exempla in Buxtorfii *Thesouro Grammat.* Lib. II. Cap. IV. p. 376. seq. et 379., N. G. Schroeder *Syntax.* Reg. XII., et Gesenii *Lehrgeb.* p. 680. In codicibus XVII. de Rossianis לתה (cum Camez) scribitur nec male; est enim vel feminina Pluralis terminatione ת pro ות, ex Chaldaica mutuata dialecto, vel stylo poetice priva singularis feminini terminatio, vid. not. supra ad LX. 13. Ludovic. de Dieu censet, vel praefixum ה accipi posse tanquam Accusativi notam, more Syris Arabibusque solenni, hoc modo: *ne tradas vitam animae turturis tui*; vel alio nexu: *ne tradas bestiae animatae turturem tuam*; utrumque insolens, et quod linguae usu plane repugnat. Chaldaeus: אהמסור לעמיה רמתיכין *Ne tradas gentibus, quae similes sunt ferae bestiae.* נפש *Animam*, i. q. תה, quod proxime sequitur, *vitam*, cf. Pf. VII, 3. 6. LXX, 3. — תורת *Turturis tui*, i. e. populi tui afflicti, qui, ut recte observavit Kimchi, turturi comparatur, quod hoc avium genus infirmum est, et diripitur, nec ipsum diripit. Forsan simplicitatem quoque atque innocentiam columbarum respexit. Mirum tamen, veterum interpretum, quotquot extant, nullum *turturis* meminisse in versione hujus loci. Alexandrinus enim sic habet: μη παραδῶς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι, *ne tradas bestiis animam consistentem tibi*,

ut Vulgatus reddidit. Apparet illum commutata litera *Resch* cum *Daleth*, חרקה legisse pro חורה. Nec multo aliter Syrus: *ⲛⲉ ⲧⲣⲁⲃⲁⲥ ⲉⲛ ⲧⲣⲁⲥⲓⲟⲛ ⲁⲛⲓⲙⲉⲛ ⲛⲉ ⲧⲣⲁⲃⲁⲥ ⲉⲛ ⲧⲓⲃⲓ*.
Ne tradas fractioni animam, quae confitetur tibi; qui praeterea pro לחיה expressit לחיה. Sed Chaldaica translatio, quae in nostris Bibliis extat, atque Josepho Coeco tribuitur, ita sonat: *ⲁⲛⲓⲙⲉⲛ ⲛⲉ ⲧⲣⲁⲃⲁⲥ ⲉⲛ ⲧⲣⲁⲥⲓⲟⲛ* *animas docentium legem tuam*, quasi חורה alluderet ad חורה, *lex*. Quod ipsum sequutus Hieronymus: *animam eruditam in lege tua*. Vetustior tamen interpret Chaldaicus, Jonathan, חורה h. l. *turturem* reddidit. Atque is quidem non extat hodie. Sed illum ita transtulisse, docent haec *ⲁⲛⲓⲙⲉⲛ ⲉⲣⲟⲛⲁ ⲉⲛ ⲧⲣⲁⲥⲓⲟⲛ* *Jonathan vertit significatione turturum et pullorum columbarum.* חיה ענביה *Vitae afflictorum tuorum ne obliviscaris in perpetuum.* חיה, *Vitae*, quae summopere periclitatur, dum nostri videris esse oblitus, nullamque gerere curam. Alio hic adhibetur sensu vox חיה, quam in hemistichio praecedente, nisi utroque *catervae* significatum sumas; tum Versus noster ita sonabit: *ⲛⲉ ⲟⲃⲓⲥⲓⲁⲥ ⲙⲓⲗⲗⲓⲧⲓⲛⲓ ⲛⲟⲥⲧⲓⲙ ⲧⲣⲧⲓⲣⲉ ⲧⲓⲙ* *ne objicias multitudini hostium turturem tuam; multitudinis pauperum, tuae solius curae relictorum, ne obliviscaris.* Voce propria ענביה, *afflictorum tuorum*, prior *turturis* appellatio metaphorica satis perspicue declaratur.

20. חרקה לחיה *Respice ad foedus, quod pepigisti cum patribus nostris*, ut recte Chaldaeus addidit; foedus enim intelligitur illud, quod Deus iniit cum Abrahamo, Isaaco et Jacobo; quo se Deum ipsorum, defensore, opitulatoreque unicum fore promisit, Gen. XII, 3. XV, 1. 18. Esto memor foederis tui facti, quod tibi nobiscum intercedit. חיה ענביה *Nam plena sunt tenebricosa terrae habitaculis violentiae.* *Tenebricosa terrae* h. l. significantur haud dubie abdita loca, latebrae, et, ut vulgo dicimus; anguli terrae, quos omnes occupatos. queritur a violentis, latronibus
 sci-

scilicet et directoribus. Alii מְשֻׁבְּרֵי-אֶרֶץ transferunt *tenebras* s. *caligines terrae*; quas interpretantur miseriae maximas et calamitosissimas, coll. Jof. XLII, 16. LXXXVIII, 7.; porro adjuncto *terrae* nomine designari putant caliginem crassissimam, qualis sit in mediâ terrâ, ubi nec formula, per quam lux illaberetur; denique נִבְּתוֹת-הַמָּט *habitationes violentiae*, explicant, per Genitivum adjuncti; habitationes, quae variis ab hostibus injuriis violentiaque affectae fuerint, ceterum מְשֻׁבְּרֵי-אֶרֶץ accipiunt pro Ablativo, ut haec sit integri hemistichii sententia, habitationes injuriis hostium expositas repletas esse luctu et miseriis. Priori tamen interpretationi favet similis verborum ordo et constructio locis aliis; quibus verbum מלא usurpatur; veluti Jof. XXVIII, 8. כָּל-שְׁלֵהֲנוֹת מְלֵאָה קִיָּא צָאָה, *omnes mensae repletae sunt foedo vomitu*; Mich. VI, 12. אֲשֶׁר מָלְאָה הַמָּט עֲשִׂירֵיהֶּ מְלֵאָה הַמָּט, *cujus divites pleni sunt violentia*; Gen. VI, 11. 13. מְלֵאָה הָאֶרֶץ הַמָּט, *plena est terra violentio*; cf. Jof. XI, 9. XXVIII, 8. Jerem. LI, 5. Ezech. VII, 23. Ps. XXVI, 10. CIV, 24. quibus locis omnibus locus, qui aliqua re repletus dicitur, primo, res autem illa, quae replet; secundo loco ponitur. Veteres in nostro hemistichio reddendo discrepant. Alexandrinus: ὅτι ἐπλήρωθησαν οἱ ἐσθλοτάτοι τῆς γῆς οἰκῶν ἀνομιῶν, *quia repleti sunt, qui obscurati sunt terrae, domibus iniquitatis*, ut Vulgatus reddidit, quorum verborum aut nullus est sensus, aut hic: homines viles ac ignobiles repleti sunt patitiis per violentiam et injuriam partis. מְשֻׁבְּרֵי Graecus interpret eosdem credidit; qui Prov. XXII, 29. מְשֻׁבְּרֵי וְכֹסֶפֶת, quibus homines obscuros et ignobiles significari existimant. Symmachus: ὅτι ἐπλήρωθησαν ἐσθλοτάτοι τῆς γῆς ὀραϊστῆτων ἀδινίας. Patet, eum nomen נִבְּתוֹת retulisse ad נָאָה, *pulcher, decorus fuit*. Chaldaeus: אֲרָם מְלֵאָה בְּנֵיהֶן הַשָּׂמַיִם עַל אֲרָם מְלֵאָה בְּנֵיהֶן הַשָּׂמַיִם, *quoniam pleni sunt filii eorum* (Israelitae, posteri Patriarcharum, quorum in prioris hemistichii translatione meminerat Chaldaeus interpret, vid. supra) *obscuritate, sese*

diffundente super terram, violentia et rapinis. Ellipsis nimirum explere voluit; vel etiam impersonaliter s. absolute accepit verbum, hoc modo: *plena* s. *completæ sunt* (Thren. IV, 18.), pleno numero et nimiae sunt (ut Nah. I, 10. Gen. XXIII, 9.) *obscuritates terras et habitacula violentiae.* Syrus: [שָׁמַיִם וְאֲדָמָה] [אֲדָמָה וְשָׁמַיִם] [אֲדָמָה וְשָׁמַיִם]

וְשָׁמַיִם *repleta sunt habitacula terras tenebris et iniquitate.* Transposuit verba hebraëa, ut sensum facilem et commodum efficerent.

21. אֶל-יָשֹׁבֵהּ הָיָה נִכְלָם *Ne revertatur attritus ignominia affectus,* tanquam repulsam passus: ne frustreris preces afflictorum; ne hac etiam calamitate affice, jam ante calamitosissimos, ut dimittas eos cum turpi repulsa vacuos et non exauditos. עָבִיר וְאֶבְיוֹן יִהְיֶה לְךָ שִׂמְחָה *Oppressus et pauper laudent nomen tuum,* exaudi et opem fer oppressis et miseris, ut celebrent te.

22. קִוְיָה *Exsurge!* postquam instar otiosi aut aliud agentis nostri curam visus es adhuc abjecisse, atque ad tot hostium insultus tranquille prorsus tacuisse aut adledisse. לִיבָה לִיבָה רִיבָה *Litiga litem tuam,* age causam tuam, cf. Ps. XLIII, 1. XXXV, 1. — זָכַר חַרְפָּתָה מִנִּי-נִבְלָל *Recordare ignominiae tuae ab insipiente quotidie,* memento contumeliarum, quibus quotidie a profanis hominibus afficeris. Chaldaeus: מִן מַלְכָּא מִן יַעֲמֹד מִן מַלְכָּא *Memento ignominiae populi tui a rege insipiente;* intellexit haud dubie Antiochum Epiphanem, qui per contemptum ἐπιμανής *insanus,* cognominatus fuit.

23. אֶל-חֲשֹׁבָה קוֹל צָרָרֶיהָ *Ne obliviscaris vocis hostium tuorum,* qua tum populo tuo, tum ipsimet tuae majestati insultant. שָׁאוֹן קָמִיהָ עוֹלָה הָמִיד *Tumultus insurgentium contra te ascendit continuo.* קָמִים פֿרו קָמִיהָ *poterunt haec etiam connecti cum verbo חֲשֹׁבָה,* hoc modo: ne obliviscaris vociferationis hostium tuorum, quae ascendit continuo.

PSALMUS QUINTUS ET SEPTUAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Variae sunt interpretum sententiae de hujus carminis argumento et structura. Aliqui illud compositum existimant in gratiam principis alicujus, a quo reipublicae penitus collapsae restitutio exspectata fuerit; ipsum vero illum loquentem introduci volunt, et ea verba facientem, quae virtute ipsius digna sint, et quibus populo suo justam et legitimam regni sui administrationem polliceatur, impiis autem et seditiosis severam animadversionem minetur. Quem quidem principem alii *Davidem* esse opinantur *), alii

Soro-

*) Quae RUDINGERI est sententia; *Etsi*, inquit, *de Macchabaeo* tempore alicui in montem venire posset, quo scriptus *Psalmus* esset, et, mutato tempore primi versus in praesens, epinicion esse posset *Judae*, post victoriam ejus aliquam *Antiochicorum*, *Lysiae* aut *Gorgiae*, post quam polliceretur ea Deo et populo per sui temporis *Asaphum* aliquem; tamen et *Davidi* et *Asapho* *Davidico* hunc *Psalmum* relinquo. Et cum aliqui iniliis regni *Israelitici* eum tribuant, quando tandem promissum totius populi regnum, sublato *Saulo* et *Isbosetho*, ad eum pervenit, *Abneri* potissimum bene-

Sorobabelem, qui restitutionem ordinis politici in republica Israelitica, postquam in patriam reversus populus esset, in animo suo designaret. Alii a secundo Versu omnia Deo tribuunt loquenti, ut fiat Psalmus celebratio sapientiae et iustitiae divinae in gubernatione rerum humanarum, qua, suo tempore, iusto iudicio sit perfecturus insolentiam et injurias impiorum. Omnium tamen optime carminis hujus rationem singularumque ejus partium inter se nexum explicasse nobis videtur SCHNURRER *). „Vates,“ inquit, „si quidem titulo, Psalmum ad Asaphum referenti, fides habenda sit, de quo jure dubitari potest, non sui ipsius nomine verba facit, sed populum inducit, ex calamitatibus, ut videtur, ab exteris ipsi inflicis emergentem. Hic igitur in gaudia erumpit laudesque Dei Sospitatoris Vs. 2. Causa statim gaudii subjicitur Vs. 3., quae in eo posita sit, quod oraculum a Jova editum fuerit, quo se omnia recte moderaturum, et labantem perturbatumque reipublicae Judaicae statum confirmaturum esse declaravit, Vs.

beneficio; vel etiam Jerosolyma et Sione capta; malo ad Absalonici temporis exsilium Psalmum referre, et ego ad id quidem tempus hujus, quando emisit copias contra Absalonem ex oppido Mahanaim, et in primo versu futurum retinere, ut contra consilium seditiosorum procerum Absaloniorum, et ceteros principes conjunctionis haec fecerit David.

*) In *Dissertatt. philologico-critt.* p. 158.

Vs. 4. Nunc animosius in barbaras gentes invenitur populus, Vs. 5 — 9., vetatque gloriari rerum suarum successibus prosperis, cum jam parata ipsis sint gravissima supplicia, a Deo mox exequenda. Denique Vs. 10. 11. spem proficitur melioris fortunae certissimam. Quam rationem et nos in carminis interpretatione sequemur, nisi quod singula quaedam loca, maxime versum tertium paulo aliter accipienda putemus. In tempus et auctorem carminis inquirere, inanis opera fuerit, quum certa utriusque indicia prorsus desint.

2. הוֹדִינוּ לְךָ אֱלֹהִים הוֹדִינוּ וְקָרוֹב שְׁמֶךָ. *Culebramus* ta laudibus, o Deus! *celebramus*, et *propinquum nomen tuum*, quod aliqui ita intelligunt: quia praesto es nobis auxilio tuo; ut particula ו pro causali accipiatur, et שְׁמֶךָ, *nomen Dei*, pro Deo ipso, ut Ps. LXXIV, 7: 21. *Prope* autem esse hominibus Deus dicitur, cum potentia auxilii sui praesto eis est, vid. Ps. XXXIV, 19. CXLV, 18. קָרוֹב לְכָל-קְרָאִיו *propinquus est Deus omnibus, qui eum invocant*. Nostri tamen loci paullo alia est ratio, quum non dicatur, Deum propinquum esse *alicui*. Quare alii, post Raschium, nominis divini propinquitatem h. l. interpretantur de nominis divini laudati repetitione, q. d. prope, ante oculos obversatur nobis nomen tuum, vel, proximum est labiis nostris, scil. ut laudemus ipsum et celebremus, quomodo Jerem. XII, 2. dicitur: קָרוֹב אִתָּךְ בְּפִיהֶם *propinquus tui es in ore ipsorum, sed longe a renibus eorum*. Cf. Jes. XXIX, 13. Ps. CXIX, 151. Eadem Alexandrinus videtur mens fuisse, dum transtulit: καὶ ἐπι-καλεσόμεθα τὸ ὄνομα σου, et invocabimus nomen tuum, ut Vulgatus reddidit, quod ipsum et Syrus sequutus. Nisi inter-

interpretationis illius causa haec potius fuerit, quod Graecus interpres Hebraea praelegentis, verba sinistre intelligendo, pro קראו בשמה acceperit. Sed optime nostram phrasin explicavit A. SCHULTENSIVS in *Animadversf. philologg.* ad h. l. hoc modo: *quia notum est nomen tuum* (ut Pf. LXXVI. 2. כָּרַע בִּיהוּדָה שְׁמוֹ), ex linguae Arabicae proprietate, in qua قَرِبٌ, *propinquus fuit*, dicitur de rebus bene notis, et contra *remotum* de eo quod *parum notum* est, aut minus intelligitur (cf. Dent. XXX, 11. Proverb. XXIV, 7.). Cui interpretationi favet, quod statim subjicitur, quomodo notum aut celebre sit nomen Dei: בְּפִלֹאֲתֵיהֶּם סִפְרוּ בְּרָאִיִּים *enarrantur*, praedicantur, *mirifica tua*; סִפְרוּ imperpersonaliter positum, ut רָאִי, Pf. LXVIII, 25., וְיִשְׁבְּרוּ Pf. LXIX, 35. SCHNÜRRERS verba nostra brevius dicta putat pro אֲמַתֵּינוּ סִפְרוּ-לָנוּ Pf. XLIV, 2., et versiculum reddit ita: *celebramus te, o Deus, nam notum est nobis nomen tuum; nota sunt nobis ex narratione patrum facta tua mirifica.* Sunt etiam, qui verba nostra ita transferant: *propinquum esse nomen tuum enarrant, s. praedicant mirifica tua facinora.*

3. Causam subdit, cur celebrandus sit Deus: vindex et sospitator noster est. Quam sententiam enuntiat ita, ut introducat Deum ipsum verba facientem, hostibusque severa supplicia minitantem: כִּי אֶמְקֹךָ מוֹעֵד אֲנִי מִיִּשְׂרָאֵל *Cum accepero tempus, recte judicabo*, i. e. tempore suo iudicis iusti exsequar partes, deque hostibus vestris supplicium famam, ut par est. Nomen מוֹעֵד interpretes post LUDOV. DE DIEU atque ALB. SCHULTENSIVM (in *Animadversf. philologg.* ad h. l.) tantum non omnes *promissi* acceperunt significatione, ex Arabica Syriacaeque dialectis, quibus מוֹעֵד a יָעַד *condixit, promisit*, quicquid promissum, condictum et constitutum est, denotat. Quum vero plerique haec verba Davidi assignent; *promisso* intelligunt promissum illi a Deo regnum, ut sensus prodeat hic: ubi regnum mihi pro-

promissum nactus fuero, recte administrabo res ejus, et exercebo jus et iustitiam integerrime. Promissi significatione nomen illud capit quidem etiam *SEHNURREUS*; sed quum verba haec existimet esse populi; nostrum verficulum ita interpretatur: *promissum obtinui divinum; dixisti: justam ego sententiam feram.* Verum quum nomen מועד nullo alio V. T. loco *promissi* significatione usurpatum reperitur; tutius fuerit et. h. l. usitatam *temporis* retinere notionem, quam manifeste obtinet Hof. II, 11. Pf. CII, 14., quo utroque loco מועד cum נע, ut equipollens, conjungitur. Verborum vero מועד הנה כי sensus per se clarus est: *ubi nactus fuero tempus*, scil. opportunum; sive: cum otium nanciscar; quasi nunc distentus sit aliis curis et negotiis. Bene Chaldaeus: ארם אירע זמנא מנא תריצו אירע *Si scivero tempus, i. e. ubi sciam tempus adesse opportunum, recta judicabo.* Alexandrinus de verbo ad verbum reddidit: ὅταν λάβω καιρόν, et sic etiam Vulgatus et Syrus. Aquila apud Eusebium (Agellio referente): ὅταν λάβω συνταγάς. At Theodoretus Aquilam et Symmachum ait sic transtulisse: ὅτ' ἂν λάβω τὴν συναγωγὴν, quod ipse sic exponit: cum redierimus (verba namque Israelitarum Babylone captivorum esse patat), et in sacrum tuum templum convenerimus, tunc beneficia tua celebrabimus. — במישרים pro מישרים, *aequitate*, i. e. aequissime, ut Pf. IX, 9.

4. נבגים-ארץ וכל-ישיבה אנכי מפנתי עמוניה *Dissoluta sunt terra et incolae ipsius, ego disposui columnas ejus, quod pisariam accipi potest, vel sic; prorsus est dissoluta res publica, et incolae paene defecerunt in calamitatibus, ego tamen has ruinas instaurabo; quomodo מפנתי per esallagen pro futuro positum accipiendum erit; vel hoc modo: tunc, ubi iudicium exercebo (Vs. 3.), prae pavore veluti dissolventur omnes gentes, nam is ego sum, qui terram habebus et columnis fulciverim, atque adeo eam, ejusque incolas, quum libitum erit, nullo negotio commovere possum. Cf. Job. IX, 6. Ita Aben-Esra,*

ra, qui per *terras columnas* intelligi vult montes, quibus, quasi fulcris et columnis, terrae moles sustinetur. Jam, interposito *הָלֵךְ*, live Diapfalmate, ad aliam personam sit transitus, et vates incipit loqui.

5. *אָמַרְתִּי לְהִלְחִילִים* *Dixi insanientibus*, h. e. ecce vero annon illud est, quod ego semper ad hostium, insanorum more furentium, rabiem compescendam dixi? — *אַל-תְּהַלְלֵהוּ וְלִרְשָׁעִים אַל-תִּתְרַיְמֵהוּ קִרְן* *Ne insanitatis; et impiis: ne exaltetis cornu*, ne insolescite virium vestrarum fiducia. Metaphora a cornutis animalibus desumpta, quae dum cornua elato in altum capite ostentant, minitantur incurssionem ac prostrationem. Cf. Deut. XXXIII, 17. Pf. XCII, 11.

6. Ante *וְרַבְרָב* vel repetenda est ex versiculi initio particula *אַל*, ut Alexandrinus fecit (*μη λαλειτε*); vel subaudiendum pronomen relativum *וְשֵׁנָה*, quod Chaldaeo placuit: *וְהִנֵּה מְלִיךְ מִלְּיָן*, *vos, qui loquimini*, nec non Symmacho: *λαλοῦντες*. *בְּצַוָּא* *Cum collo*, scil. erecto aut superbo, i. e. arroganter, fastuose, ut Job. XV, 26, (*וְיָרִי מֵאִיּוֹ בְּצַוָּא*); cf. Jes. III, 16. Sunt, qui proximum *וְשֵׁנָה* cum *בְּצַוָּא* conjungant, hoc modo: *ne loquamini collo duro*; sed transferendum potius esse ita: *ne loquamini cum collo*, i. e. fastuose, *durum*, s. insolens, ferox, apparet ex locis 1 Sam. II, 3. Pf. XXXI, 19. XCIV, 4. Id quod bene intellexit Symmachus, qui Versum nostrum sic reddidit: *μη ἐπαρθετε εἰς ὑψος τὸ κέρας ὑμῶν λαλοῦντες τραχήλω ἀνομίαν*. Alexandrinus posterius hemistichium ita fecit: *μη λαλειτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν*, ac si *בְּצַוָּא*, *adversus petram*, pro *בְּצַוָּא* legisset. Chaldaeus: *Vos, qui loquimini וְבְרַבְרָב וְבְרַבְרָב* *cum ferocia et contumeliis*.

7. *כִּי לֵאמֹר אֶמְצָא וּמִמְעַרְבִי וְלִי מִמְדָּבָר הַרִים*] Aliqui haec accipiunt tanquam verba vatis, castigantis fastum hostium, hoc sensu: *at non ex ortu, occasu aut meridie τὸ exaltare*, s. exaltatio, eminentia, quatuor autem plagis significari *κατὰ μερισμὸν* terras, ut dicatur hoc: non a

terris, aut hominibus, sed a Deo solo omnis potestas est, hic regna confert et adimit, evehit et deprimit. Commodius tamen haec *μνητιμῶς* tribuuntur hostibus, insolenter sese jactantibus, a se prostratos numquam iterum se erigere posse; sic namque בִּי praemitti solet sermonibus in persona aliorum prolatis, ut 1 Règ. I, 13. *Jurasti, dicens: . בִּי filius tuus regnaturus est post me.* Quare cum Versu sexto noster hoc modo est connectendus: ne insolenter ferocia verba jactetis (quae jam ipsa adferuntur); utut undique miselli hi circumspiciant, nusquam tamen, neque ab ortu, nec ab occasu, vel meridie aderit aut comparebit eis elevatio; nos enim prostravimus illos, ut praeter nos nemo eos poterit elevare. Quod ipsum eleganter infringitur Versu, qui proxime sequitur. Mentione praecipuarum terrae plagarum praeccludi voluit omnem auxilii aditum, ita ut soli illi jactabundi emineant, ac pro sua undique ferociant libidine. מִצָּא locus, ubi exoritur, et quali egreditur sol, vid. Pf. XIX, 7. LXV, 9. Hof. VI, 3. Per מִדְבָּר, *desertum*, tam meridionalis quam septentrionalis plaga videtur significari, utrinque enim deserta loca habet Palaestina, ad aquilonem Syriacum desertum, ad meridiem Judaicum, quo et alias meridionalis plaga indicatur, veluti Deut. XI, 24. Jos. I, 4. Infinitivus הָרִים, *elevare*, nominis induit naturam h. l., ut apud Latinos *Scire tuum nihil est*; cf. Pf. XX, 10. *In die קראנו* vocare nos, i. e. invocationis nostrae; Pf. XXXII, 6. *Tempore מצאנו* invenire, i. e. inventionis. Veteres quidem הָרִים pro nominis הַר, *mons*, plurali habuerunt, atque plerique illorum, Alexandrinus, Vulgatus et Syrus, cum antecedente מִדְבָּר conjunxerunt, hoc sensu: *a deserto montium*, i. e. a deserto australi montium Idumaeorum. Ita Aben-Esra; *Nec putetis, quod in Oriente aut Occidente, aut in montoso deserto sit, qui servare vos possit*; hoc postremum enim, aut tale quidquam erit subaudiendum, וְ הָרִים pro *montibus* accipiamus, ne imperfecta maneat sententia. Ceterum illos, qui *desertum*

tum montium vertunt, ממדבר pro ממדבר legere. necesse est. Et certe מדבר (cum Putach sub ב), in statu regiminis, et hodie extat in libris longe plerisque, tam manuscriptis, quam editis. KIMCHU tamen tempore, id est seculo p. C. n. duodecimo exeunte, in codicibus plerisque aut certe melioris notae, ממדבר extitisse, ex hisce illius verbis in Commentario ad h. l. colligi potest: "הרים a verbo רים significat exaltationem et magnitudinem; sensusque est hic: non ab oriente, neque ex occasu, neque ex deserto, h. e. quantocunque studio et cura laboret homo, et quantumvis hinc illinc discurrat, nullam tamen adipiscitur magnitudinem, nisi a Deo, quomodo Versu octavo subjicit: nam Deus hunc evehit, et illum deprimat. ומה שיטזור הפירוש הזה כי הרים לשון הרמה כי ממדבר, Et quod confirmat hanc interpretationem, ex qua הרים notione elevationis sumitur, est hoc quod ממדבר (cum Camez) scribitur, neque igitur in regimine est positum; et sic etiam in Midrasch (Commentario allegorico) etc." Addit tamen: ובמקצה הספרים ממדבר פחה ואם כן יהיה הרים מגזרת הר ואף על פי In quibusdam libris ממדבר (cum Patach) scribitur; et tunc erit הרים Pluralis nominis, hoc tamen non obstante, rectum est prius. Magnum codicum et editionum numerum, in quibus ממדבר extat, recenset Rossi in Varr. Lectt. ad h. l. Atque hoc eodem modo ממדבר in statu absoluto) etiam Chaldaeorum legisse, ex hac illius interpretatione intelligitur: ליה בר מני ממדבחה ועד מערבא ולא מן צפונא ומדבריא Quia non est praeter me (scil. Deus et servator, coll. Jes. XLIV, 6 — 8.) ab Oriente usque ad Occidentem, neque a Septentrione desertorum, neque ab Austro loco montium. Patet, illum, ut quatuor mundi plagas significaret, מדבר de Syriaco deserto accepisse, quod Palaestinae ad aquilonem est, הרים vero, montes; de montanis Idumaeae, quae Palaestinae ad austrum erant.

8. *כי-אלהים שפט Sed Deus est iudex.* כי adversative accipiendum, ut Pf. XLIV, 4. 8., ita ut cohaereat hic Versus cum praecedente. Alii cum Versu sexto connectant, hoc modo: ne tollalis cornu, aut fastuose loquamini; quia Deus iudex est. A nobis prius illud praeferi, significavimus in not. ad Vs. 7. Sententia haec erit: non vestrum est imperium, neque vos superiore caretis domino, sicut stulte vobis arrogatis; verum supremus adhuc reslat regum dominorumque iudex in coelis, Deus, cf. Pf. VII, 12. IX, 8. — *היה ישפיל ויה ירים Hic,* non vos, *deprimit; et hic elevat,* solius Dei est, elatos de sede deturbare, et oppressos ad fastigium evehere. Cf. eandem sententiam Pf. CXLVII, 6. Pronomen *יה* veteres in Accusativo transtulerunt: *hunc deprimit, et hunc elevat.*

9. *כי-כוס ביד יחזה Nam calix in manu Jovae.* Calyx, scyphus, כוס, quia ex eo cuilibet, in convivio, bibendum distribuebatur (cf. Jerem. XVI, 7. Luc. XXII, 17.), et quia tam jucundi, quam amari potus recipiendi vas atque organum est, metaphorice fortem tam sanctam, quam adversam, et ita tunc *beneficia* Dei, tum *poenas* et *supplicia*, significat. *Prioris* exempla sunt Pf. XVI, 5. XXIII, 5. CXVI, 13. *Posterioris* exempla sunt Pf. XI, 6. Jes. LI, 17. 22. Thren. IV, 21. Jerem. XXV, 15. LI, 7. Ezech. XXIII, 33. 34. Nostro loco, ubi *poculum* simpliciter est positum, ambigitur, in bonam, an vero in malam partem sit accipiendum. Posterius elegit Chaldaeus, qui *כס ויליץ poculum dirarum*, posuit, altero haud dubie permotus versiculi hemistichio. Nobis tamen in utramque partem imago illa usurpata videtur, ut inducatur Deus tanquam convivii praeses, ex una parte suis vinum liquidius et merum e poculo suo propinans; ex altera vero parte impios ad epotandas exfugendasque faeces non sine horrore adigens. Ita hoc Versu magis amplificabitur, quod Vs. 8. brevius dictum fuerat. In verbis, quae sequuntur, *המר ויין המר*, explicandis difficultatem creat verbum *המר* quod

quod interpretationem non unam recipit. Aliqui *rubet* interpretantur, ΚΙΜΣΗΙΟ auctore, qui observat, כִּמְסָה, *rubrum*; Arabice كَمْسَ (أحمر) dici, qui dolor habetur vini praestantissimi, ex Proverb. XXIII, 32. *Non adspicias vinum* כִּמְסָה בִּי *cum rutilaverit*. Unde et sanguinis nomen *vino* datum Jacobo Genes. XLIX, 11., et Mosi; Deuter. XXXII, 14. Hoc Homerus passim, αἴθοπα οἶνον, quod Eustathius exponit θερμὸν, λαμπερὸν, πυρρὸν, μέλανα. ipsum כִּמְסָה usurpavit poeta a D. S. J. E. S. H. A. R. I. O excitatus (in *Theauri Ling. Arab.* Particulā I. ex edit. Everardi Scheidii, p. 110.) qui vinum generosum his verbis laudat:

صِرْفًا كَبَيْتًا حَمْرًا صَافِيَةً
يُغْلَوُ بِأَيْدِي التَّجَارِ مَسْبُوهَا

Merum, subnigrum, rubrum, defaecatum, cujus oenopolarum in manibus cari constet emtio. Huc pertinet, quod Judaeorum magistri in libro rituali כִּבְוֵהּ בְּיָדֵי כִּמְסָה ad Pascha celebrandum כִּמְסָה בִּי, *vinum rubrum* conquirendum praecipiunt; addita ratione hac, מַשְׁכָּהּ חֵיבֵהּ שְׂרָפָה מִן הַלֶּבֶן *quia illud generosius esse solet; quam album*. Vid. BUXTORFII Fil. *Exercitationem in Historiam Institutionis S. Coenae*, §. XX. Plura alia ex eorum, qui regiones Orientis invisere commentariis; attulit HARMER in *Observatt. super Oriente*, P. I. p. 344. *translat. german.* Neque improbabilis planè est eorum sententia, qui putent vinum rubrum a poeta nostro ideo memoratum, quod validissimum existat, et quod caput vehementissime feriat. Unde ATHENÆUS L. I. Ἐποιῶν Ὀμηρος τὸν μέλανα οἶνον πολλὰκις αὐτὸν αἴθοπα καλεῖ, δυναμικώτατος γὰρ ἐστὶ, ὃ δὲ λευκὸς ἀσθενής. *Homerus vitium nigrum laudando αἴθοπα, sive fervidum saepe vocat;*

est enim id validissimum, quum album imbecillius sit. Quod ipsum spectasse videtur Chaldaeus, dum transtulit עֵשֶׂן הַמֵּר *vinum forte*, s. validum. Contra Aben-Esra nostrum הַמֵּר per עָכּוּר, *turbidum, faeculentum* declarat, a חוּמָר, quod *lutum, crassamentum* significat, quasi *lutulentum* dixeris. In quam mentem LUDOVICUS DE DIRA, qui nostrum הַמֵּר ad Arabicum خَمْرٌ (per Cha) *fermentavit*, unde Syriacum ܡܝܘܢܝܢ, *fermentum*, existimat referendum, et locum hunc ita transferendum: *calix est in manu Domini, in quo vinum fermentavit, turbida limpidis immixta fuere, ut Ps. XLVI, 4. Tumultuantur, יהוּמְרוּ מֵיֵם, lutosae sunt aquae.* Ita Syrus: *vinum ܡܝܘܢܝܢ turbidum.* Sed recte monuit J. D. MICHAELIS in *Supplemento*. p. 830., *ferendi* significationem huic loco plane non aptam esse, quum de vino sermo sit, non in torculari, sed in poculo, in quo minime feruet. Quod quum intellexisset haud dubie Coccejus, ipse verba הַמֵּר יַיִן interpretatus est *vinum quod deserbuit*, cuius faeces subsederunt; at *vinum, quod deserbuit*, absouam phrasin esse, merito opposuit Michaelis loco laud., nisi enim deserbuit, vinum non est, sed mustum. Retinenda igitur illa primo loco posita interpretatio, *vinum est rubidum*, pro *generoso*, praesertim quum הַמֵּר nusquam alias nisi in *generositate* sensu de vino usurpatum reperiat. Deuter. XXXII, 14. in Molis carmine celeberrimo illo, dicitur Deus populum suum potasse *uvae sanguine הַמֵּר rubente*; et Jes. XXVII, 2. *Vinea Iovae כַּרְם הַמֵּר vinea vini rubentis*, sive nobilissimi et generosissimi; ubi neque *turbidi*, neque *meri* significatio quadrabit. Alexandrinus Symmachusque οἶνος ἀπαυτός, atque ex his Hieronymus *vinum meracum* reddiderunt. מְלֵא מֵסָה Plenum est poculum in manu Iovae *mistione*, i. e. vino infuso; nomine מֵסָה enim significatur illud, quod calici jam infusum est, et ex eodem bibendum propinatur. Scilicet verbum מֵסָה ex quo nostrum מֵסָה, nusquam praeterea occurrens, de-

scendit; significat non tantum *miscere*, v. e. potum cum lachrymis, Ps. CII, 10., verum etiam rem potulentam poculis *infundere*; ut Prov. IX, 2. *Sapientia vinum suum* מִסְכָּה *miscuit*, i. e. paravit, et crateribus infudit, atque Vs. 5. *bibite vinum, quod* מִסְכָּה *infudi*. Qua ipsa ratione Graeci non tantum κερᾶν, live κερᾶσαι, licet *miscere* proprie significet, usurpant tamen simpliciter ἀντὶ τοῦ ἐκχέειν, καὶ δίδουαι πίνειν, pro *infundere in calicem*, et *bibendum porrigere*; verum verbo μισγεῖν quoque in eandem mentem utantur, ubi nulla liquoris peregrini intervenit mistio, neque aliter Latini suo *miscere*, ut multis iisque clarissimis exemplis probavit Th. GATACKER in *Adversar. Miscellaneor. posthum.* Cap. V, p. 451. seqq. Oper. (Trajecti ad Rhen. 1698. fol.), quo nemo melius de hac locutione Hebraeis, Graecis Latinisque communi egit; inque ejus rationem inquisivit. Refellit simul eorum sententiam, qui nostro loco מִסְכָּה intelligunt de vino medicato, admixtis, ut fortius fiat, rebus inebriantibus, aut vero noxiis vel ingratis. Chaldaeus מִסְכָּה מִיִּגְה מִלֵּי מִיִּגְה interpretatus est, quod non *plenum mistione fellis* est transferendam, ut quidem fecerunt, inter quos et ipse Gatacker, verum: *plenum mixtione amaritudinis*, id est, plene infusum potu amaro, nam Chaldaicum מִיִּגְה non *mistionem* tantummodo significat, verum etiam *id quod poculo infunditur*; vid. Buxtonii *Lexic. Chaldaic.* p. 1182. seq. Addit Chaldaeus praeterea: מִיִּגְה מִיִּגְה מִיִּגְה מִיִּגְה *ad auferendam scientiam impiorum*. — מִיִּגְה מִיִּגְה *It effundit, vel effluere facit, ex eo*, pro lubitu suo dispensat. Chaldaeus: מִיִּגְה מִיִּגְה מִיִּגְה מִיִּגְה *et id quod effundit ex eo, durius s. acerbius est, quam priora*. Alexandrinus: καὶ ἐκλίνας ἐκ τούτου εἰς τούτο, quod Vulgatus sequutus: *inclinauit ex hoc in hoc*, nec aliter Syrus. *Inclinare* autem *poculum* non aliud est, quam *efficere*, ut defluat, propinare. Symmachus verba, quae proxime praecedunt, cum his sic reddidit: καὶ οἶνος ἀκατος πληρῶν ἐκχυθείς, ὥστε ἔλκειν

ἐλαίω ἀπ' αὐτοῦ. — אֶרְבֵּי-רֶשֶׁת׃ כֹּל יִשְׁתֶּה וְכָל-רֶשֶׁת׃ אֶרְבֵּי-רֶשֶׁת׃
Sed faeces ejus sorbebunt et bibent omnes impii terras.
 Cf. Jes. LI, 17. Ezech. XXIII, 34. Suffixum ad אֶרְבֵּי-רֶשֶׁת׃
 spectat ad nomen רֶשֶׁת׃, quod plerumque est femininum, ra-
 rius masculinum, ut Aber-Efra et Kimchi monent, adeo-
 que cum utroque genere h. l. construitur; vide similem
 constructionem 1 Reg. XIX, 11. item Jes. XIX, 9. XXXV,
 8. Hof. IV, 19. Ceterum eandem plane imaginem usur-
 pavit vetus poeta Arabicus in Anthologia nomine *Ha-*
masa insignita, cujus excerpta dedit A. SCHULTENS ad
Erpenii Grammat. Arab. a se editam (Lugd. Bat. 1748.),
 ubi p. 440. hic versiculus legitur:

فَسْتَيْنَا كَأْسٌ حَتْفٌ هَذِيْلًا

غَبَّهَا خَزِي وَعَارٌ وَوَدَلٌ

Propinavimus poculum mortis Hudeilitis, cujus faeces
confusio, dedecus, opprobriumque. Cf. *das a. u. n. Mor-*
genl. P. IV. No. 845. p. 86. seqq.

10. אֲנִי אֲנִי אֲנִי *Et ego annuntiabo illa Dei iudicia, ju-*
dicisque in illis justitiam. Chaldaeus: אֲנִי אֲנִי אֲנִי
et ego annuntiabo mira facinora Dei, subaudit אֲנִי אֲנִי אֲנִי
ex Versu 2. et Pf. LXXI, 17. Similem Aecusativi aliun-
de arcessendi defectum deprehendimus Pf. XL, 2. Incli-
navit scil. aurem; cf. Vs. 13. ejusd. Pf. et III, 7. Ale-
xandrinus pro אֲנִי אֲנִי אֲנִי, exultabo, posuit, quod,
similitudine literarum אֲנִי et בִּי deceptus, אֲנִי pro אֲנִי
legit. Immerito tamen CAPPELUS אֲנִי praefendum
censet; quum אֲנִי אֲנִי אֲנִי, in altero hemistichio, quod, ex
parallelismi membrorum legibus, verbo aequipollenti in
priore hemistichio respondere debet, multo melius cum
אֲנִי congruat, quam cum אֲנִי. Sic alias verbo אֲנִי אֲנִי
dicuntur pii annuntiare Dei potentiam, justitiam, judi-
cia, opera, Pf. IX, 12. Jes. LVI, 32. Pf. CXLV, 4. Sic

dicitur Jof. XLVIII, 20. בְּקוֹל רֶפֶה הַגִּידִי, *cum voce can-
tus annuntiate*, divulgate hoc. Cf. BUXTORFII *Anti-
critt.* p. 574. Vulgatus praeter morem h. l. consentit
cūm Hebraeo, textu: *annunciabo in seculum*. Et inter-
pretatio Graeca, quae in Hexaplis *quintae* nomen gerit,
juxta Hebraeum habet ἀπαγγελω. Singularis est Syrus,
qui אֲנִי חַיִּים לְעוֹלָם, *et ego vivam in seculum*, red-
didit.

11. Iterum, ut supra Vs. 3., ipsa Dei verba adferun-
tur, quibus animum piis addit, dum impiorum potentiam
se destructurum promittit; hoc enim significatur verbis
כָּל-קַרְנֵי רָשָׁעִים אֶגְדָּע, *omnia impiorum cornua succi-
dam*, quae manifesto respiciunt Vs. 5. *Dixi impiis:*
אֵל-תְּרִימוּ קַרְנֵי.

PSALMUS. SEXTUS ET SEPTUAGESIMUS.

ARGUMENTUM

Epinicium atque gratiarum actio propter victorias concessas adversus hostes potentes. Petit, ut reliquos quoque hostes Deus conficiat, et hortatur ad pia vota et munera offerenda. Non est dissimilis hic Psalmus sexto et quadragesimo et duodequagesimo, unde tamen non tuto colligitur, uno eodemque tempore tria haec carmina scripta fuisse. Fieri enim potuit, ut ad veteris alicujus poetae Versus recentior quisquam se exerceret, aut priscum carmen ad sui temporis rationem accommodaret. Victoriam in Assyrios nostro carmine celebrari, vetus est opinio, utpote quae jam in multis translationis Graecae Alexandrinae ¹⁾ atque Vulgatae codicibus reperitur, atque a JARCHIO quoque editur, qui nominatim de prostrato Sanheribi exercitu ²⁾ Psalmum agere existimat. quod nullum aliud

1) Ὡδὴ πρὸς τὸν Ἀσσύριον.

2) 2 Reg. XIX, 35. Jer. XXXVI, 36.

aliud hostis in Judaea prope Hierosolymam ita deleti exemplum sibi in historia occurrat. Syriacae hujus carminis translationi hoc praelcriptum legitur: *Quum vastata fuit Rabbah Ammonitarum* ³⁾; praeterea indicat ultionem judicii Christi adversus impios. Quod ex parte amplexus est GROTIUS, ita ut Psalmum victis Ammonitis scriptum, sed eo postea Ezechiam, liberatum ab Assyriis usum esse censeat. Denique ad Antiochica tempora carmen refert RUDINGERUS ⁴⁾. Certa tamen atque indubitata temporis indicia nos quidem in hoc carmine deprehendimus nulla.

2. נִדְרַע בְּיַהֲרֵה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל *Noscitur in Juda Deus, qualis sit et quid possit; ostendit potentiam suam in defendendis suis.* Cf. Ps. IX, 17. Jes. XIX, 20. 21. LXVI, 14.

— בְּיִשְׂרָאֵל גְּדוֹל שְׁמוֹ *In Israele magnum est nomen ejus,*

3) 2 Sam. XII, 26. seqq.

4) *Facio Psalmum hunc Asaphi non Davidici, neque Josaphatici, sed Antiochici. Josaphaticae enim victoriae, qua ipsi hostes se confecerunt, non congruit Psalmus, sed victoriae ei, quam Judas contra Gorgiam obtinuit, per omnia, 1 Maccab. IV.; itemque contra Lysiam, Cap. V. et de toto cursu sexennii ejus. De tempore Psalmi idem sensisse existimo eum, qui titulum fecit Psalmi eum, quem Graeci interpretantur, nimirum esse Odam factam πρὸς τὸν Ἀσσυρίων. Fuit enim Gorgias Syrus, qui et Assyrii, et potest fieri, ut non per enallagen numeri, figura communi, fecerit Ἀσσυρίων, et non Ἀσσυρίων, sed ut hoc modo Gorgias indicaretur. Est autem factus Psalmus ad exemplum Psalmi XLVI. et XLVIII. quorum et ἀρετολογίαι habet aliquas.*

ejus, longè lateque in terra Israelitica fama ejus celebratur.

3. Pro $\text{סִיכּוֹ בְּשֵׁלֶם יְיָהּ}$ Alexandrinus $\kappa\alpha\iota \epsilon\gamma\epsilon\gamma\eta\theta\eta \epsilon\nu \epsilon\lambda\pi\eta\gamma\eta \delta \tau\acute{o}\pi\omicron\varsigma \kappa\upsilon\rho\acute{o}\upsilon$ posuit, quod et Vulgatus sequutus, ac si בְּשֵׁלֶם nomen appellativum esset. Syrus tamen et Chaldaeus recte *Jerusalem* reddiderunt. Nam, ut bene BOSCHARTUS observavit in *Phaleg*. Lib. II. Cap. XXIV. atque in *Hieroz.* P. I. L. II. C. XV. (Tom. I. p. 173. ed. Lips.), in locorum nominibus compositis apud Hebraeos, compendii causa, pars prior saepe omittitur. Ita *Jemini* pro *Ben-Jemini*, Esth. II, 5.; et *Seba* pro *Beer-Seba* Jos. XIX, 2.; et *Sittim* pro *Abel-Sittim*, Num. XXV, 1.; et pro *El-Tholad*, *Tholad*, 1 Paral. IV, 29. Quia nomen לֵוִי Pl. X, 9. et aliis locis de lustro leonis, et Jerem. XXV, 58. de Jova dicitur: *deseruit tanquam leo* כִּמְלֵךְ , cum nimirum ut leo ad praedam paratus et in hostes irrupturus illic antea defedisset; Kimchius et hoc loco Deum existimat tanquam leonem fisti, qui e latibulo in hostes profiliat (Vs. 5.), praesertim quum et בְּמַעוֹן in altero hemisichio de antro leonis usurpetur Amos III, 9. Nomen tamen utrumque et de tabernaculo sacro aut templo dicitur, vid. Pf. XXV, 7. XXVI, 8. LXVIII, 6. Bene Chaldaeus: $\text{וְהָיָה בֵּית מִקְדָּשֵׁיהָ וְיִמְדוּר בֵּיתָהּ}$ *Est Hierosolymis domus sanctitatis ejus, et habitaculum domus praesentiae majestatis suae in Sione*, monte arcis Davidicae, ad quem delatam fuisse arcam, tanquam praesentiae divinae symbolum constat ex 2 Sam. VI, 12.

4. וְשֵׁפֵי-קַשָּׁה alii aliter interpretantur. Alexandrinus, $\tau\acute{\omega} \kappa\alpha\tau\alpha \tau\acute{\omega}\nu \tau\acute{o}\xi\alpha\nu$, hincque Vulgatus *potentias arcuum*, nec non Syrus: بِرَاسِ السِّبْطِ *brachia arcuum*, sensu quidem h. l. satis apto, sed qui ceteris locis, quibus וְשֵׁפֵי occurrit, Deut. XXXII, 24. Habac. III, 5., Pf. LXXVIII, 48. Job. V, 7. Cant. VIII, 6. minime congruit. Nonnulli tamen translationis Graecae Alexandri-

drinae codices habent, Agellio observante: τὰ κέραια τῶν τόξων, „ut Vaticanus codex habet vetustiore scriptura, et Romanum Pfalterium, et Ambrosius sic legit: *ibi confregit cornua arcuum.*“ Sensem utcumque expressit Chaldaeus, dum ירשן וקשת, *sagittas et arcus* posuit. Recentiorum aliqui *scintillas arcus* reddunt, i. e. sagittas, instar scintillarum celerrime ab arcu avolantes, aut in aëre veluti scintillantes et coruscas; *scintillarum* significationem praesertim locis Cant. VIII, 6. et Pf. LXXVIII, 48. aptam putant. JARCHI nomen ירשן negat idem significare hic, quod Cant. VIII, 6., *scintillas* nimirum aut *prunas*, quae significatio in arcum non possit cadere; siquidem hoc loco sit ἡ lene, illic forte ac dageffatum. Vult igitur significari h. l. *aves*, vel potius sagittas, avium instar volantes, quo sensu et Pf. XCI, 5. mentio sit *sagittas volantis*. Probat hanc significationem tribus ex locis Deut. XXXII, 24., Job. V, 7. et Pf. LXXVIII, 48. Jarchium sequutus J. D. MICHAELIS, tam in libro, quem inscripsit: *Beurtheilung der Mittel, die ausgeflobene Hebr. Sprache zu verstehen*, ubi p. 298 — 307. multis de hac voce disputavit, quam in *Supplem. ad Lexx. Hebr.* p. 2268. seq., nomini קשת omnibus quibus reperitur locis, *alitis* significationem aptam esse probare studuit. Nec sane inepta aut inelegans figura: *alites arcus* pro *sagittis*. Similem figuram a Ferdusio, celebri Persarum poeta, in laudatissimo illo carmine epico, quod شاه نامه, *Schach nameh*, i. e. regum liber inscribitur, usurpatum reperimus (apud JONES in *Poesf. Asiat. Commentarr.* p. 246. ed Lips.). Narrat Samus, nobilissimus heros, se arcum regum cepisse, cum sagitta populea, cuspidem habente ferream:

عقاب دلاور بر انکبختم
جو آتش بر او تیسر متروختم

Aquilas strenuas excitavi, i. e. sagittas aquilis similes volare feci, *sagittas, flammis similes, in illum effudi*. At tamen *ardoris, flammae* significatum flagitat locus Cant. VIII, 6., ubi verba *אש שלהבתיה רשפיה רשפיה* vix aliter verti possunt quam ita: *ardores ejus* (amoris) sunt *ardores ignis, flamma Jovae*. Et infra LXXVIII, 48., ubi de ea plaga Aegyptiis insulsa agitur; qua eorum greges grandine et fulminibus occisi sunt (Exod. IX, 23. 24.), id his verbis exprimitur: *בְּעֵרָם וַיִּסְגֹּר לְפָרֵי בְּעֵרָם* tradidit grandini jumenta eorum, *וַיִּמְקַנְיָהֶם לְרִשְׁפֵיִם* et pecudes eorum fulminibus, sic enim postremam Versus vocem reddendam esse, docet res ipsa, qua agitur. Hoc igitur loco *רשפיה רשפיה* fulmina arcus eleganti imagine dicantur sagittae. *וַיִּמְלַחְמָה* Et bellum, scilicet i. e. omnia bellica instrumenta. Chaldaeus Versum nostrum ita explicavit: *בְּרַ עֲבַדָּה בֵּית יִשְׂרָאֵל רַעֲוִיָּהּ* אֲשֶׁרֶי שְׂכִינָתָהּ בִּיְהוּדָה חָמוֹן חָבֵר גִּרְזוֹ וְשִׁשְׁתָּיו רַעֲמֵיָהּ *Quum domus Israel voluntatem ejus fecerit; inhabitare fecit majestatem suam inter eos; tunc fregit sagittas et arcus populorum, prodeuntium ad bellum; scutum et acies militares abolevit.*

5. *Splendidus*, i. e. illustris, gloriosus, ut et alia Participia passiva naturam induunt adjectivorum, ut *נִפְלְאָה* mirabile, Pf. XL, 6.; *בוֹרָא*, *terribilis* Pf. XLVII, 3. *מְהֻלָּל*, *laudabilis*, Pf. XLVIII, 2. In verborum, quae sequuntur: *אֲדִיר מְהֻרָּרִי-טָרָךְ*, interpretatione magna sententiarum varietas. Alexandrinus hunc versiculum ita translulit: *Φωτίζεις σὺ Σαυααστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰώντων*, hincque Vulgatus: *illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis*, quos, vel coelos intelligere licet, vel montem Sionem, in quo tanquam loco et domo sua habitare dicitur; hunc certe intellexit Syrus, qui haec habet: *אֲדִירִי מִטָּרְךְ מִהַרְרֵי־טָרְךְ* illustris es et laudatus ex monte tuo potente, vel, ut Erpenius maluit: *prae monte tuo potente*. Theodotion: *Φοβερός ἐὶ Σαυαα-*

μαστός ἀπὸ ὀρέων καρπίμων, ἡρῦ folium, h. l. significare existimavit, ut Ezech. XVII, 9. Sed reliqui interpretes nomen, illud usitato *praedae* significatione acceperunt. Aquila: Φωτισμός σὺ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων ἀλώσεως, et Symmachus: ἐπιφανής εἰ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων θήρας. Atque hos quidem omnes particulam מן (ante הַרְרֵי) ex accepisse patet. Ita sensus erit vel hic: tu, potentissime, perinde ac leo, qui cum in montium cavernis ac lustris habitet, ad praedam rapiendam decurrit, non aliter ex monte tuo sancto, in quo habitas, in exercitum hostium irruens, omnes interemisti; vel comparatur Deus, hostium victoria potitus, leoni e praeda redeunti atque exultanti, hoc modo: tu totus nunc emicas et fulges, sicuti quum leo praedae satur e montibus redit jubar hinc inde superbe quassans. Alii praefixum illud מן reddendum putant *prae, magis*, atque *montes praedae* intelligunt, ut latronum praedonumque sedes, ut sensus sit talis: es illustrior et formidabilior quam montes praedatorii, id est, quam potentes et violenti illi reges in terris universi, qui regna et populos praedantur. Cujus interpretationis, ceteris omnibus haud dubie praefereandae, auctor est Chaldaeus, qui integram Versum ita explicavit: כְּהֵיךָ, דְּחֵילֵךְ אִמָּה אֱלֹהִים מְשַׁבַּח מִן בֵּית מְקֻדְשֶׁךָ, יוֹשֵׁעַן מִן קְדֻמָּה מְלִבְיָה דְּיַחְבִּין בְּכַרְפֵי טוֹרְנָא אַחַר בֵּית הַיְיָ, בְּנִישׁוֹתָ בְּנַחְהוֹן. *Splendidus, formidabilis tu, Deus, laudandus, ex habitatione sanctitatis tuae; contremiscunt coram te reges, qui habitant in arcibus montanis, loco collectionis praedae eorum.* JARCHI per montes praedae homines giganteos intelligit et montium instar altos praedaeque assuetos, quorum potentia nihil sit ad Deum. Mitto alias minus probabiles loci hujus interpretationes, quarum quidem ope Arabici طَرْفٌ^{15c}, *sex* novas excogitavit J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1036.

6. מְלִבְיָה, *Praeda facti sunt*, respicit ad illud, quod Versu praeced. dictum erat de violentis alios infirmiores depraedantibus, ut sensus sit, Deum merito cunctis

ctis excelsores dici, utpote cujus nutu et virtute isti, qui alios praedati sunt, nunc ipsimet fiant praeda aliis. Verbum Hithpael (Syrorum more formatum, characteristica praeformante *Aleph* posita pro *He*, ut הִתְאַמְּלִי pro הִתְאַמְּלֵי Jef. LXIII, 3. הִתְחַבֵּר pro הִתְחַבֵּר 2 Paral. XX, 35.), passivam habet significationem (non reciprocam), sicut et Aramaeis passiva hoc modo efferri solent, adeoque proprie est *praedam fieri, exspoliari*, quo modo semel adhuc forma illa Hithpael occurrit Jef. LIX, 15. *Recedens à malo* $\text{לְשׂוֹמְרֵי מַלְאָכָה}$ *praedae expositus est*. Hujusmodi passivus conjugationis quartae significatus deprehenditur etiam in illo Coh. VIII, 10. וְיִשְׁמְחוּ *et oblivioni traditi sunt*; Ezech. XIX, 12. וְהִתְפָּרְקוּ , *rupti sunt*, Mich. VI, 16. וְיִשְׁמְרוּ , *observatur*. Cf. Deut. XXVIII, 68. Pf. XCII, 10., et GESENI *Lehrgeb.* p. 247. Chaldaeus: $\text{אֲבִיעְרוּ מִצְבָּחֵיהֶם וְיָבִי קָרְבָּא}$ *Abjecerunt a se arma sua bellica*. $\text{אֲבִירֵי לֵב כְּמוֹ שֵׁנָה}$ *Fortes corde, animosissimi dormiverunt somnum suum*, h. e. interfecti sunt, aeternum mortis dormituri somnum. *Mors enim somnum* h. l. intelligendus est, ut Jerem. LI, 39. *Inebriabo eos, ut dormiant somnum sempiternum, et non evigilent*. Cf. Pf. XIII, 4. XC, 5. Quapropter, ut indicaret certi generis somnum, non vulgarem, apposuisse videtur affixum: *somnum suum*. Alexandrinus prius hoc hemislichium hoc modo reddidit: $\text{ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῆ καρδίας. ὑπνωσαν ὑπνον αὐτῶν}$, hincque Vulgatus: *turbati sunt omnes insipientes corde; dormierunt somnum suum*, neque aliter Syrus $\text{لَمَسَ كَلِمَاتُ السُّفْهَانِ وَجَدُوا لُبَّهُمْ مَبْهُوتًا}$ *conturbati fuerunt omnes stulti corde etc.* Pro אֲבִירֵי Graecum interpretem אֲבִירֵי vel אֲבִירֵי , ו et ו permutatis, legisse aliqui putant, hoc est, *perditos corde*. Sed quum et Jef. XLVI, 12. (al. XLVII, 1.) eadem verba hebraea, אֲבִירֵי-לֵב , Alexandrinus $\text{οἱ ἀπολωλεπότες τὴν καρδίαν}$ reddiderit; videtur vel utroque loco *fortes* i. *duros corde* accepisse in malam partem de temerariis hominibus, qui stulte

stulte et coeco impetu sese periculis obijciunt; vel, quae Agellii est conjectura, gratiam inspergere sermoni voluit, ut τὸ παρ' ὑπόνοιαν subjungeret; „nam cum expectaretur ex consequentia sermonis: *turbati sunt fortes corde*, subjunxit similem vocem [in Hebraeo puta, אַפְיָרִי pro אַפְיָרִי substituendo] sed contrarium significantem, *perditos corde*; simili figura, ac si apud Latinos cum dicturus putetur aliquis *praeditos corde*, praeter opinionem dicat *perditos corde*.“ אֵלֶּיךָ וְיָהוָה כָּל-אֲנָשֵׁי-חַיִל וְיָהוָה Nec *invenierunt omnes viri fortes manus suas*, i. e. qui urbes, qui regna vicisse gloriabantur, eos vires ipsae manusque suae defecerunt. *Manus* pro *viribus*, ut 2 Sam. IV, 1. 2 Reg. XIX, 26. Ezech. VII, 27. Veteres ante וְיָהוָה subaudierunt praefixum ב, unde Alexandrinus: καὶ οὐκ εὗρον οὐδὲν πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλοῦτου ταῖς χερσὶν αὐτῶν, exque hoc Vulgatus: *nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis*; nomen חַיִל pro *opibus* accepit, quomodo saepius occurrit, et לֵאִל substantive, *nihil*; ita sensus erit hic: qui vel, suis opibus et divitiis confidentes ac freti bellum Israelitis intulerunt, vel ad praedas faciendas strenui, nihil viribus suis acquirere potuerunt. Chaldaeus: וְלֹא סָפְדוּ כָּל-גְּבָרֵי חַיִל לְמַחֵר וְיָהוָה וְיָהוָה nec *potuerunt omnes viri fortes prehendere arma sua manibus suis*.

7. אֲבָעַרְתָּךְ אֵלֶיךָ וְרָכַב וְסוּסֵיךָ *Ab increpatione tua somno obrutus fuit et currus et equus*, i. e. tam illi, qui curribus; quam qui equis vehebantur. Synecdoche, qualis 1 Reg. X, 28. *equus* pro rebus equo veetis, et Jes. XXIII, 1. *navis* pro iis, quae navi insunt. De curribus bellicis vid. Exod. XIV, 7. Jud. IV, 13. Ps. XX, 8. Duplex ו ante רָכַב et סוּסֵי distributionem importat, ut Genes. XXXVI, 24. Alexandrinus hebraea אֲבָעַרְתָּךְ וְרָכַב וְסוּסֵיךָ non satis accurate ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβηκότες τοὺς ἵππους reddidit, quod sequutus Vulgatus: *dormitaverunt, qui ascenderunt equos, nec non Syrus.* Chaldaeus:

daeus: המכון ארתוכיו ופרשיו אהעקרי *obdormiverunt cur-
rus, et enervati* I. subverli sunt equites.

8. אמה נורא אמה *Tu terribilis tu*, i. e. es, posterius pronomen vices gerit verbi substantivi. Sensus: tu solus terribilis es. ומי יעמד לפניך *Et quis stabit coram te?* quis tam intrepidus est ac fortis, ut te sustinere possit, vel increpantem (Vs. 7.), non modo adversus pugnantem? Quo eodem sensu verbum *stare* Jos. VII. 12. Dan. VIII. 4. — מאז אפך *Ex tunc iras tuae*, i. e. inde ubi ira tua exarsit semel. Chaldaeus: מעתה דיתקוף ריגזה *ex tempore quo invaluerit ira tua.* DATHIUS post A. SCHULTENS (in Commentar. ad Job. III, 13.) propter fervorem iras tuae reddidit, ut אז h. l. sit nomen substantivum אב^ו אף; *bullire, evervescere.*

9. משמים השמעה דין *Et coelis audire fecisti judicium*, de coelo, tanquam de sella judicis promulgasti severam sententiam, וראה ושקטה ארץ *Terra timuit et quiescit.* КИМЧИ: „timuit Deum terra gentium, et quievit ab oppugnatione Israelis.“ Quod haustum ex hac Chaldaei interpretis explicatione: ארעה דעממי דחילה *terra gentium timuit, et terra Israelis quievit.*

10. Dependet hic Versus ab eo, qui proxime praecessit, hoc sensu: terra tremuit et quievit, postquam Deus tandem exsurrexit, ut poenas ab hostibus iudicio persequeretur, contra vero Israelitis salutem afferret. Chaldaeus: אמרו צדקא יקום לריגא עם רשועא מלהא למפרק *Dicunt pii: exsurgat ad iudicandum cum impiis, Deus, ut salvos faceret ex manibus eorum omnes mansuetos terrae.*

11. המה אדם הודך *Nam furor hostium laudabit te*, i. e. dum iudicium ita exerces, evenit, ut enascatur tibi laus maxima ex ipso hostium furore; vel: furor hostium a te domatus materiam te celebrandi prae-
bet.

bet. Verba, quae actionem seu effectum notant, de occasione ejus haud raro intelligenda sunt, ut Genes. XLII, 38. XLIII, 6. Exod. XXIII, 8. Vid. GLASSII *Philol. S.* ed. Dath. p. 204. seq. Alii *iram hominis* accipiunt pro hominē irato, abstracto posito pro concreto, sensumque faciunt hunc: reliqui mortales tunc tremuerunt et quieverunt (Vs. 10.), quoniam necesse est, ubi vis, omnes homines, quantumvis feroces et furentes, tibi cedere, tuam potentiam agnoscere et celebrare. רָאָהָהּ הַמַּחַיִּיטִים הַיְרֵאָוֶשׁ *Residuum irarum accingis.* Irae humanae opponit iras Dei graves atque multas, et quidem tales, quas adhuc nondum exseruit, sed in suis quasi armamentariis reservavit, unde nomen הַיְרֵאָוֶשׁ, *residuum*, usurpat. Sensus igitur erit hic, vanum hominum furor irae Dei praebere tum ansam, tum celebrationis materiam, quando nimirum iste hominum furor efficit, ut Deus instar herois ira succensi, residuum irarum apparatus, tanquam arma, producat, eodemque se gladio et pharetra accingat. Verbum enim רָאָהָהּ de armorum bellicorum apparatu dicitur, vid. 1. Reg. XX, 11. Jud. XVIII, 11. 16. 17. Pf. XLV, 4. JARCHI *constringendi; cohibendi* notione accipiendum putat, ex usu linguae Mischnicae, ut sensus integri Versus sit hic: *quum ira hominis confitebitur tibi, i. e. quum hostis, qui ira et furore armatus in populum tuum et sancta tuā tanquam insanus ferebatur, victus atque prostratus se merito poenas dedisse cognoverit, tunc reliquias irarum tuarum succinges et supplicium, si quod reliquum erat, eique debebatur, praecinges ac ligabis, non omnem poenam irrogabis.* Veterum solus Symmachus verba hebraea accurate expressit: ὅτι θυμὸς ἀνθρώπου ἐξομολογήσει σοι, λείψανον θυμοῦ περιζῶσεν. Sed longius ab Hebraeo discedit Alexandrinus: ὅτι ἐνθυμίον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεται σοι, καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου εὐδοκᾶσει σοι. Quae Vulgatus ita reddidit: *quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.* הַמַּחַיִּיטִים nomen a verbo חָצַב, *pos-*

oenituit, deductum putavit; nam et Genes. VI, 6. וַיִּנְחַר אֱלֹהִים בְּעֲשָׂוֶת הָאָדָם *ἐνεθρομθη* transtulit Graecus interpres; pro וַיִּנְחַר autem וַיִּנְחַר a verbo וַיִּנְחַר intellexit. Sensum putavit esse tunc: poenitentia facti, quae hostium animis post accedentem cladem successit, tua laus est, et tuae potentiae confessio; ea vero poenitentia ducti, quod inte temere et aulacter contra religionem cultumque tuum ab ipsis commissum est, tui nominis observantia, sacrificiorum oblatione atque donariis compensabunt. Syrus in prioris semislichii interpretatione sequutus est Alexandrinum:

וְלֹא יִשְׁכַּח לְבָבוֹתָיִךְ וְלֹא יִשְׁכַּח לְבָבוֹתָיִךְ *Propterea quod cogitatio filii hominis confitebitur tibi; et reliquum irae ejus abrumpet indignationem.* Chaldaica duplex extat hujus loci interpretatio, altera talis: כִּד אִנְתָּ רָגַז עַל עַמְּךָ אֲנִי כִּד מִרְחַם עֲלֵיהֶוּן וְהִבְנוּ יוֹדֵנוּ לְשִׁמְךָ וְשָׂאֵרָא דְרַחֲמָא דְאִשְׁתַּחֲוֵי מִרְחַם לֵךְ מִן רַגְזָא דִּי רַגְזָא תּוֹרֵיוּ לְחַפְלָא עֲמָא *Postquam tu iratus fuisses in populum tuum, miseratus es eorum, atque illi laudarunt nomen tuum, et reliquum fervoris, quod tibi reliquum mansit ex ira qua commotus eras, adcinxisti ad perdendum gentes.* Altera haec: וְחָקוֹף רַגְזָא עַל עַמְּךָ יִתְבַּחוּ וְיִזְכְּרוּ לְשִׁמְךָ וְאֲנִי תֵּיב מִן רַגְזָא כִּרְחִיבָא עַל שְׂאֵר עַמְּמָא מִנִּי רַגְזָא תּוֹרֵיוּ *Nam postquam invaluisset ira tua adversus populum tuum, revertentur et laudabunt nomen tuum; tu vero ab ira tua reversus contra reliquas gentes portionem irae accinges.*

12. וַיִּשְׁבַּע יוֹבָה אֱלֹהִים *Vovete et persolvite vota Jovae Deo vestro.* Adhortatur non barbaras gentes, sed Israelitas (quorum proprie Deus erat Jova), atque hos quidem *vel* in mediis adhuc periculis constitutos, ut vota Deo concipiant, *vel* eosdem in libertatem jam assertos; atque hac ratione Imperativus vim habebit loquutionis conditionatae, ut Luc. X, 28. *Fac hoc et vives, i. e. si feceris hoc, vives.* כִּל-סְכִיבֵינוּ יוֹבִילֵי שְׂרִי לְמִוֶּרָא *Omn-*

nes circuitus ejus afferant munus numini, quae adhortatio spectare videtur ad populos finitimos, quod qui tetrae Judaeae circumpositi habitabant, in circuitu Jovae esse dicuntur, ΚΙΜΧΙΘ observante; quum enim, inquit, habitet Deus in terra Israelitica, ejus regionis vicini sunt et Dei. Hos itaque monet, ut donis ac muneribus iram Dei placent, et si quid de illius honore, cultuque detraxerint, his officiis cultuque restituant. Nomen סְבִיבִי non esse conjungendum cum verbis, quae praecesserunt, נָדַרְוּ, וְשָׁלְמוּ, verum cum יִזְכִּילוּ, docet accentus *Merca compositum* in אֱלֹהֵיכֶם, quippe quod sequenti Athnach suam adimit distinguendi potestatem, Versumque secat in duas partes. מִזְרָא לְמִזְרָא, vertunt *terribili*; non repugno; sed sciendum, idem hic esse מִזְרָא, quod Genes. XXXI, 53. est פָּחַד, quum dicitur Jacob jurasse פָּחַד אֲבִירֵי יִצְחָק, quod nescio an recte verti queat: *per terribilem patris sui Isaaci*, sed: *per pavorem aut timorem patris sui*. Est id ipsum, quod Apostolus 2 Thessal. II, 4. vocavit *σεβασμα*, ubi Syrus: *esseret se super omne*, quod vocatur אֱלֹהֵי סְבִיבִי, *Deus et timor*, id est, Deus, et numen. Apud Hebraeos enim זָרָא et פָּחַד, ut et apud Syros זָרָא וְהִל, *timuit*, quum ad Deum referuntur, significant *colere Deum*, quod Graeci dicunt *σεβάσειν*, atque ita substantiva מִזְרָא, פָּחַד, זָרָא, quae alioquin *timorem* simpliciter denotant, quum de Deo dicuntur, significant illud ipsum, quod timetur ac colitur, τὸ *σεβασμα*. Sensus ergo est: *adferte munus numini.* LUDOV. DE DIEU. Chaldaeus Versum hunc sic est interpretatus: נָדַרְוּ נְדָרֵינוּ וְשָׁלְמוּ קָדְשׁ יְיָ אֱלֹהֵינוּ כֹּל דְּרִיבֵינוּ חֲזֹר חֲזֹר לְמִקְדְּשֵׁי יְיָ חֲזֹר קִרְבְּנֵינוּ לְבֵית מִקְדְּשׁ דְּחֵיל *Vobete vota et persolvite coram Domino Deo vestro, omnes qui circumcirca sanctuarium ejus habitant, afferant munera ad domum sanctuarii Venerandi.*

13. יבצר ריח נגידים *Vindemidit spiritum principum.*

Cohaerent haec cum iis, quae praecesserunt, hoc modo: *afferant munera numini, quod cernunt principum fastum et superbiam, ubi visum est, vinitoris instar amputare.*

Alexandrinus: καὶ ἀφαιρουμένω πνεύματα ἀρχόντων. Verbum *בצר* proprium est vindemiatorum, valetque *uvas a vitibus succidere, vindemiare*, ut constat ex Jerem. VI, 9.

XLIX, 9. Obad. Vs. 5. Levit. XXV, 5. 11. Similis metaphora est Jud. XX, 46. *ויעללהו, et racemaverunt eum* (Benjamin). Cf. Apoc. XIV, 18. 19. *ריח, Spiritum*, alii

vitam interpretantur, quasi diceretur: suorum causa, ubi est opus, principibus ipsis vitam adimit; alii vero, rectius, fastum et superbiam, ut Job. XV, 13. Prov. XVI,

28. Ita Chaldaeus: *diminuet elationem spiritus principum.* נורא למלכי-ארץ *Formidabilis ipsis etiam regibus terrae.*

PSALMUS SEPTIMUS ET SEPTUAGESIMUS.

A R G U M E N T U M.

Prior carminis pars gravem continet querelam de calamitate, ut videtur, publica, altera vero parte contestatur vates, nihil sibi efficacius fuisse ad confirmandum trepidum et dubitantem animum, quam memoria temporum antiquorum, quibus populum suum Deus in summis periculis conservavit. Subito autem abrumpitur carmen, in media commemoratione rerum mirabilium, quas Deus olim in populi sui gratiam fecerat, nulla ad praesentia accommodatione diferta facta, ut in aliis hujusmodi Psalmis observatur. Id quod in hanc adducere nos posset suspicionem, hunc Psalmum esse longioris carminis particulam. Temporis quo editus sit Psalmus, indicia apparent nulla *).

2. ילד

*) J. H. PAREAU in *Institut. interpretis V. T.* (Traj. ad Rhen. 1822.) p. 330. judicat, Psalmi hujus, abruptius desinentis, Versum ultimum. Psalmi LXXX. initio aptissime jungi, et ex utriusque Psalmi conjunctione unum quoddam oriri carmen omnibus partibus, cohaerens et absolutum. Psalmo LXXX. autem, postquam separatim carmen habere coeptus esset,

titu-

2. קולי אל-אלהים *Vox mea ad Deum directa est.*
 Et *audire ad me*, i. e. exaudiet me; Infinitivus per enallagen pro futuro positus, ut Prov. XII, 7. 2 Sam. III, 18. Jerem. VI, 11. Cf. N. G. SCHROEDER: *Syntax. Reg. LIV*; et GEBENII *Lehrgeb.* p. 783.

3. ביום צרתי אבני דרשתי *In die angustiae meae quaesivi Dominum*, i. e. opem ejus rogavi. Vid. AVRI-VILLII *Dissertat. de verbo דרשתי*, p. 433. seqq. וירי לילה בנתי *Manus mea per noctem effusa*, quod, observante Ludov. de Dieu, amplius est, quam simpliciter extensa, significat enim, se tanta vi extendisse, ut coelum versus quasi effuderit, sicut aquae effusae dicuntur בנתי 2 Sam. XIV, 14. Alii sic reddunt: *manus mea noctu persufusa*, referuntque ad copiam lachrymarum, quibus inter precandum manus perfundebatur. Ita Chaldaeus: ונתי עיני *stillat oculus meus lachrymis*. Videtur ejus menti obversatus esse locus similis Thren. III, 49. בנתי *Desluit oculus meus* בנתי *absque requie*. Sunt, qui *manum pro plaga* h. i. accipiant, ut JACONI, et Coccejus, qui tamen בנתי *protrahitam* existimat significare (notione mutuata a בנתי, et cf. MICHAELIS *Supplem.* 1595.), hoc sensu: *plaga mea ipsa nocte, qua somnus solet lenimen dolorum asserre, protrahitur, afficere me pergit*. Alexandrinus: τὰς χερσὶ μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ, quod Vulgatus sequutus: *manibus meis nocte contra eum*. Legit בנתי pro בנתי. Syrus quoque pro Resch legit Dateth, sed alio omnino sensu: *manus ejus noctu me flagellavit*, ac si scriptum fuisset: וירי לילה בנתי, et apud Hebraeos idem significaret בנתי quod apud Syros, nempe *flagellare*. Recte vero Symmachus: ἡ χεὶρ μου ἐντραπέδῳ διηνεκῶν. De verbo בנתי vid.

titulum adjectum esse, in quo eidem Asapho adscriptus est auctori, quod forsitan ob summam et dictionis poeticam et argumenti similitudinem factum sit.

vid. not. ad Pf. XXXVIII, 9. *אָנָה הָפַח נַפְשִׁי* *Renuit consolationem admittere anima mea*, prae angustiarum vehementia, aditus solatio omnes veluti praecludente. Eadem verba dicuntur de Jacobi dolore, qui vix levari potuit, Gen. XXXVII, 35., nec non de Rabele Jerem. XXXI, 15.

4. *אֲזַכֵּר אֱלֹהִים* *Recordor Dei*, gratiae, quam mihi praestitit, dum mihi saveret, ut recte Jarchi. *וְאֶתְרַמְּסָה*, *Et perstrepo*, pro *אֶתְרַמְּסָה*, ut *וְאֶתְרַמְּסָה*, *venite*, pro *וְאֶתְרַמְּסָה*, Jes. XXI, 12. et ibid. *וְאֶתְרַמְּסָה* pro *בְּעִי*, *quaerite*; tertia radicalis He ante paragogen in Jod mutatur, et vocalis terminalis Camez pro Patach substituitur; vid. N. G. SCHROEDER *Instit. Ling. Hebr.* Reg. CLXXVI. β. et GESENI *Lehrgeb.* p. 429. No. 5. *וְאֶתְרַמְּסָה*, *Et deficit spiritus meus*, cf. Pf. LXI, 3. Chaldaeus: *וְאֶתְרַמְּסָה* *et fatigatus est spiritus meus*.

5. In verbis *וְאֶתְרַמְּסָה* interpretationis discrepantiam creat nomen *וְאֶתְרַמְּסָה*, quod alii significatione cum *וְאֶתְרַמְּסָה*, *vigiliae*, (Pf. LXIII, 7. CXIX, 148.), existimant convenire, et hinc, subaudito praefixo ב, ita sensum faciunt: *tenuisti oculos meos in vigiliis nocturnis, ne somno frui potuerim*. Alii vero *וְאֶתְרַמְּסָה* interpretantur *palpebras*, quod eae veluti oculorum sunt *custodiae* (a verbo *וְאֶתְרַמְּסָה*, *custodivit*). Ita Chaldaeus: *וְאֶתְרַמְּסָה* *tenuisti palpebras oculorum meorum*, apertas intellige, ne clauderentur in dulcem somnum. Sic Aquila quoque: *κατέσχεες Φυλακὰς ὀφθαλμῶν μου*, et Theodotion: *ἐκράτησας Φυλακὰς ὀφθαλμῶν μου*, nec non Aben-Esra. Alexandrinus in codice Vaticano: *προκατελάβοντο Φυλακὰς πάντες οἱ ἔχθροί μου*, sed in Complutensi atque Aldina: *προκατελάβοντο Φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου*, et sic Vulgatus quoque: *anticipaverunt vigilias oculi mei*, ex Pf. CXIX, 148., hoc sensu: tantis curis et molestiis angebar, ut si maxime vellem somnum capere, nullo modo possem, neque ulla vigiliarum pars accederet, quin oculos apertos atque pervigiles inveniret. *וְאֶתְרַמְּסָה* Alexandrinus *ἐταράχθην*, Vulgatus *turbatus sum*, et Chaldaeus

daens אַמְרַפִּיחַ, *conturbatus* sum, reddidit, atque eodem modo iidem interpretes reddiderunt Genes. XLI, 8. ubi de Pharaone post somnium evigiliante dicitur וַחֲבָעַם רִחוּ, et in Hithpael eadem quoque locutio de Nebucadnezare usurpatur Dan. II, 11: Videtur esse verbum denominativum אָפַעַם, *gressus*, quo animi irrequieti motus indicatur, placidae mentis tranquillitati oppositus. J. D. MICHAELIS in *Supplemento*, p. 2032. collato Arabico فـعـم, *plenus fuit*, verbum nostrum sic interpretatur: *plenus eram querelis et ira.* וְלֹא אֲדַבֵּר *Ut loqui* s. effari satis aerumnas meas *nequeam.* Particula *Vau* ut reddenda, quemadmodum Pl. LIX, 1. 14.

6. וְיָמֵי מִקְדָּם שְׁנוֹן עוֹלָמִים *Cogito* s. *supputo dies ab antiquitate*, i. e. *dies antiquos, annos seculorum, temporum pristinorum.* Bene Chaldaeus: מְבִיחַ יוֹמֵי *Numeravi dies bonos inde ab antiquis temporibus, annos bonos inde a seculis.* Misericordia mea tanto gravius accumulatur, quanto crebrius revolvo tempora pristina meliora. Cf. Pl. CXLIII, 5. Deut. XXXII, 7.

7. אֲזַכֵּרָה כְּגִיבַחֵי *Recordor pulsationis meae, carminum meorum pristinorum, quibus divina beneficia celebravi.* Chaldaeus: חֲוַשְׁבַּחֵי, *laudis* s. *cantus mei.* בְּלַיְלָה *Noctu cum corde meo meditor,* Chaldaeus: אִמְלֵל עִם הַרְהוּרֵי לִבִּי *cum cogitationibus cordis mei colloquor.* *Et scrutatur spiritus meus,* Chaldaeus subaudit *res mirandas, s. priora Dei facinora mirifica.* Sed rectius Aben-Esra: *scrutatur*, eo nimirum modo, qui Vs. 8 — 11. sequitur.

8. הֲלְעוֹלָמִים יִזְכֶּה אֲרִבִּי *Num perpetuo indignabitur Dominus?* Vid. de verbo יִזְכֶּה ad Pl. LX, 3. Chaldaeus: הֲיִלְעָלְמִין יִרְחֵק יְיָ *Num potest fieri, ut perpetuo recedat Dominus?*

9. הֲאִפֶּס לְבַצַּח חֲסֵדוֹ בְּמֵר אֲמַר לֵרֵר יְיָ *Num desit in perpetuum gratia sua?* num (repetendum הֲ ex hemistichio priore, ut Pl. LXXXV, 6.) *finitum est verbum*

generatione in generationem? num irrita facta sunt promissa sua? אמר ה. l. de *promisso* intelligendum videtur, ut Ps. LXXVIII, 12. Plane aliter Chaldaeus de *minis* accepit, hoc modo: אַפְשָׁר הִי שְׁלִים פְּחָגַם הַבִּישׁ עַל כָּל דָּר וָדָר; *num possibile est, ut completum fuerit verbum malum super omnes generationes?*

10. אִם קָפַץ בְּאַף רַחֲמָיו Num *praeclusit in ira miserationes suas?* Chaldaeus: אִין סְלִיק בְּרַחֲמָיו מִן לְמַבְרַח; *An cessavit in ira sua commoveri misericordia sua?*

11. Versus obscurus ob verborum הַלֹּחֵתִי et שָׁנוֹה ambiguitatem. Plérigue הַלֹּחֵתִי *vulnerari meum* (a הַלַּל *vulnerari*, (Ps. CIX, 22.) i. e. plaga, dolor meus, interpretantur, vel etiam *infirmare me* (Infinitiv. Piel verbi הָלַח; Deut. XXIX, 21.), i. e. infirmitas mei, s. quod aegrum et infirmum tantum me reddit; שָׁנוֹה autem verbi שָׁנָה *mutavit*, Infinitivum existimant, utrumque Chaldaeo auctore, qui hunc Versum sic reddidit: וְאַחֲרֵיהּ מְרַעֲוֵתִי הִיא; *Et dixi: infirmitas mea haec; mutari s. mutatio ejus potentia dexterarum excelsae.* Sensus est: mea plaga, quod istis cogitationibus inhaereo, et anxia praesentium calamitatum meditatione me discrucio, quam tristem rerum faciem nemo, praeter Deum, mutare poterit. Alii, iisdem verborum significationibus retentis, sensum faciunt hunc: dolor meus non aliunde venit, nisi quod mutata est dextera excelsi; quae enim prius confringebat inimicos, nunc conversa retro est ab illis expugnandis atque cohibita. Cum verbis הַלֹּחֵתִי הִיא comparant haec Jeremiae verba X, 19. *Vae mihi super contritione mea! dolorosa est plaga mea, et ego dixi: אֲמַר וְהָ הַלִּי, profecto haec infirmitas mea est.* Alii: *precari meum hoc est: mutari dextram Altissimi.* Cui interpretationi, ab alio quodam Chaldaeo interprete exhibitae, qui הַלֹּחֵתִי *precatio mea*, pro הַלֹּחֵתִי posuit, jam obvertit Aben-Esra, verbum הָלַח in Piel *precandi* notionem habere, non nisi ubi cum הָלַח conjungatur, vid. Exod. XXXII, 11. 1 Sam. XIII, 12. 1 Reg. XIII, 6. Ob-

servavit tamen **ΛΥΔΟΥ. ΔΕ ΔΙΕΥ**, nihil impedire, quominus et sine nomine illo **הָלוֹה** idem significet, sicut **הָרָה** pro *irasci* plerumque adjunctum habet nomen **הָא**, interdum tamen et sine eo idem significat. **Aben-Esra** **הָלוֹה** interpretatur *occidere meum*, s. *mors mea*, coll. Deut. XXI, 1., ubi **הָלוֹה** de *cadavere occisi* dicitur, **שָׁנֹה** vero pro nomine, *annos* significante, accipit, ante quod *recordandi* verbum e Verfu proximo subaudit, unde hic enascitur sensus; *dixi, mors mea*, i. e. actum est de me; succumbam sub hac calamitate; sed recordabar *annorum dexteræ excelsum*, i. e. in tanta desperatione recordabar temporis prioris, quo Deus manum suam fortem exeruit succurrendo suis, ubi maxima patravit facinora. Quae interpretandi ratio durior videtur.

12. 13. Doloris sui optimum remedium statuit hoc, ut recordetur pristinorum Dei operum, unde constare queat, posse omnino Deum miserum suum statum convertere in meliorem, quod quidem remedium quum placeret, sequitur Vs. 13. **וְהִתְחַיֵּיתִי**, *meditatus igitur sum* etc. Pertinet ergo **אֲזַכֵּר** ad ea, quae Vs. 11. coeperat secum dicere.

14. **אֱלֹהִים בְּקֹדֶשׁ הָרָה** *Deus in sanctitate est via tua*, i. e. sancta est, vel potius ipsa quasi sanctitas, sancta sunt et iusta, quae facis, omnia. Emphatica construendi ratio, qua praedicatum suo subjecto non nude jungitur, sed praemissa particula **ב**, *in*, quae interiorē rei aut personae naturam et conditionem clarius significet, ut Exod. XXXII, 22. **כִּי פָרַע הָיָה**, *quod in malo est*, i. e. malus, vel, in conditione mali. Prov. III, 26. **יְהוָה יְהוָה יִהְיֶה בְּכַסְלֶךָ** *Jova erit in fiducia tua*, i. e. ipsa tua fiducia. Cf. Prov. XVI, 6. Ies. XL, 10. Chaldaeus: **קְדִישׁוֹ אֵינְתְּחִיר** *sanctas sunt viae tuae*. Alii *sanctum* h. l. arcanum interpretantur, et captum humanum superans. Alii, veram significationem hebraei retinentes, *sanctuarium* intelligunt, ex quibus aliqui de tabernaculo, aliqui de caelo cogitant, coll. Ps. LXVIII, 18. 25. —

13. *Quis Deus magnus sicut Deus?* ו. e. sicut tu, posterius nomen positum est loco pronominis. Chaldaeus: כַּאֲלֵהֵא דִּישְׂרָאֵל, *sicut Deus Israelis*, non male, nam אֱלֹהִים non nisi de Deo vero, quem Israeliticus populus colit, usurpatur.

16. *Redemisti brachio scil. גְּמַרְיָהּ, exerto. & robusto, ut habetur Exod. VI, 6. Pf. CXXXVI, 12., h. e. robore insigniter conspicuo, quale est bellatorum vel heroum. Quando robore potentiae tuae liberaisti populum tuum educendo ex Aegypto, ut mox dicitur, tuum igitur ostendisti potentiam tuam omnibus populis (Vs. 15.).* עַמְּךָ בְּנֵי-יַעֲקֹב וְיוֹסֵף *Populum tuum, filios Jacobi et Josephi.* Chaldaeus: בְּנֵי־אֱלֹהֵי יַעֲקֹב וְיוֹסֵף, *filios, quos genuit Jacobus, et nutrit Josephus*, is enim sustentavit Israelitas in Aegypto, Gen. XLV, 10. 11. Quum igitur Aegyptiacam historiam et vindicias celebret, quibus ex illa terra suos vindicavit Jova, ideo ex autoribus generis sui Jacobum et Josephum nominat solos, quod per hos in Aegypto collecti sint. Alii ex Jacobitis reliquis omnibus solius Josephi mentionem factam existimant ideo, quod is instar primogeniti (1 Paral. V, 6.) duplicem portionem hereditatis accepit, duasque in populo tribus constituit, Genes. XLVIII, 5. 6. Certe tota Jacobi familia hoc *Josephi*, tanquam primogeniti, nomine et alias venit, ut Pf. LXXX, 2. LXXXI, 6.

17. *Viderunt te aquae, Deus, tuam praesentiam potentiamque fenserunt.* Significantur stupenda illa, populi sui ex Aegypto vindicandi atque in Cananaeam introducendi gratia a Jovâ patrata, tam in maris rubri, quam in Jordanis fluvii aquis; quae utraque simili figura conjunguntur Pf. CXIV, 3. *Mars vidit, et fugit; Jordanes retro se vertit.* Et ibid. Vs. 5. *Quid tibi erat, o mare, ut fugeres? Cur tu, Jordanes, vertisti te retrorsum?*

18. Verba זרמו מים עבוח Chaldaeus bene sic reddidit: *descendero fecerunt aquas nubes coeli.* זרמו est Piel pro זרמו, ut שרש, *radices egit*, pro שרש, Jes. XL, 24.; et למשפטו, *judicanti me*, pro משפטי, Job. IX, 15. Alii Pyl putant, redduntque: *effusae sunt aquae e nubibus*; subaudito מ ante עבוח — אף-הצציה *etiam sagittae tuae discurrebant*, quibus *fulmina* significari, docet res ipsa, quum praecesserit, intonuisse aethera. At Kimchius *lapides grandinis* intelligit, coll. Thren. III, 16. Proverb. XX, 17. quibus, locis הצץ de *lapillis* dicitur, ut spectet poeta historiam Jos. X, 11. narratam. Sed nostrum הצציה h. l. idem valere quod הצציה cognoscitur non tantum ex serie orationis, verum etiam e locis parallelis Habac. III, 11. Pf. XVIII, 15. Bene Chaldaeus: *Manipuli sagittarum tuarum discurrebant et flagrabant.* Referuntur haec ad Exod. XIV, 24. 25., ubi narratur, *prospexisse Jovem e nube ignea ad Aegyptiorum exercitum*; quod accipiunt de horrenda tempestate, qua Deus Aegyptios in mari perterrescerit atque conturbaverit. Cf. not. ad laud. Exodi loc.

19. קול רעמה בגלגל *Vox rugitus tui in turbine* scil. *audita est*, ut Chaldaeus addit. Nomen בגלגל alias de *rota* dicitur, vid. Jerem. XLVII, 3, Ezech. X, 2. 6. 13, XXIII, 24. XXVI, 10. Dan. VII, 9. Quam significationem et h. l. Alexandrinus expressit: *Φωνή τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ*, *vox tonitru tui in rota*, ut Vulgatus reddidit. Quod nec sensu caret, si *rotam* per synecdochen pro *curru* dictam accipias. Nam ita vates depinget Deum curru insidentem, tantoque impetu in Aegyptios invectum, ut de rotis divini currus ad terrendos Aegyptios quasi tonitrua ederentur. Nostro vero loco, quod in altero hemistichio הגלגל et החרץ memorantur, voluerunt quidam vel *orbem coelestem* sive *aethera*, vel omnem rerum creaturarum ambitum et universitatem significari, quam et Jacobus III, 6. τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως vocal,

vocat, et nominis hebraei significationem propriam esse orbem, a verbo *הָבַח*, circumvolvit, nulla est dubitatio. Sed quum non aliunde constet, Hebraeos hunc orbem terrarum ut sphaeram sibi cogitasse, malim iis accedere, qui *הָבַח* h. l. *turbinem*, circulare, omnia in gyrum agitantem, interpretantur, inter quos J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 308,

20. *הָבַח בַּיָּם* In mari via tua, tu fuisti dux populi tui per medium mare. Sic Habac. III, 15. *Viam fecisti in mari equis tuis, in acervo aquarum multarum.* Pro singulari *הָבַח*, quod Masorethae legendum praecipiant, et Chaldaeus etiam expressit, olim pluralis *הָבַחִים* extitit, quem ipsum Alexandrinus et Syrus exhibent, et praeserendum censet Kimchi, ex collatione Ps. CXXXVI, 13, ubi est, not. Verba *וְהָבַח לֹא נִזְכָּר וְהָבַחִים*, et *vestigia tua non sunt cognita*, alii sic interpretantur: omnem captum humanae naturae superant; alii referunt ad aquas maris post transitum Israelitarum statim relapsas, ut nullum transitus vestigium relictum esset, Aegyptiique undis obruti submersique. Nos simpliciter invium iter intelligendum arbitramur, quod sine ductu Dei nemo possit ire aut sequi, ideoque et Aegyptii perierunt.

21. *הָבַח לְרֹאשׁוֹ הַצֶּבֶד* Duxisti ut gregem populum tuum, tanta cura, quanta pastor gregem, ne ullum pateretur detrimentum. Cf. Ps. XXIII, 6. — *בְּרֹאשׁוֹ וְהָבַח* Per manum Moysi et Aaronis, significatur ministerium et opera utriusque, qua Deus ad hanc rem usus fuerit, cf. Exod. IX, 35. 2 Reg. VIII, 53. XVII, 13. Kimchi hunc Versum accipit de populi per desertum deductione, ex collatione Ps. LXXVIII, 52. Alii *אֲרָצָאֵי* faciunt Versus 20., hoc sensu: Aegyptiis obruit iter Deus, Israelitas perduxerunt, Deo favente, salvos, Moses et Aaron,

PSALMUS OCTAVUS ET SEPTUAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Argumentum Psalmi *) potissimum in eo versatur, ut ostendatur, populum, ex quo in fidem et tutelam Jovae receptus sit, subinde temeritate sua atque inconstantia provocasse indignationem Numinis, non sine gravissimo suo incommodo detrimentoque. Exordio facto non nimis brevi (Vs. 1 — 8.) primo exemplo utitur vates sui aevi, omnibus tum familiari atque obvio (Vs. 9 — 11.); dehinc altius descendit atque immitit se in pristinum aevum (Vs. 12. seqq.); populi que historiam inde ab initiis reipublicae usque ad suam fere aetatem persequitur. Consilium videtur duplex habuisse, primo, ut suos ad perseverantiam in fide et religione excitaret, deinde ut pungeret exagitaretque Ephraimitas ob secessionem a gente Davidica, ad quam solam
jus

*) Utimur verbis C. F. SCHNURRERI, solioissimi hujus carminis interpretis, cujus *Dissertatio philologica ad Psalmum LXXXIII.* prodiit Tubing. 1790. 4., deinde repetita est in *Commentat. Theolog. a Felthufsenio atque Kuinoetio* edit., Vol. I. p. 76. seqq.

ius summi imperii pertineat ex voluntate et decreto Jovae.

Carminis causam et originem ex domestico illo bello a Judaeis cum Israelitis gesto, Abia Jeroboamoque regibus, cujus historia 2 Chron. XIII. habetur, esse repetendam, primus vidit SCHNURRERUS, Qua de re pluribus ad Vers. 9. differendum erit.

1. תורה h. l. *doctrinam meam*, non *legem meam*, reddendum esse, docet res ipsa. Significat nomen תורה in genere omnem doctrinam, quaecumque illa sit, atque ita hoc loco etiam praesentem, id est, hujus Psalmi doctrinam, quam subjicit Versibus sequentibus Psalmographus. Eandem *doctrinae, disciplinae* notionem obtinet vox hebraea Prov. I, 8. III, 1. XIII, 14.

2. Nominibus משל atque תורה h. l. ut Ps. XLIX, 5. (ubi not. cf.) significantur *dicta singularia et exquisita*, nec non *memorabilia*, in quibus cognoscendis operae pretium fiat. De verbo נבע vid. not. ad Ps. XIX, 3. coll. not. ad XLV, 1. — מני-קדם Ab (Jod paragogicum, ut Vs. 42.) s. *ex antiquitate repetita*, eloquia de rebus antiquis.

3. Pronomen relativum אשר referri potest tam ad תורה, quam ad ea, quae sequuntur, ita ut sensus absolvatur Vs. 4., hoc modo: *illud quod audivimus, non celabimus etc.*, quod posterius magis probandum.

4. „Pro מני-קדם dicere poterat auctor מנינו. Sed quod ad patres refert aequalium filios, videtur eo consilio fecisse, ut magis etiam patefieret, ad hos jure pertinere, quod sit ab illis profectum.“ SCHNURRER. לרור מנינו מן-קדם *Generationi posteræ enarrantes* scil. מנינו
nos

nos sumus, להללוהו יהוה laudes Jovae, i. e. talia, quibus celebrentur laudes Jovae.

5. Hunc Versum recte sic transtulit SCHNURRERUS: *Nam constituit praeceptionem apud Jacobitas, et legem proposuit apud Israelitas, qua jussit majores nota ea facere posteris suis*, hancque subdit observationem: „Haec non putamus intelligenda esse de legibus atque institutis universis ad ordinandam regendamque rempublicam Judaicam a Deo sancitis; neque enim huic sensui favet series et contextus orationis: sed, quod alii ad ערוה et מורה referunt, pronomen להוריעם, nobis ad ערוה et ערוה בפלגא pertinere videtur, ut sensus sit hic: constituisse Deum, praeclara, inde a primis populi initiis ab se edita, potentiae benevolentiaeque specimina ab his, qui testes ipsi interfuissent, prodenda esse filiis, atque omnino ad posteros transmittenda, ut futurorum etiam hominum proles intelligat, felicissime se agere, si tanto Numini sese committat, atque obsequio et observantia commendare se studeat. Extat locus Deut. IV, 9., ubi gravissime monentur Israelitae, velint memoriam beneficiorum a Deo acceptorum et ipsi sanctam servare, et liberis etiam posterisque commendare diligentissime.“

6. Ante יגלרי subaudiendum pronomen relativum אשר, ut Ps. XLIV, 2. XLIX, 13. LI, 10. Ante יקמו repeti potest vel למען, ut, vel denuo subaudiri אשר, ut sit ulterior descriptio posterorum. יקמו enim, surgere, h. l. idem est ac succrescere, emergere, succedere aliis, ut Exod. I, 8. Schnurrerus verba יקמו ויספרי לבניהם sic reddidit: *atque hi deinceps narrarent filiis suis*, inque nota haec observavit: „יקמו ordinem hic, quo alii aliis sint successuri, significat, et cum modum rei describat, explet vicem Adverbii, vid. SCHROEDERI Syntax. Verbor. Reg. LXIII.“

8. ולא יהיו כאבותם Nec similes essent patribus eorum, „significantur illi, qui ex Aegypto profecti in deserto

serto Arabico diem suum obiere, Num. XIV, 22. seqq.“
 SCHNURRER. Verba לא הכין לבו Schnurrerus inter-
 pretatur: *quorum inconstans erat animus*; „לב גכון“ duplici,
 inquit; sensu dicitur Hebraeis. Modo animum fortem et
 laetum significat, qui metu vel dolore concussus non est,
 veluti Pf. LVII, 8. CXII, 7. X, 17. al., modo eum, a
 quo abest levitas mutabilitasque consilii atque opinionum;
 qui usus hoc Versu cernitur, atque iterum Versu 37,
 Sed ad formulam לא הכין לבו subaudiendum est אל-אלהים,
 is autem dicitur הכין אל-אלהים לבו qui neglectis nu-
 minibus fictis Jovam ut suae salutis verum ac certum
 auctorem unice colit et veneratur, 1 Sam. VII, 3.
 (והכינו לבבכם אל-יהוה) — Recte Chaldaeus nostra ver-
 ba reddidit: הלא מהקו לביה למריה, *nec composuit ani-*
num suum ad Dominum suum. אל-אל רוחו *Cujus animus non firmus fuit cum Deo,* non Deo fuit
 addictus fidei atque firmo animo, fidem debitam con-
 stanter ei non praestitit, cf. infra Vs. 57.

9. Ab exemplo majorum generaliori descendit vates
 ad speciale defectionis aut pervicaciae exemplum, ab
 Ephraimitis praebitum, ut proinde non incommodè ex
 Versu 8. repeti possit particula similitudinis; ut ne essent
 כמכנה, et כבני *sicut filii Ephraim*, cujusmodi exemplum
 subaudiendae particulae similitudinis adfuit Pf. LVIII, 9.,
 cf. Coh. VIII, 1. Intégri Versus sententia igitur talis est:
 ne similes sit Ephraimitis, qui quamvis rei militaris peri-
 tissimi, instructi armis et arcibus nihil tamen profecer-
 rant, sed praelio commisso in fugam conversi sunt.
 „כושקיי-קשה ורומי-קשה כושקיי-רומי-קשה“
 Knappius praecipit, vertendum esse: *Ephraimitae sagitta-*
rios in aciem produxere, sumta significatione verbi ara-
 bici (سيف), *ordinavit, disposuit*; sed hanc significatio-
 nem haud ferunt loca 1 Chron. XII, 2. et 2 Chron. XVII,
 17., ubi כושקיי-קשה non possunt non esse *arcu instructi*.
 Alexandrinus כושקיי-קשה reddidit *εὐρεῖστρος*, consen-
 tente,

liente, praeter Vulgatum, et Arabem, etiam Syro interprete. Nec desunt plane libri, qui scriptionem נוקשי referant. Sed non videtur formula נוקש-קש in usu posita fuisse apud Hebraeos." SCHNURREK. Ceterum haec ad, singulare aliquod factum respectum habere, dubium vix esse potest, quum, recte observante Schnurro, causa non intelligatur, cur et Ephraimitae magis, quam alii, et cur hoc maxime loco commemorandi fuerint. Quod ipsum jam antiquissimos interpretes intellexisse, apparet ex Chaldaica hujus loci explicatione, quae haec refert ad ea, quae 1 Paral. VII, 21. 22. narrantur, ante tempora Mosaica exitusque ex Aegypto, tentasse adversus Githaeos aliquid Ephraimitas, et, ut verisimile est, propter promissionem factam patribus de terra Cananaea, non expectato tempore, quo Deus populum ad illam terram occupandam peculiariter evocaret; quae res et propterea infeliciter eis cessit, et fusi fugatique fuere ab hostibus, quorum pecora abegere. Verba Chaldaei interpretis ita sonant: כר הוי וחביו בר במצרים אתרברכו בני אפרים מנו קצא ושעו ונפקו חלחין שניו קדם קצא בויני קרבא ונגריו נשלי קשחא מפוכו קרל *Quum habitarent in Aegypto, superbiaerunt filii Ephraim, terminum (exitus ex Aegypto) statuerunt et errarunt, et egressi sunt triginta annis ante terminum cum armis bellicis; et fortes, gestantes arcum, terga dederunt et occisi sunt in die acierum bellicarum.* Apparet autem ex indicato loco libri Chronicorum, vivente adhuc Ephraimo haec facta esse a filiis et nepotibus ipsius, cum ad eum consolandum convenerint, qui amisisset in eo praelio vel filios vel nepotes novem. Ita igitur citaret hoc Psalmographus ut exemplum antiquissimum insolentiae tribus Ephraimiticae, atque fiduciae suarum virium, quum profiteatur (Vs. 2.), se ex antiquitate repetiturum, quae dicturus sit, et ordini recensitionis, quod de Ephraimitis dicitur, hoc loco praemittitur exitui ex Aegypto. Sed quominus ad illam historiam nostrum locum

locum referamus, impedit Versus 11., ubi Ephraimitae illa fecisse dicuntur obliti facinorum, quae Jova patribus ipsorum ediderit in exitu ex Aegypto. Taceo alias conjecturas, satis refutatas a Schnurrero, qui perquam apposite observat, verba nostra ita esse comparata, ut unam aliquam eamque notabilem, et poetae aequalibus bene cognitam, rem gestam innuere debeant. „Atque, quam locus hic carminis spectare possit, pugnam haud frustra requiras in annalibus Judaicis. 2 Chron. XIII. legitur, bello Abiam inter, Judaeorum, et Jerobeamum, Israelitarum regem orto, illum fortissimorum hominum quadringenta millia in aciem eduxisse hunc itidem lectissimorum fortissimorumque militum millia octingenta. Ille ex monte Zemaraim in tractu Ephraimitico verba ad Israelitas facit, Jerobeamo perfidiam in regem a Deo constitutum, populo Sacrorum mutationem et a vero Numine defectiōnem exprobrat, contra se suosque in pristina religione et antiqua in Jovam fide perstitisse gloriatur; hoc, quem illi deseruerint, se nunc duce et auspice uti, veri nominis sacerdotes, classicum mox canturos, se secum habere, Jovae ipsius sese causam agere; nolint igitur adversus Jovam facere, a majoribus ipsorum cultum, quod non possit non funestum eventum habere. Deinde cum vident Judaei, se insidijs circumventos esse, atque a fronte et a tergo urgeri, Jovae sui fidem implorant, sacerdotibus tubas instantibus; mox hostes a Deo perculsi in fugam se conjiciunt, et horribilem stragem caedemque patiuntur. Haec clades cum planissime dicatur consecuta esse ex defectiōne Israelitarum a Jova, habes omnino, quo respexisse putare possis vatem, perhibentem, Ephraimitas in fugam conjectos esse propterea, quod foedus cum Jova factum violarint, inque ejus fide permanere recusaverint. Quod autem *Ephraimitas* dicit poeta Israelitas, difficultatem non habet. Nam et Jerobeamus, auctor conditorque regni Israelitici, Ephraimita ortu fuit (1 Reg. XI, 26.), et copiarum, quas contra Abiam eduxit, potiore partem

ex Ephraimitica tribu, omnium, quibuscum juncta erat, numerosissima, collectam fuisse, credibile est ex eo, quod sedes belli esset in provincia Ephraimitica. Constat praeterea, post secessionem decem tribuum populique in duas civitates disjunctionem, usu sensim invaluisse, ut novum regnum non Israelis tantum, sed et, maxime in graviore dicendi genere, Ephraimi nomine designaretur, ducto illo ab ea tribu, quae reliquas et hominum multitudine, et vi atque auctoritate antecelleret. Et quod clades ipsa non copiosius fufusque celebratur, sed paucissimis tantum verbis absolvitur, et quasi significatur magis, quam exponitur; credibile sit, ab illo aevo, quo res omnis, prouti gesta esset, in hominum memoria versaretur, omnibusque nota esset et pervulgata, remotum hand fuisse auctorem carminis.

10. Recte Chaldaeus Syrusque interpretes, ut significarent hunc Versum continere rationem praecedentis versiculi aut belli infelicis, interpretati sunt: *propterea quod non servarunt foedus Dei*, quod in Sinai monte cum Israelitis fecit, Exod. XIX, 5. XXIV, 3. 7., et postea a Mose Deut. XXIX, 9. seqq. et a Josua Jos. XXIV, 24. est repetitum.

11. אֲשֶׁר הִרְאָם, *Quae eis ostendit*; „non potest hic usitato sensu intelli: nam, ad quos pronomem pertinet, Ephraimitae, divinis illis factis, quae mox commemorantur, ipsi interfuisse dici non possunt. Sed quid vere velit auctor, ipse declarat, illico subjiciens (Vs. 12.), נִבְּרַד אֲבוֹתָם עִשָׂה בְּלֵילָה, *coram majoribus eorum mira patravit*. Itaque dum הִרְאָם dicit, non אֲבוֹתָם אֵם הִרְאָה, sed hoc innuit: proxime quidem ad majores pertinuisse ea miracula, sed eadem posteris simul proposita esse, tanquam incitamenta religionis et in cultu divino constantiae.“ SCHNURER.

12. בְּאֶרֶץ מִצְרַיִם. Vid. Exod. VII, seqq. וְעַתָּה In agro s. territorio, ut Gen. XIV, 7. Ruth I, 6. a Sam. VI, 6. Pro צֵעַן Alexandrinus Chaldaeusque interpretes ubi-

ubique *Távις*, תַּמְנִיִּים, ponunt, quae urbs antiquissima (Num. XIII, 23.), et regia Pharaonum sedes fuit, vid. Jof. XIX, 11. 13., Ezech. XXX, 14. Cf. J. D. MYONABEIS *Supplem. ad Lexx. Hebr.* p. 2121. Innuit stupenda illa facta, quibus tunc effecit Deus, ut Pharaeo Israelitas tandem dimitteret.

13. Postea, cum eos Pharaeo armata manu in servitutem retrahere vellet, בָּקַע יָם, *fidit mare*, scil. sinus Arabicoi, ut viam Israelitis tutam ac solidam faceret. Chaldaeus addit: בַּחֲטֵרָה רַמְשָׁה רַבְהוּן, *virga Moysi, praecceptoris eorum*; coll. Exod. XIV, 16. — וַיִּצְבֹּב מַיִם כְּמוֹ בֵּרַךְ. *Et consistere fecit aquas maris tanquam cumulum* (de quo nomine vid. not. ad Ps. XXXIII, 7.) cf. Exod. XIV, 22., ubi aqua Israelitis utrinque *instar muri* stetit dicitur.

14. Cf. Exod. XIII, 21.

15. Verba וַיִּשְׂקֵן בְּהַרְמוֹתָי רַבָּה plerique sic interpretantur: *potavit eos* (subaudito וַתֵּן, ut vult Aben-Elra, simili omissione qualis Ps. LIX, 14. CVI, 7. 29.) *quasi voraginibus magnis*, ut per enallagen adjectivum singulare, רַבָּה, construatur cum substantivo plurali, ut Ps. XVIII, 15. בְּרָקִים רַב, cf. LXVIII, 31. Jerem. LI, 58. Alii adverbialiter accipiunt: *plurimum, copiose*, ut Ps. LXII, 3. Sed rectius Schnurrerus hanc vocem pro nomine habet, quod significet eos, quibus aquatio parabatur, hoc est, populi multitudinem universam. Ita non opus erit, quidquam subaudire. Pro בְּהַרְמוֹתָי in libris bene multis et scriptis et editis (vid. de Rossium ad h. l.) extat בְּהַרְמוֹתָי (quemadmodum Ps. LXXX, 6. וַיִּשְׂקֵן וַיִּרְמֵעַ דִּיקְרָתָי dicitur), quod praefert Schurrerus, nam ב. similitudinis, inquit, „nonnihil minuit sensum, quem amplissimum habere vult poeta, hoc dicens: ex rupe adeo eam promanasse aquae copiam, quae sufficeret universae multitudini non minus abundanter, ac si maris ipsius copia ac potestas facta illis esset.“ Legitur tamen et Vs. 16. בְּהַרְמוֹתָי.

16. Nomine לולים significantur aquae vivae et limpidae, oppositae aquis stagnantibus et putridis, ex imbribus collectis, quales cisternae in desertis illis continent. Vid. Num: XX, 8. seqq.

18. וינסו אל בלבבם *Tentarunt Deum in animo*, pro quo aliqui ponunt *deliberato animo*. „Sed primo nihil est, quod hunc sensum suadeat; deinde vero etiam est, quod disuadeat: etenim quum mox sequatur ויודגרי באלהים; haud dubie illud intelligendum de animo saucio offensoque, qui primo quidem nonnihil se contineret, mox autem in querelas acerbosque sermones erumperet.“ SCHNURER. לישאל *Petendo*, ל h. l. format Gerundium in do, ut in למר, *dicendo*; לעשה, *faciendo*, Coh. II, 11. לבקש, *quaerendo*, VIII, 17: לבפשם *Pro appetitu ipsorum*, h. e. non ad vitam vel necessitatem, cui ad primum illorum petitem per Manna satis prospectum fuit, sed ad voluptatem; sic נפש de *appetitu* dicitur Pf. XXVII, 22. XXXV, 25., Cohel VI, 2., quare Kimchi h. l. recte interpretatus est לחאווה, *pro cupiditate ipsorum*. Cf. Num: XI, 4. 6.

19. Verba ויודגרי באלהים Chaldaeus bene reddidit: ויאחרעמו קרם יי *et infremuerunt coram Domino*. Alexandrinus: καὶ κατελάγησαν τοῦ Θεοῦ, Vulgatus: *et male locuti sunt de Deo*. ויגדל אל לערף שלהף *Numi potest Deus adparare nobis* (ut Syrus addidit) *mensam scil. gratorum ciborum*, Jcf. XXI, 5. Pf. XXIII, 5.

20. לחם *Panem* et cibum, qualem volumus, Num: XXI, 6. Aben-Esra et Kimchi tamen h. l. nomine illo significare existimant *carnem*, coll. Num: XXVIII, 2. et XI, 18.

21. ונס-מה עליה בישראל *Atque etiam ira exaestuat in Israelitas*. „Verbum עליה non solum dicitur de ea re, quae ipsa ascendit, sed metonymice etiam de loco, e quo quid emittitur ascenditque, veluti Jcf. V, 6. Prov. XXIV, 31. Itaque idem est ac עליה עשן במדבר, Pf. XVIII

9., vel עָשָׂן מֵאֵשׁ, Deut. XXIX, 19.; *nasus fumum seu aestum, emisit prae ira in Israelitas.* SCHNURRER.

22. כִּי לֹא הֵאֱמִינוּ בְּאֱלֹהִים. *Quod non credidissent in Deum, quod ipsos, etiam sine pane, conservare posset,* cf. Dent. VIII, 3.

23. וַיִּצַו *Mandaverat, s. quum tamen mandasset;* recurrit enim poeta ad beneficium mannae, quod murmur illud modo memoratum praecesserat; unde in Plusquamperfecto reddendum esse verbum, agnovere etiam Kimchi et Aben-Esra, quorum hic exempla similia assert Genes. II, 7. *Et formaverat Deus;* et Exod. XIX, 2. *Profecti autem erant de Rephidim.* „שָׁחֲקִים, *nubes,* commemorat poeta, non quod nubium hac in re aliquae partes fuerint, sed, quae coelo inhaerent, nubes, pro coelo ipso dicuntur. De coelo autem delapsam dum perhibet Mannam, sequitur ipse vulgarem opinionem, quae Mannam, ut rorem, ferebat ex coelo descendere; siquidem non Hebraeis modo, in plaua etiam simplicique oratione, Exod. XVI, 4. dicitur לָחֵם מִן הַשָּׁמַיִם; sed, et Arabicis adeo rerum naturalium scriptoribus audit

السماء, *Manna coeli.* SCHNURRER, qui et attulit loca ipsa scriptorum Arabicorum, quae hoc confirmant; cf. nbt. ad Exod. XVI, 4. וַיִּרְחַץ שָׁמַיִם פָּתָה. *Et janas coeli operuit.* Kimchi: hoc indicat multitudinem Mannae quae descendit; coll. Gen. VII, 11. 2 Reg. VII, 2. 19. Mal. III, 10.

24. דִּבְגַן-שָׁמַיִם. *Fruentum s. triticum coeli vocat Manna, quod instar granorum colligebatur, nec a terra natum sed coelitus datum, et divina virtute in aëre paratum erat;* Exod. XVI, 4. Num. XI, 7.

25. Verba אֲכַל אִישׁ מִבְּיָרִיךְ אֶבְרָיִם אֶכְלָה בְּבֵיתִי נֶשֶׂא. *Nutritimentum, quod descendit de habitaculo angelorum, comederunt homines* (cf. Sap. XVI, 20. ἀγγέλων τροφήν ἐψώμισας τὸν

τὸν λαόν σου). Sed אַבְרָם nusquam de *Angelis*, verum semper de praecipuis primariisque hominibus usurpari, multis ostendit ARN. BOOTIUS *Animadversf. Sacr.* L. III. c. 1. 2. Bene SCHNURRERUS: „אֲבִירִים non, quod veteribus placuit, de *angelis* intelligendum; quamquam et hoc ferri possit in poetico dicendi genere, sed de viris illustribus praepotentibusque, qui, cum exquisitiorē, quam alii, cibo uti soleant; אֲבִירִים לֶחֶם dicitur pro cibo eximio et plane honorifico, ut sensus sit: cibum minime vulgarem ita communem factum esse, ut omnes omnium ordinum homines eodem sint potiti.“ — צִידָה quidam accipiunt de *coturnicibus*, quod ex צָרָר, *venando*, caperentur. Sed recte monuit Aben-Elra, nomen illud generatim de *viatico* usurpari, vid. Gen. XLII, 25: XLV, 21. Exod. XII, 39. Chaldaeus quoque h. l. צָרָר, *comedatum*, reddidit.

26. Nec panem tantum, sed et carnen (Vs. 26.) facile, pro omnipotentia sua, illis dedit. Ideoque ad cogendas et advehendas volucres יָסַע קָרִים בְּשָׁמַיִם *Excitavit in coelo ventum* vehementem et impetuosam, de quo nomen קָרִים h. l. ut Pf. XLVIII, 8. (ubi cf. not.) dici, recte observavit Schnurrerus. Eum ventum autem *Africanum* s. Austrum in altero hemisichio distinctius designat. „Est enim genus parallelorum, quo primum aliquid univēse dicitur et generatim, deinde vero designatur distinctius, veluti Versu 43. Quum ederet in *Aegypto* miracula sua, et prodigia sua in *regione Tanes*. Atque sic Syrus etiam interpres locum intellexisse videtur, qui vertit; אֶל

לְמַעַן יִשְׁפָּטוּ הַרוּחִים הַשָּׁמַיִם flare fecit ventos in coelo, nisi malis enuntiare הַרוּחִים, *ventum*. Austrum vero, seu Africanum, dici ventum, quo advectae sint coturnices, est rei accommodatissimum. Etenim, Austro spirante volant difficilissimus: et facilius capiuntur; quod docet BOCHARTUS *Hieroz.* P. II, L. I. Cap. XV. (T. II. p. 665. ed. Lips.).

Et Michaelis refert in Notis ad Num. XI, 31., a Forskallio se accepisse, coturnices a trajecto mari fellas viribusque exhaustas in terram concidere. Hemistichium prius Alexandrinus ἀπῆρεν νότον ἐξ οὐρανοῦ reddidit, quod sequuntur Hieronymus: *abstulit Eurum de coelo*, verbo נָסַע *transferendi, auferendi* significatione accepta, qua aliquoties occurrit, veluti Pf. LXXX, 9: 2 Reg. IV, 4. Eccles. X, 9. Nec desuerunt ex recentioribus interpretibus, quibus idem placuit, inter quos RUDINGERUS, qui sensum hunc fecit: *repressis per aërem ab oriente ventis, a meridie potentia sua excitavit austrum*. Quam interpretationem tamen satis refutavit Bochartus l. c. p. 662. Et sane *ducendi* s. *adducendi* significatione verbum illud h. l. accipiendum esse, apparet ex eo, quod illi in altero hemistichio נָהַג respondet, atque eodem plane modo utrumque verbum infra Vs. 52. usurpatur, quo quidem loco verbum נָסַע *auferendi* notione nequaquam potest sumi. Recte h. l. Chaldaeus reddit: אַמַל רַחַם קָדְוִימָא, *proficisci fecit ventum Orientalem*.

27. Intenditur novo simili conturnicum copia, quod sicuti ventus in arenosis desertis pulverem concitat, ut omnem rerum obviarum superficiem plane contegat, ita et coturnicum vento adventarum ingenti multitudine castrorum superficies plane obtogebatur; vid. Num. XI, 31.

29. וַיִּשְׂבְּעוּ מֵאֵר Et valde saturati fuerunt; respicit ad Exod., XVI, 12. Num. XI, 19. 20.; cf. Deut. VIII, 12. — וַתִּתְאוּבָהּ יְבִיא לָהֶם Et desiderium eorum i. e. rem desideratam (ut Pf. XXI, 3.) attulit eis, optatis eorum satisfecit.

30. לֹא-רָחַק מִתְאוּבָהּ Non remoti erant a desiderio ipsorum, h. e. cum nondum absumpta esset caro, cum adhuc rei tam desiderate inhaerent, ecce ira Dei in eos erupit (Vs. 31.), עוֹר אֲכָלָם בְּפִיהֶם Adhuc cibus eorum in ore ipsorum fuit, quam formulam ejusdem plane potestatis esse cum Mosaica illa Num. XI, 33. רַחֵם עוֹרָם בִּיּוֹ וְשִׁנָּיהֶם, adhuc caro desiderata erat in dentibus ipsorum, recte

recte monuit Schnurrerus. „Igitur sensus est; diuturnam haud fuisse laetitiam, sed cibo novo gratoque etiamnum cupide utentibus diras et funestam luem supervenisse.“

31. וַיִּהְיוּ בְּמִשְׁמַיָּהֶם. *Et occidit pinguedines eorum,* „quibus non principes vel nobiles intelligendi, ut videtur interpretibus, sed homines pingues, nitidi, ab omni imbecillitate valetudinis immunes, quo sensu dicitur quoque Jud. III, 29. בָּל-אִישׁ שָׁמֶן וְכֵל-אִישׁ חֵיָל.“ SCHNURRER: Chaldaeus h. l. גְּבִרְיָהוּן, *fortes eorum*, reddidit ב ante מִשְׁמַיָּהֶם interviv constructioni verbi, faciens h. l. Accusativum, ut 2 Reg. XVII, 25. *Et immisit contra eos leones*, et fuerunt הַרְגִים בָּהֶם, *interficiētes ipsos*; cf. Esth. IX, 16. Versus verba postrema Chaldaeus sic translit: וְעוֹלָמֵי יִשְׂרָאֵל אֲחָמִישׁ; *juvenes Israelis prostravit.*

32. בְּכֹל-זֶה. *In omni tamen hoc*, i. e. hoc nihil obstante, nihilominus tamen (cf. Jes. V, 25. IX, 11. 16. 20. X, 4.), vel poenis vel beneficiis divini non facti sunt cautiores sed עוֹר הַטָּאֵר *peccarunt amplius*, nempe, ut Aben-Esra et Kimchi monent, in negotio exploratorum Num. XIII. XIV.; item Corachi, Num. XVI. XVII. et aquarum contentionis Num. XX. Quod comprobat SCHNURRERUS; „Respicitur maxime ad aegritudinem populi ortam ex renunciatione exploratorum, quae vim habebat, ut de expugnanda terra Israelitica prorsus desperaret, immemor rerum a Deo gestarum omnium, quibus et potentiam suam et fidem ipsis jamjam comprobasset luculentissime. Formula לֹא הָאִמִּינוּ בְּכָל-אֲחָרָיו simillima est illi, qua apud Moſen Num. XIV, 11. Deus dicit: עַד-אֲנִי בִי לֹא-יֵאֱמִינוּ, quando tandem multis meis miraculis id efficiam, ut salutem suam mihi rectissime committere se posse intelligat populus?“

33. וַיִּכְלֶה-בָּהֶם יְמֵיהֶם. *Et consumpsit in vanitate dies eorum*, „quae verba Michaelis vertit ac si scriptum esset בָּהֶם. Et Aquila quidem habet: καὶ συνετέλεσεν ὡς ἄρ-
μον τὰς ἡμέρας αὐτῶν sed reliqui veteres omnes conveniunt

tiunt in lectione edita, quam omnino requirit sequens בְּבִקְלָהּ, et scripti etiam libri omnes servarunt. Sensus: effecisse Deum, ut et frustra aetatem consumerent, exclusi a novae patriae aditu, et incertam multoque metu perturbatam." SCHNURRER.

34. אִם-הָרְגוּם וּדְרָשׁוּהָ Quum sive quando (ut Pf. L, 18. Num. XXXVI, 4. Prov. III, 24.) interfecit eos, immissa eis plaga (Vs. 31.), quae plurimos eorum absumsit, tum reliquit, vitae suae metuentes, quae siverunt quidem eum, de gratia ipsius recuperanda erant solliciti.

36. וַיִּפְתְּחוּהוּ בְּפִיהֶם Et lactaverunt eum ore ipsorum, q. d. verum haec ab animo eorum non proficiscebantur, sed ore tantum blandiebantur.

37. וְלִבָּם לֹא נָכוֹן Sed animus eorum non firmus erat, cf. not. ad Vs. 8. — עִמּוֹ, ut sincere et candidè cum eo agerent, cf. Jud. XVI, 15. 1 Reg. VIII, 61. XV, 14. — וְלֹא נִאֲמְנוּ בְּבְרִיתוֹ Nec fidi et constantes erant in foedere ipsius, ut facerent, quae illud requirebat, et ipsi toties repromiserant, vid. Vs. 10., coll. Jerem. XXXI, 32.

38. וְהִרְבָּה לְהִשִּׁיב אָפּוֹ Multiplicavit retrahere iram suam, i. e. multoties retraxit iram suam, s. eandem cohibuit, verbum prius cum sequenti Infinitivo adverbialitatis, ut supra Vs. 17., cf. Pf. LI, 4. Jes. LV, 7. — וְלֹא-יַעֲרִיר כָּל-הַחַמּוֹת Nec concitavit omnem iram suam, s. etiam in eos animadverteret, quod Thren. IV, 11. et Ezech. VI, 12. sic exprimitur: כָּל־הָאֵח-הַחַמּוֹת. Chaldaeus: וְלֹא יַחֲרִי בְהוֹן כָּל חַמְתֵּיהָ nec accelerabat in eos omnem iram suam. Alexandrinus: καὶ οὐχὲν ἐκκαύσει πᾶσαν ὀργὴν ὀργῶν αὐτοῦ, non quod יַעֲרִיר legit, ut Cappellus coniecit, sed vel per transmutationem literarum gutturalium ע et א accepit יַעֲרִיר pro יַחֲרִיר, vel sensum tantummodo respexit. Cf. BUXTORFII Anti-Critt. p. 653.

39. בִּי-בֶשֶׂר הָיָה רִיחַ הַזֶּה וְלֹא יֵשׁוּב Nam caro, i. e. homines sunt (Chaldaeus בְּכַרְמֵי), spiritus abiens, habitus,

litus, qui, si abierit, non revertitur. „Hoc non existimaverim eo consilio dictum esse, ut sit quasi quaedam excusatio levitatis illius inconstantiaeque, ducta ex imbecillitate vel pravitate mentis humanae, quae tanta sit, ut moderatio adhibenda Deo visa fuerit in animadvertendo. Sensus potius videtur esse hic: in humano corpore tam, parum firmitatis inesse et roboris, ut vix dignum Deo sit, impetum facere in talem aliquem, qui nullo certamine protinus spiritum emittat, nullo modo eum recuperaturus. Cf. Job. VII, 7. seqq.“ SCHNURRER.

40. *במה* Quot scil. vicibus, i. e. quoties, cf. 2 Paral. XVIII, 15. Job. XXI, 17. — *ימרוהו* Exacerbarunt eum, rebellione sua ipsum ad iram provocando, cf. Vs. 17. Num. XIV, 11. XVII, 10. seqq. XXI, 6. Deut. I, 26. 43.

41. Hunc Versum optime sic transtulit SCHNURRERUS: *Subinde tentarunt Deum, fecerunt, ut ipso- rum taederet Numen Israelis, atque in nota haec subdidit: „Mirum, esse etiamnum interpretes, qui התרו red- dant circumscripserunt, certis limitibus descripserunt, cum rectior certiorque interpretatio in promptu sit apud SIMONIS in Lexico sub h. v. Syriace ܝܘܠܐ est poenituit, unde התרה אוחו est, fecit, ut eum poeniteret. Sic fere Alexandrinus: παρωξυναν, Vulgatus exacerbant, Syrus ܩܘܝܢܝܘܢ, irritant.“ Cf. J. D. MICHAELIS Supplem. p. 2364.*

42. *לא זכרו את-ידו* Non recordati sunt, i. in anim- um sibi revocarunt manum ipsius, quae tam mirifica fa- cinora patraverat; recte Chaldaeus: *miracula manus ejus*; cf. Exod. VII, 5. XIII, 9. — *יום אשר פדם מני-אָר* Dies, temporis scil. non recordati sunt, quo redemit, li- beravit, eos ab hoste.

45. *עֲרֵב* alii insectorum omnis generis colluviem interpretantur, alii muscam, alii post Oedmanum
(Ver-

(*Vermischte Sammlungen aus der Naturkunde* Fasc. II. Cap. VII.), *blattam orientalem*. Tutissimum tamen fuerit, cum Graeco Alexandrino interprete *κυνόμουσαν* *miscam caninam* intelligere; cf. not. ad Exod. VIII, 17. Pluribus de hoc nomine egimus ad BOCHARTI *Hieroz.* P. II. L. IV. Cap. XV. Tom. III. p. 434. not. 4. edit. Lips. Chaldaeus nostro loco habet: *וַיִּגְרִי בְהוֹן עֲרֻבְיָי חִיּוֹת בְּרָא*, *immisit in eos mixturam s. turbam bestiarum ferarum*; de qua sententia vid. Bochartum l. c. p. 430. Quidquid adsciveris, hoc certum est, verbum *וַיִּאֲכֹלֶם* non referendum esse ad Deum, verum ad *עֲרֻב*, quemadmodum in altero hemistichio dicitur: *וַיִּצְרְדַע וַתִּשְׁחִיתֶם*, *et ranas, quae perderent eos*, sordibus suis omnia commaculando; et deinde foetore suo aërem inficiendo, vid. Exod. VIII. 2. 10. 20. Cf. BOCHARTI *Hieroz.*, T. III. p. 584. ed. Lips.

46. De *אַרְבֵּה* et *חֲסִיל*, quibus nominibus certae *locustarum* species designantur, vid. BOCHARTI *Hieroz.* T. III. p. 252. not. et p. 256: edit. Lips. *וַיִּגְדַּעַם* *Et laborem eorum*, h. e. quae magno ipsi labore plantaverant, severant, atque coluerant, Deut. XXVIII, 33.

47. Hunc Versum Chaldaeus bene reddidit his verbis: *וַיִּפְגְּעוּ בְּרֵגְלֵי בְּרָא גִפְנֵיהֶן וַשְׁקִמְתֶּהֶן בְּכִרְוֵבָא* *decortica vitis eorum, et sycomoros grandine majori*; neque enim nomine hebraeo *חֲסִיל* *locustae* speciem quandam significari, ut quibusdam visum est, sed aliquic *grandini*, *בְּרָא*, analogum, hemistichiorum suadet parallelismus. Plura de voce illa vide in BOCHARTI *Hieroz.* T. III. p. 255. ed. Lips. Verbum *וַיִּפְגְּעוּ* poetice de grandine vitis et sycomoros laedente et percutiente dictum, similem tropum vid. 2 Reg. III, 19. Job. XIV, 8 Historiam ipsam lege Exod. IX, 23.

48. „Pro *בְּרָא* Symmachus, qui vertit: *τοῦ ἐκδόντος τοῦ λοιμῶ τὰ κτήνη αὐτῶν καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν οἰωνοῖς* lectione usus esse videtur *לְרֵבֶר*, quam refert quoque cod
Kennic

Kennic. 201, (h. e. Norimbergensis 4. antiquissimis praeflantissimisque accensendus), nec non, primae scriptionis לַבָּרָר mutatione facta, cod. 224. (h. e. Regiomont. 2.), duobus libris de-Rossii, 879., qui antiquus et bonae notae, et 645., qui seculo XII. vel ineunte XIII. scriptus ipsi dicitur, exhibentibus בַּבָּרָר. Et apta quidem sit lectio לַבָּרָר ad notandam luem, quam omnis generis pecudes passae essent Exod. IX, 1 — 7. Sed quum nonnisi paucissimorum testium auctoritatem habeat, tenenda erit לַבָּרָר, ut sensus sit: eodem illo grandine tantam et pecoris copiam periisse, ut largissimam inde praedam nanciscerentur aves carnivorae.“ SCHNURRER. De רָשָׁפִים vid. not. ad Pf. LXXVI, 4. Chaldaeus h. l. reddidit רָשָׁפִים *tela ignis*, i. e. fulmina, quod congruit eis, quae Exod. IX, 23. 24. leguntur.

49. Pro מְשֻׁלְחָה מְלֹאכֵי רָעִים Chaldaeus posuit *quae immissa sunt et tempore per nuntios malos*, quasi forma regiminis מְלֹאכֵי per enallagen posita esset pro absoluta מְלֹאכֵים, ut saepius, veluti Pf. LVIII, 5. וְיָמָה לָמוֹ, et לְחַיָּה, Pf. LXXIV 19., ubi not. vid. Alii explicant *angeli malorum*, i. e. angelorum pessimi, ut Num. V, 19. 23. 24. זֵי הַמַּרְיִים *aquas amararum* aquarum, s. *amaritudinum* interpretantur amarissimas. Rectius haud dubie Schnurrerus transtulit *missis ministris malorum*, ad quae haec adnotavit „מְלֹאכֵי רָעִים formula est ut מְלֹאכֵי-מָוֶה, Prov. XVI, 14 Sed difficile fuerit dictu, propriene vates usus sit nominis מְלֹאכֵים, ut in vexandis Aegyptiis coelestium ministrorum operam adhibitam fuisse innuat, an translatio sit, quae Dei jussu et voluntate eveniunt, mala, veluti pestis, fames, al.; divinorum ministrorum officio fungi haud inapte fungi dicique possint, coll. Pf. CIV, 4. *Ventis utitur, ut nuntiis, flammis, ut ministris suis.* Simili ratione mox, Versu proximo, morti persona inducitur, dum inhiasse Aegyptios ipsos, nec jam amplius a Deo repressa esse.

esse fingitur, quo minus in eosdem irrueret, et cunctis viribus saeviret.“

50. Verba *לֹא־בָּאוּ לְאֵפֶס. נְחִיב יִפְלֵס.* Chaldaeus non male reddidit *ambulare fecit in via strata iram suam*, et *חֲתָם* in altero hemilichio interpretatus est *בעִירֵיהֶן*, *jumenta eorum*, quod convenit cum Exod. IX, 3. Kimchius tamen nomen *חֲתָם vitae* significatione accipiendum putat; in quo consentientem habet Schnurerum, qui, *חֲתָם*, inquit, „*vitam vertimus, non pecus*, maxime ob membrorum parallelismum, qui regnat in hoc carmine. Accedit, quod consilium vatis videtur esse hoc, ut significet Versu 49. seqq., eo tandem rem pervenisse, ut non potuerit non Deus, postquam alia omnia frustra a se tentata essent, quasi ultima experiri, et hominum ipsorum, quibus adhuc temperasset, vitam nunc telis suis petere et ferire, coll. Exod. IX, 14. 15. Quae si vere ita se habeant, sponte consequitur, de pecudibus sermonem nunc non posse intervenire.“

51. *רֵאשִׁיָּה אֲוִנִים*, *Primitias virium*, appellari *primogenitos*, non tantum docet h. l. res ipsa, atque parallelum *בְּכֹר*, verum cognoscitur quoque ex locis Genes. XLIV, 3. Deut. XXI, 17. Pf. CV, 36. — *בְּאֶרְצֵי-חָם* *In tentoriis Chami*, i. e. in Aegypto; nomen *חָם* h. l. nec non Pf. CV, 23. 27. CVI, 22. nomen Aegypti poëticum, non ductum a Chamo, Noachi filio, cujus nepos Mizraim, tot aliorum populorum communi progenitore, sed sumtum ex ipsa Aegyptiorum lingua, qua terrae Aegypti nomen proprium et usitatum est *Chami*, vid. P. E. JABLONSKII *Opuscc. T. I. p. 404. seqq.* CHRIST. SCHOLZ, *Exposition. vocabulor. Copticor. in scriptorib. hebr. et graec.*, in *Reperitor. Literat. bibl. et orientale. P. XIII. p. 27. 28.*; Jo. REINH. FORSTERI *Epistolas ad Joan. Dav. Michaslis, hujus Spicilegium Geograph. Hebraeor. exterae jam confirmantes jam castigantes* (Goett. 1772. 4.) p. 36—38., et J. D. MICHAELIS *Supplemm. p. 804. seqq.*

54. *אל-גבול קרשו* *Perduxit eos ad terminum sanctitatis ejus*, i. e. ad terram suam sanctam, quippe per synecdochen partis terminus vel limes ponitur pro tota regione, limitibus certis comprehensa, ut Exod. X, 14. 19. 1 Reg. I, 3., ferme sicut per murum intelligitur tota civitas, Amos. I, 7. 10. 14.; per portam urbs, Gén. XXII, 17. Ps. LXXXVII, 2. Nomen קרשו, *sanctitatis suae*, pro adjectivo *sanctus* positum, ut saepius, affixum vero tertiae personae masculinae pertinet ad nomen prius גבול, hoc modo: *ad terminum suum sanctum*, ut Ps. II, 6. dicitur הַר קָדְשִׁי *mons meus sanctus*, nec non Ps. XV, 1. LI, 11. *Sanctam* appellat terram Cananaeam, quod a Jova destinata erat sedes populi sibi peculiaris, cultusque sui publici. הַר-וְהַקְּנָחָה יְמִינוֹ *Ad montem hunc, quem adquisivit dextera sua*; „dubium, utrum הַר terram Cananaeam, a montibus, mediam eam pervadentibus, *montanam* dictam, Exod. XV, 17. Dent. III, 25., an montem eumque primarium, *Zionem*, significet. Nos tamen illud malimus, non quod, quae Venemae est sententia, Dei dextra acquisitus dici commode nequeat mons Zion, ut qui a Davide iusto bello occupatus sit: sed quod, cum primum occuparetur terra, et per tribus distribueretur, mons ille cum arce ipsi imposita immunis maneret, et sero demum in potestatem Israelitarum transiret.“ SCHNURRER.

55. *ויגרש מפניהם גוים* *Ejecit coram illis gentes*, septem illas, ut Aben-Esra notat, quae Exod. XXXII, 2. Dent. VII, 1. recensentur. „ויפילם, *distribuit eas* scilicet gentes, dictum pro *אח-ארצם*, ut Jos. XIII, 6. הפילתה pro *אח-ארצם*, et XXIII, 4. itidem הפילתי, ut extat Ezech. XLV, 1. Ellipticum vero esse hunc usum verbi הפיל גורל, ex multa frequentatione formulae [sortem jecit, 1 Paral. XXVI, 14. Nehem. XI, 1.] ortum, vix est, quod moneamus.“ SCHNURRER. Sensus igitur: gentium illarum sedes Jova distribuit suis.

בְּהֵלָה, *Funs haereditatis*, h. e. juxta funem, quo dimit-
turi solebant fundos haereditarios, aequaliter distribuendos,
cf. Numer. XXXIV, 2. *Terra haec בְּהֵלָה לְכֶם*, et
Dent. XXXII, 9. 1 Paral. XVI, 18. Pf. CV, 11. Chal-
daeus verba nostra sic transtulit: וְאֲשֶׁר יִתְהוֹן בְּעֵרֵב
וְאֶחְסֵנְהֵם *et habitare eos fecit in sorte haereditatis suae.*
— בְּאֶהְלֵיהֶם *In tentoriis earum populorum*, h. e. in do-
miciliis, tam urbicis, quam paganis; nimirum antiquo
more domus appellabantur *tentoria*, quia in tentoriis por-
tatilibus habitare olim consueverant; cf. 1 Paral. V, 10.

56. עֲרֻחָיו *Testimonia*, h. e. statuta ejus, tam, solen-
niter, cunctis illis testibus adstantibus, promulgata, vid.
de hoc nomine not. ad Pf. XXV, 10.

57. בְּהַפְּכוֹ בְּקֶשֶׁת רִמְיָהוּ *Conversi* h. e. mutati in
pejus sunt (cf. Pf. XXXII, 4. Job. XXVIII, 5.) *ut*
arcus remissus. Alii interpretantur ut *arcus dolo-*
sus, quod tamen iustis de causis improbat Schnurre-
rus: „*Dolosum arcum* si veritas, haud facile intelligitur,
in quo consistere possit comparatio. Certe quod inter-
pretes dicunt, dolosum esse arcum, qui non recta sco-
pum petat, sed alio se vertens vel jaculatorem ipsum,
vel alium, quem non debebat, feriat, aptam ad Deum
accommodationem vix patitur. At potest רִמְיָהוּ esse *re-*
missio, ut certe רִמְיָהוּ בְּרֵךְ, Prov. X, 4. manum remissam
languidamque significat. *Gieuharius*: رَمِيْنُ الشَّيْ

رَمِيْنُ الشَّيْءِ *aliquid e me-*
nu mea, est: emisi, abjeci illud. *Remissus* itaque *arcus*
est, qui sagittas excutit, ut reddit Chaldaeus, hoc est,
laxus, intendi nescius, verbo: inutilis. Similem Ara-
bum locutionem ex *Gieuhario* refert SCHULTENSIVS
in *Commentar. ad Prov. X, 4.*, qua mulier dicitur alie-
nata esse ut *arcus, a rore madidus, cujus nervus laxa-*
tus est.“

58. וַיִּכְעֲרוּהוּ בְּמַדְוָחָם *Indignationem ejus provoca-*
bant excelsis suis, extruendo sibi passim contra expressum
Dei

Dei interdictum sana aut facella, vel plantando lucos in collibus ac montibus; aliarum gentium exemplo. Colebatur autem in *Excelsis* illis vel Baal, aut alius fictitius Deus; vel Jova quidem, sed non eo modo, prout ipse instituerat, unde tam crebro in libris Regum dicitur, pius quidem fuisse hunc illumve regem, *excelsa tamen non abrogasse ipsum*, ut 1 Reg. XV, 14. XXII, 24. Cf. Levit. XXVI, 30. Deut. XII, 2.

60. וַיִּשְׁכֵּן מִשְׁכַּן שֵׁלוֹ *Dereliquit habitaculum Silo*, f. Silunticum, i. e. tabernaculum sacrum, Silunte, urbe in tribus Ephraim ditione sita, collocatum, Jos. XVIII, 1. 1 Sam: I, 3. IV, 4. וַיִּשְׁכֵּן אֹהֶל שֵׁכֵן בְּאֶרֶץ — *Tentorium*, quod *habitare fecerat inter homines*; „forma שֵׁכֵן, est minus commoda quam שֵׁכֵן, ferri tamen potest et defendi. Nam quemadmodum dicere mos erat הָאָרֶץ רֵשֵׁב, *terra incolit*, pro: habet, qui ipsam incolant; vel עָלָה הַשָּׂדֶה, *succrevit ager*, pro, erat in agro, quod inde succresceret; eadem ratione dici etiam poterat: שֵׁכֵן הָאֹהֶל, *tentorium inhabitavit*, pro: habuit, a quo habitaretur, unde שֵׁכֵן אֹהֶל אֲשֶׁר שֵׁכֵן est tentorium, quod voluit (se) habere habitatorem. Ceterum; ne quidquam suspicionis suboriretur, defendendae ab hostibus sedi suae imparem fuisse Jehovam, caute et judiciose dicitur excessisse tentorie, antequam in barbarorum potestatem illud veniret.“
SCHNÜRRER.

61. וַיִּתֵּן לְשָׁבִי עֲוֹן „*Et permisit captivitati gloriam suam*. Suffixum nominis עֲוֹן non est referendum ad אֱשֶׁרָא, sed ad eum, quem suffixum nominis עֲוֹן respicit, Jehovam. Est vero עֲוֹן יְהוָה idem quod 2 Chron. VI, 41. עֲוֹן אֲרֹן יְהוָה. At nomen עֲוֹן, accommodatius ad parallelismum, redditur *gloria*, ex usu arabici nominis عِزٌّ.
SCHNÜRRER.

62. בְּחַרְטוּוֹ *Juvenes ejus, militiae aptos, fortissimos et lectissimos, qui adversus Philisthaeos exiverant.* אֲכָלָהּ — *Comedit ignis*, qua alii, post Jarchium, *iram divi-*
nam

nam significari existimant, alii, Aben-Esram et Kimchium sequuti, *gladios hostium*, sive bellum, quod et alias igni confertur, ut Num. XXI, 28. Jerem. XLVIII, 44. Jes. XXXVI, 11. — „Verba *הַגִּילָהּ לֹא הוּלְלֵהּ* vertunt: *ei virgines populi non laudatae*, celebratae, *sunt* [Chaldaicum sequuti, posteriorem dictionem *לֹא אֲשַׁמְּחֶנּוּ* reddentem] epithalamiis, h. e. innuptae manserunt. Sed si inhaereas formae *הַגִּילָהּ*, alia ratio quaerenda est. Nempè ut Ezech. XVI, 4. Infinitivus foemin. Hophal, *הִגִּילְתְּ*, אִתְּךָ, *cum facta es nasci*, i. e. cum nata es, aequè postulat Praeteritum *הִגִּילְתְּ*, ac ibid. Vs. 5. *הִגִּילְתְּ*, requirit Praeteritum *הִגִּילְתְּ* utrumque dictum pro *הִגִּילְתְּ* a verbo *הִלַּל* (SCHROEDERI *Instit.* Sect. VI, de Verbis Reg. LXXII.), ita et *הַגִּילָהּ* ducendum est a *הִלַּל*, pro quo usu invaluit *הִלַּל* et vertendum: *ejulare factas sunt*, i. e. ejularunt. Sic plane Alexandrinus: *καὶ αἱ παρθέναι αὐτῶν οὐκ ἐπένθησαν*, (altera lectio, *οὐκ ἐπενθήθησαν*, videtur ad similitudinem sequentis formulae, *καὶ χήραι αὐτῶν οὐ κλαυθήσονται*, conformata esse), Vulgatus, *et virgines eorum non sunt lamentatae*; Arabs *وعذارتهم*

لَمْ يَنْكُنْ. Et gravissimo sensu negantur virgines delevisse obitum juvenum, non quod ipse luctuosus non esset, sed quod alia jactura facta esset, multo gravior atque ad omnes pertinens, quae una lacrymas plañctumque omnium deposceret, arcae sacrae a barbaris captae atque ex patria asportatae. Eodem modo et viduae negantur plorasse ob sacerdotes ab hoste caesos (Vs. 64.), quod et ipsis adeo arcae jactura multo deberet esse luctuosior, quam viduitas.“ SCHNURRER.

64. Hujus Versus duplex servata est interpretatio Chaldaica, altera verbis Hebraeis adstricta, nisi quod pro simplici *לֹא הָבְיִנָהּ* habet *לֹא סָפְקוּ דְהַבְיָנָהּ*, *non poterant flere*; altera uberior: *בְּעַד דְּשִׁבְתָּהּ פְּלִישְׁתַּי אֲרוּנָהּ דְּרֵי בְּחֻרְבָּהּ בְּפִלְגֵי בְּהֵי שִׁילֵי חַפְנֵי וּפְנֵהָּ וּבְעַד דְּכַשְׂרֵי בְּשׂוּרָהּ לֹא בְּכֵן אֲרִיָּם מִיַּחַד אִוְּף אִוְּף מְחֻדָּא יוּמָא* *Quum captivam abdu-*

abducerent Philisthaei arcam Jovae, gladio ceciderunt sacerdotes Siluntis, Hoplni et Pinehas (1 Sam. IV, 11. 17.); nec uxores, uti decebat, eos deslebant, mortuae enim sunt et illas uno die; quod quidem de uxore Pinehali narratur 1 Sam. IV, 19. 20. Sed redi ad not. ad Vs. 63.

65. *וַיִּשְׁן וַיִּזְעַק בְּרִישׁוֹ אֲרָנֵי* Sed *evigilavit Dominus instar dormientis*, i. e. instar ejus, qui e somno evigilat, cf. Pf. XXXV, 23. XLIV, 24. — Hemistichii alterius, *בְּנִפְוֹר הַיָּה זָבְרָא* sensum Chaldaeus recte expressit: *הַיָּה זָבְרָא מִמֵּין מַחְרוֹנוֹ מִמֵּין מֵמָרָא*, sicut vir, qui aperitur a vino, i. e. cui oculi aperiuntur, qui evigilat a vino. „Qui vertunt: a vino jubilans, vereor ut parallelismo satisfaciant membrorum. Nam qui somno fatiatus tandem expergiscitur, vino si gravatus fuerit, liber nunc a vino, nec ad multam vociferationem proclivis reputandus est. Sequimur nos SCHULTENSIUM, qui in *Commentar. ad Proverb. XXXIX, 6.* usus formula Arabica *ماتت عليه الكمر*, subegit eum vinum, et auctoritate Alexandrini, qui vertit, *ὡς δυνατός νευραϊπαληκῶς ἐξ ὄνου*, efficit *מַחְרוֹנוֹ מִמֵּין* eum esse, qui se a vino subigi obruique passus sit. Imago itaque ducta est inde, quod vir fortis et animosus, somno si gravatus fuerit vinoque, aliis nonnihil opportunitatis faciat, efferendi sese insolentius, at ubi ad se redierit, mox illos reprimat et compescat; quae ad Deum translata, audacior quidem est, nec vero a prisci aevi ingenio aliena.“ SCHNURER.

66. *וַיִּכּוּ אֲרָנֵי מֵרֵוֹא וַיִּכּוּ אֲרָנֵי מֵרֵוֹא* Et percussit hostes suos retro, quod aliqui ad illam Philisthaeorum plagam referunt, de qua 1 Sam. V, 6. seqq., Chaldaeo auctore, qui haec verba sic est interpretatus: *וַיִּכּוּ מֵעִקְרֵי בְּמַחְרֵי בְּמַחְרֵיהוֹן*, et percussit oppressores eorum mariscis in posterioribus. Sed rectius Alexandrinus hebraeum *אֲרָנֵי מֵרֵוֹא* eis τα ὀπίσω, retrorsum reddidit, quomodo vocula illa fere semper usurpatur, vid. Pf. IX, 4. XXXV, 4. XLIV, 11. LVI, 10. LXX, 3. Significatur igitur, ita percussos esse Philisthaeos,

Rhaeos, ut in fugam sese verterent ac terga darent; nam in praeliis à tergo percutiuntur, qui sunt fugaces, quum viri fortes adverso pectore vulnera omnia excipiant. Cf. BOCHARTI Hieroz. T. I. p. 383. edit. Lips. הַרְרָה עוֹלָם לְמוֹ בְּהוֹ לְמוֹ *Opprobrium aeternum eis reddidit pro insolentia illorum* (1 Sam. IV, 9.), per dejectum et mutilatum illorum Deum et plagam in obscuro locis, vid. 1 Sam. V, 5. 7. VI, 4. 17.

67. Ita populum suum liberavit quidem ab hostibus, in poenam tamen eorum, qui tanti mali praecipua causa fuerant, וַיִּמָּאֵס בְּאֵהָל יוֹסֵף, *repudiavit Josephi tentorium*, quod vel collective intelligi potest, *tentoria Josephi*, ut Thren. II, 4., vel, ut Chaldaeus habet, וַיִּרְחֹק בְּמִשְׁכְּנָא, וַיִּרְחֹק בְּמִשְׁכְּנָא *rejecit tentorium, quod tetendemat in termino Josephi*, noluit arcam suam in Silo reduci, quae urbs ad Josephi filium, Ephraim, seu posteros ejusdem, ut mox subjicitur, pertinebat. וַיִּבְשֹׁבֶט אֶמְפְּרַיִם, וַיִּבְשֹׁבֶט אֶמְפְּרַיִם *Et tribum Ephraim*, cujus urbs erat Silo, Jos. XVI, 6.; XVIII, 1., non iterum *elegit*, ut ad eam arca reduceretur, aut eversa urbe Silo (Jerem. VII, 12. 14.) tentorium illic refrigeretur, hoc enim postea Noben, arca vero Ciriath-Bearim in tribum Judae venit, 1 Sam. VII, 1. XXI, 1. 2.

68. וַיִּבְחַר אֶת־שֹׁבֵט יְהוּדָה *Elegit tribum Judae*, in qua habitaculum suum figeret, et in tribu Judae אֶת־הַר צִיּוֹן *montem Zion*, in quem tempore Davidis deferrebat arca, 2 Sam. VI.

69. In verborum וַיִּבְנֵן מְקוֹדָשׁוֹ *מְקוֹדָשׁוֹ* interpretatione dissentiunt propter nominis רָמִים *πολυσημίαν*. Etenim quum saepe usurpetur de iis, qui in dignitate summa sunt conspicui, adeoque רָמִים opponantur egenis ac depressis, ut 2 Sam. XXII, 28., Job. XXI, 22.; sunt qui verba nostra sic reddant: *aedificavit sanctuarium suum sicut excelsi*, s. reges et principes, subaudiendo: sibi magna palatia extruere solent. Aben-Esra Kimchius-

que

que voce עִמָּר *excelsa palatia* significari existimant. Alii: sicut munitae arcēs in montibus exstruuntur. Aquila ὑψηλῶς, Symmachus ὡς τὰ ὑψηλὰ, Syrus et Arabs: *super excelfo*. Sed veram sententiam dixit haud dubie JAR-
CINI, *coelos excelsos* significari, quod ipsum et Schnurre-
rus comprobavit, transtulit enim: *exstruxit ut coelum, sanctuarium suum*, atque in nota haec addidit: „Paral-
lelismum membrorum si sequaris, עִמָּר non potest esse nisi adjectivum poeticum, dictum pro עִמָּרִים, ut עִמָּרִים, *lactantes*, Vs. 71., pro ovibus. Coelum autem, quod numquam loco movetur, et terra, firmissimis fundamen-
tis superstructa (Ps. CIV, 5.), similitudinem hic exhibent constantiae et stabilitatis, ut sensus sit, voluisse Deum, ut, quod antea subinde migrasset, tabernaculum suum, de-
hinc stabilem locum in Zione haberet, cum nullo alio commutandum.“ — כְּאֶרֶץ יִסְדָּהּ לְעוֹלָם *Instar terrae, quam fundavit*; ellipsin hic iterum esse pronominis אֶרֶץ, ut supra Vs. 60., docet affixum femininum הַ, quod sane non ad עִמָּרִים, utpote *masculinum*, sed ad femininum אֶרֶץ est referendum. Plenus esset sermo hoc modo: *sicut terram* (exstruxit suum sanctuarium), *quam fundavit in aeternum*, ne loco suo moveretur, sicut de terra idem hoc יִסְדָּהּ dicitur Ps. XXIV, 2. LXXXIX, 12. Jes. XLVIII, 13. „Pro אֶרֶץ haud exigui libri, et manu scripti et editi, referunt אֶרֶץ, Alexandrinus quoque vertit: ἐν τῇ γῆ ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα, et Syrus ܐܪܥܝܘܬܐ, nisi reponendum sit ܐܪܥܝܘܬܐ. Sed sensum probabilem non admittit ista lectio, orta haud dubie ex permutatione literarum similium.“ SCHNURRER. Recte Chaldaeus: מְעַתָּה הָיָה אֶרֶץ יִסְדָּהּ לְעוֹלָם עִמָּרִים, *paratum s. permanens sicut terra, quam fundavit in secula seculorum*.

70. וַיִּבְחַר בְּרֹדֵי עֲבָדָיו וַיִּתְחַרְרֵם מִמְּכַלְכָּאָן *Elegit Davidem servum suum, eumque adscivit de caulis ovium, quibus custodiendis a patre erat praefectus.* „Aliud

exemplum, perquam memorabile, exhibet Orientalis historia viri, e vita pastoritia in summum potestatis fastigium eVecti, Omari, Chalifae, quem ABULPEDA, *Anal. Moslemm.* Tom. I. p. 253., ut, quam divinorum beneficiorum memor et gratus fuerit, fidem faceret, refert, in itinere quodam suo ad sacra loca, transientem vallem Dahian, ad comites haec profatum esse: „Deus unicus est e potentissimus, qui quicquid vult cuicumque largitur. Olin ego hac in valle lanea in subucula camelos pavi patri viri duri ac saevi. — Jam vero illuc evasi, ut Denm meque nemo dirimat medius.“ SCHNURRER.

71. מֵאֲחֵר עֲלוֹהַּ Propr. a post lactantes, a tergo lactantium ovium vaccarumque, de quibus עֲלוֹהַּ dicitur Gen. XXXIII, 13. 1 Sam. VI, 7. 10. Vid. de hoc nomine BOCHARI *Hieroz.* P. I. L. II. C. XXX. T. I. p. 299. seqq. edit. Lips.

72. מֵלֶךְ עֲלֵיהֶוּן) *Et pavit eos* (מֵלֶךְ עֲלֵיהֶוּן, *regnavit super eos*, ut Chaldaeus reddidit) *secundum integritatem cordis sui*, animo recto et integro, cf. not. ad Pf. XXVI, 1. „Permulti libri, nec non veteres praeter Aquilam et Symmachum, omnes referunt מֵלֶךְ. Nihil fere momenti quidem est in hac varietate lectionis, nec tamen possumus non probare sententiam DE ROSSII, qui ex contextu, inquit, ubi sequitur בְּחִבְבוֹנָהּ, per ב, meliorem hanc lectionem judicat Hubigantius; quae sane tantam habet praeterea in mss. codicibus, in antiquis editionibus, in veteribus interpretibus auctoritatem, ut non immerito communi anteponatur.“ SCHNURRER. בְּחִבְבוֹנָהּ כִּפְתִּי *Cum intelligentiis manuum suarum*, consiliorum et actionum prudentia. *Manuum* meminit, quod pastor baculo et pedo oves regat et ducat. Prudentiam *manibus* tribuit, quae animi est, quod manus prudenter quodammodo agere videntur, dum animi iudicium sequuntur; similiter Genes. XLVIII, 14. dicitur שָׂכַל אֶת-יָדָיו.

PSALMUS NONUS ET
SEPTUAGESIMUS.

A R G U M E N T U M.

Deflet templi profanationem et civitatis ruinam, oratque Jovam, ut iram suam a populo suo ad hostes convertat. Est hoc carmen in multis similis Psalmo LXXIV., unde, sicut illum, ita et nostrum alii ad vastationem urbis et templi per Nebucadnezare[m] referunt, alii ad funestas clades, quas insana Antiochi Epiphani[s] crudelitas Israelitis intulit; cui sententiæ minime obstat, quod auctor libri 1 Maccabaeorum Cap. VII, 17. carminis nostri Versum 3. citat, atque ad Alcimi crudelitatem et perfidiam accommodat, quando ille una die sexaginta sacerdotes occidit. Quod ipsum tamen octo annis, aut pluribus, post incensam urbem, atque mortem etiam Antiochi, et Demetrio regnante, factum est. Quare quum Psalmi nostri auctor priores illas Antiochicas (non Alcimicas) vexationes describere videatur, liber primus vero Maccabaeorum longe post ea tempora, quibus ea, quae in illo narrata sunt, gesta fuerunt, consignatus sit, nihil impedit, quo

minus historiae ejus scriptor, carminis ipsis Antiochicis temporibus editi verba adducere posset. „Omnia, inquit RUDINGERUS, in hoc Psalmo congruunt Antiochicae vastationi, Babylonicae nihil. In illa tantum est profanatum enim templum, et vastum jacuit, et portae solae fuere exustae; quid enim habuisset Judas, quod expiaret innovando, et uade encaenia celebraret? Item quod aliquem adhuc statum; quantumvis miserum, et aliquod adhuc quasi corpus esse populi ex Psalmo apparet, et non esse ἐρημωσιν, ut nullus cultor terrae sit reliquus.“ Cf. not. ad Vs. 1.

1. הָרְחִיבּוּ מַצְבֵּי אֱלֹהֵי אֲבוֹתָיךָ *Venerunt gentes in haereditatem tuam, irruerunt gentes exterae in terram tuam, s. peculium tuum, Exod. XV, 17. Ps. LXXIV, 2. Cf. 1 Maccab. I, 38. Καὶ ἐγένετο (Ἱεροσολήμ) κατοικία ἀλλοτρίων, et III, 45. υἱοὶ ἀλλογενῶν ἐν τῇ ἀκρῷ. הַבְּהִי-וֹת אֲבוֹתַי פִּשְׁרוּ פֹלְלוּ אֶת-הַמִּזְבֵּחַ הַקָּדוֹשׁ וְהַמִּזְבֵּחַ הַשֵּׁנִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַשְּׁלִישִׁי וְהַמִּזְבֵּחַ הַרְבִּיעִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַחֲמִישִׁי וְהַמִּזְבֵּחַ הַשֵּׁשִׁי וְהַמִּזְבֵּחַ הַשְּׁבִיעִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַחֲמִישִׁי וְהַמִּזְבֵּחַ הַשְּׁמֹנִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַתְּשִׁיעִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַעֲשָׂרִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַחֲמִישִׁי וְהַמִּזְבֵּחַ הַשְּׁמֹנִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַתְּשִׁיעִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַעֲשָׂרִי* *Polluerunt palatium sanctitatis tuae, emulsaunt tōn ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ut Alexandrinus reddidit. Diserte autem profanationis tantum meminit, ut de Antiochicis temporibus accipienda haec intelligantur, quae requirebat secutam ἐγκαίνωσιν, et non aedificationem novam. Primum autem spoliavit templum Antiochus, direpto omni auro et argento ejus; biennio post, idola etiam in hoc intulit, Jovis Olympii, et alia, et ut in altari iis sacrificaretur mandavit. Vid. 1 Macc. I, 21 — 29. 37. 39. 46. III, 51. 2 Macc. VIII, 12. — מַצְבֵּי אֱלֹהֵי אֲבוֹתָיךָ הָרְחִיבּוּ וְהַמִּזְבֵּחַ הַקָּדוֹשׁ וְהַמִּזְבֵּחַ הַשֵּׁנִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַשְּׁלִישִׁי וְהַמִּזְבֵּחַ הַרְבִּיעִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַחֲמִישִׁי וְהַמִּזְבֵּחַ הַשְּׁמֹנִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַתְּשִׁיעִי וְהַמִּזְבֵּחַ הַעֲשָׂרִי* *Redegerunt Hierosolyma in rudera. Antiochus urbem incendit, et domos ac moenia diruit, vid. 1 Macc. I, 31. 2 Macc. IX, 14.*

2. נָהַנּוּ אֵם - נָבְלָה עֲבָרֶיהָ מֵאֲכָל לַעֹף הַשָּׁמַיִם. *Dederunt cadavera* (nomen hebraeum collective accipiendum, ut infra Vs. 11. אָסִיר) *cultorum tuorum escam volucribus coeli*, בֶּשֶׂר הַסִּירִיהָ לַחַיִּהוּ-אָרֶץ, *carnes dilectorum tuorum feris bestiis terrae*; ו' in יהוה paragogicum, ut Pf. L, 10. ubi not. vid. Similiter Ezech. XXXIII, 27. וְאִשָּׁר עַל-פְּנֵי הַשָּׂדֶה לְחַיֵּה הַבְּהֵמָה לְאָכְלוֹ. Possumus autem haec generaliter de caede magna interpretari, sicut in bellis non possunt omnia cadavera sepeliri; quomodo Homerus canit de Trojanis; quod Achilles fecerit eos ἐλώρια πυνέσσειν οἰωνοῖσι τε πᾶσι, possumus et de crudelitate hostium interpretari, qui non passi fuerint eos sepeliri.

3. נֵץ קִיבָה. *Nec fuit, qui occisos sepeliret* (cf. 2. Reg. IX, 10.), vid. 1 Maccab. VII, 17. 2 Maccab. IX, 15. Significatur multitudo cadaverum et penuria eorum, qui sepelire possent propter vastitatem factam.

6. Hic Versus cum sequenti desumptus est ex Jerem. X, 25., nulla alia facta mutatione, nisi quod pro מֵלֵךְ הַגּוֹיִם noster הַגּוֹיִם, et pro מֵלֵךְ הַמַּלְכוּתִים, *super gentes*, quod est apud Jeremiam, noster מַלְכֵי הַמְּלָכֹת, *super regna*, posuit, denique pro בְּיָ-אֲכָלֶיהָ Jeremiae, Psalter Jeremiae. Verba אֲשֶׁר לֹא יִקְרָאוּ בְּשֵׁם יְהוָה אֱלֹהֵי אֲבֹתָיִךְ σου οὐκ ἐπεπαλῆσαντο reddidit, nec aliter Vulgatus. quae nomen tuum non invocant; et Chaldaeus: הֵי בְשֵׁם יְהוָה אֱלֹהֵי אֲבֹתָיִךְ, ut Gen. XII, 8. XIII, 4. Pf. XIV, 4. Alii: quae de nomine tuo se non nominant, aut nominantur, neque hoc contra linguae usum; vid. Gen. IV, 26. Jes. XLIV, 5. XLVIII, 1., et cf. not. ad Pf. XLIX, 12.

7. בְּיָ אֲכָלֶיהָ. *Quia devoravit* unaquaeque illarum gentium vel regnorum (Vs. 6.); eadem figura Jerem. L, 17. LI, 34. Verbum singulare h. l. collective sive distributive accipiendum esse docet res ipsa, et locus parallelus Jerem. X, 25., ubi pluralis אֲכָלֶיהָ extat, quem ipsum hoc Psalmi

Psalmi loco et veteres interpretes expresserunt; et codices quidam a Kennicotto inspecti exhibent. וְאֵת-בְּרִיתוֹ
 Chaldaeus interpretatus est וְיֵת בְּרִית מְקַדְּשִׁיהָ, et domum
 sanctuarii ejus (forsan ex collatione Exod. XV, 13. בְּרִית
 מְקַדְּשִׁיהָ); sed rectius haud dubie Alexandrinus τὸν τόπον
 αὐτοῦ, locum, s. domicilium, vel caulam ejus, Jacobi,
 instar ovis ab hostibus devorati, ut pergat in allegoria.
 Cf. de nomine בְּרִית not. ad Pf. XXIII, 2. Alii: pulchram
 mansionem ejus, coll. Hof. IX, 13. — וְהִשְׁמֵרוּ, Vastaverunt;
 coll. 1 Marc. [III, 45. Καὶ Ἰερουσαλήμ ἦν ἀδύνητος ὡς
 ἔρημος.

8. מִלִּי מִזְכֹּר-לְבָנִי Ne memineris nobis, ut in nobis
 animadvertas et punias, cf. Ezech. XVIII, 22. Pf. XXV,
 7. — עֲוֹנוֹת רֵאשִׁיטִים Alexandrinus ἀνομιῶν ἀρχαίων, Vul-
 gatus peccatorum nostrorum antiquorum, Chaldaeus עֲוֹנוֹת
 שְׂרִירֵיָא peccatorum a principio, i. e. antiquorum, red-
 didit; ut nomen femininum עֲוֹנוֹת construaturn cum ad-
 jectivo masculino רֵאשִׁיטִים, quemadmodum illud ipsum cum
 adjectivo masculino מְבַהֲלִים conjungitur Jes. LIX, 2., at-
 que cum verbo masculino יִלְכְּדוּ Prov. V, 22. At Aben-Efra
 et Kimchius iniquitas veterum subandito vel יָמִים, dis-
 rurum (ut Jes. LXI, 4. שְׁמֵמוֹת רֵאשִׁיטִים vastitates priorum
 scil. dierum, coll. Jes. XXVII, 6. XXXIX, 6.), vel אֲבוֹתָא,
 patrūm (ut Exod. XX, 3. עֵין אֲבוֹתָא) i. e. majorum nos-
 trorum, interpretandum censent. In verbis מְהֵרָא יִקְרָעוּנָא
 festina, praeveniant, i. e. occurrant, contingant nobis
 (Deut. XXIII, 5. Pf. XXI, 4., LIX, 11.) prius verbum
 adverbii vicem sustinet, quod recte Chaldaeus expressit,
 dum בְּסַרְרֵבְרִיא, festinanter, posuit. נָחַם לְבִי וְלִבְנֵי מֵאֵר
 exhausti, s. attenuati sumus, vehementer, Chaldaeus
 אֲחַמְסַכְנֵנָא, miserabiles facti sumus; sic Jud. VI, 6.
 וַיִּדְרֵל יִשְׂרָאֵל מֵאֵר; cf. etiam Pf. Pf. CXVI, 6. Aben-Efra:
 Sensus est, quia in nobis non sunt vires aut facultas, ideo
 misericordiam tuam imploramus.

9. על-דבר *Propter verbum*, f. *rationem*, pleonasmus; ut Genes. XII, 17. Num. XVII, 14. כבוד-שמה *Gloriam nominis tui*, quo Deus et salvator Israelis praedicaris; Pf. XXIX, 2. LXVI, 2. על-הטאתינו *Et expiationem praesta peccatis nostris*, eorum poenam tollendo. Vid. de hac loquendi formula Excurf. II. ad Levitic. Vol. II. p. 154.

10. Verbum masculini generis יודע construitur cum nomine feminino נקמה, ultio, cujus generis exempla plura recensuit Buxtorfius in *Theaur. Grammat.* L. II. Cap. X. p. 437., cf. Gesenius *Lehrgeb.* p. 720. Sic Cohel. VII, 7. מתנה יאמר, item Cap. X, 15. XI, 2. Sensus: demonstra publice (לעינינו) *coram oculis nostris* nobis videntibus gentibus illis vindictam tuam ob profusum ab ipsi sanguinem famulorum tuorum; ne patiaris eum esse inultum. Cf. eandem locutionem Deut. XXXII, 42.

11. תבוא לפניך מנקה אסיר *Veniat in conspectum tuum gemitus captivorum*, eorum, qui duro imperio parent (singularis collective accipiendus, ut supra Vs. 2. et in hac ipsa dictione Pf. CII, 21.). Sifitur Deus tanquam rex aliquis, qui, arduis occupatus, non curat, quid gemant vincti in carcere; proinde orat vates, ut paulisper ab aliis yacare, auremque ad flebiles captivorum voces arrigere velit. כבוד ורעה *Secundum magnitudinem brachii tui*, i. e. uti decet potentiam tuam. הותר בני-תמותה *Residuos fac*, superstites conserva, *filios mortis*, eos, qui morti jam sunt mancipati ac destinati; cf. Pf. CII, 21. 1 Sam. XX, 31. XXVI, 16. Chaldaeus: ומתמטרו *qui traditi sunt interneconi.* Vid. de hac figura GLASSII *Philol. S.* p. 95. ed. Dath. STORRII *Observatt. ad Anal. et Syntax. Hebr.* p. 243. seqq. Verbum הותר JARCHI, Chaldaeq Syroque auctoribus, solve interpretatus est, a verbo נחר, coll. Pf. CV, 20. CXLVI. 7. sed repugnante Grammatica.

12. וְהָשִׁב לְשִׂכְנֵינוּ שְׂבָעָתַיִם. *Et repende vicinis nostris*, qui malis nostris laetantur, uobisque illudunt (Vs. 4.), cf. 1. Macc. V, 1. seqq., *septuplum*, multipliciter, numerus certus pro incerto, et Ps. XII, 7. Prov. VI, 31. — אֶל-הַיָּקָם. *In sinum ipsorum*, i. e. plena mensura; significatur poenarum abundantia, ubi non vola manus excipi, aut comprehendi potest, quod porrigitur, verum exporrigendus est *sinus*, in quem large profundantur res tradendae. Sic in bonam partem Luc. VI, 38. *Mensuram refertam dabunt in sinum vestrum*; in malam vero Jes. LXV, 6. Jerem. XXXII, 18.

 PSALMUS OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Continet preces ardentes pro populo Judaico, quum graviter premeretur atque etiam vastaretur ab externis hostibus. Commemorat autem beneficia, collata genti ab initio, in allegoria vitis, atque ita petit, ut conservet Jova opus suum, et perficiat benignitate opis suae id, quod tam praeclare coepit in illo populo, neque perire sinat illa ab antiquo collata beneficia. Interpretes bene multi hunc etiam Psalmum ad Antiochica tempora referunt. Alii hoc carmen habent pro precibus decem tribuum, ab Assyriis in captivitatem abductarum; Psalmum vero LXXIX. accommodant Judaeis in exilio Babylonico degentibus. Sed in nostro carmine Vs. 3. etiam *Benjamin* nominatur, quae tribus semper Judaici regni fuit. DÖEDERLEIN conjecit, Psalmum vel ad bellum Josaphati cum Ammonitis et Moabitis pertinere (2 Chron. XX, 6.), vel ad direptiones atque vexationes, quas Philisthaei sub Joramō terrae intulerunt, 2 Chron. XX, 16. 17. Davidicis temporibus carmen vindicare

dicare studuit HENSLÉRUS *), argumento maxime usus Vs. 18., quem de Davide accipiendum putat. Certa tamen temporis, quo editum sit carmen, indicia frustra quaeras. Cf. etiam BOCHARTI *Hieroz.* Tom. II. p. 384. not. 5. edit. Lips.

2. נהג בצאן יוסף, *Tu qui ducis, instar gregis, Josephum*, respondet רעה ישראל, in priori hemistichio, cujus generis parallelismus, quo voci communi vel generaliori subjungitur speciale, quod in isto genere prae reliquis eminet, saepius occurrit, veluti Jos. II, 1. *Inspicite terram istam et (potissimum) Jericho*; Hof. VII, 2. *Ephraim et Samaria*; Joel. IV, 1. *Juda et Jerusalem*; Pf. XVIII, 1. *E manu omnium inimicorum, et e manu Sauli*. Cf. Pf. LXXVII, 16. — ישב הפרבים *Qui Cherubis infides*, cf. not. ad Pf. XVIII, 11. — הופיעה *Splende*, i. e. splendide te manifesta, opem illustrem ferendo, cf. Pf. L, 2.

3. לפני אפרים ובנימין ומנשה עוררה אח-גבורתה *Coram Ephraim, Benjamin et Manasse exere potentiam tuam*; universum populum Judaicum illarum tribuum mentione significari, res ipsa docet, non aliter, quam cum Josephidae, Jacobidae, Israelitae, Abrahamitae appellantur; *Benjamin* vero h. l. una cum Ephraimo et Manasse memoratur, quod horum patrem, *Josephum*, solum ex omnibus fratribus habet ἀμομήτριον, seu uterinum; nam Joseph et Benjamin soli sunt e Rachele, dilectissima Jacobi uxore, nati, ceteri ex Lea, Silpa et Bilha. *Ita ad salutem nobis*, succurre auxilio

*) *Bemerkungen über Stellen in den Psalmen und der Genes.* p. 139.

xilio tuo. Sunt, qui לָכֶּה pro לָךְ positum existimant (cum ה paragogico, ut Jes. III, 6. et דָּרְכָה pro דָּרְךָ Exod. XIII, 16.), ut sensus sit: *tuum est, nos salvare*, auctore Chaldaeo, qui עֲלֶיךָ מִן הַיָּמָּה לְמַפְרוֹק לָכֶּה reddidit. Sed recte Aben-Esra observat, הוּ לָכֶּה, i. esse Imperativum verbi הִלָּךְ, ut 1 Sam. XXIII, 27. Num. XXII, 17. XXIII, 7., durior enim est illa dicendi formula, nec Hebraeis usitata.

4. אֲחִיב יִחַס מְבַלִּיזְרָנָה Chaldaeus *reducito nos ex exilio nostro* interpretatus est, quomodo verbum hebraeum Jerem. XII, 15. XVI, 15. XXX, 3. dicitur. Alii *recrea nos*, ut Pf. XXIII, 3., ubi not. vid. Alii: *reduc. s. restitue nos*. Eadem verba recurringunt infra Vs. 8. et 20. Videntur a choro aut universo populo decantata fuisse. De formula הָיָא פְּנִיךָ vid. not. ad Pf. XXXI. 17.

5. Antè צָבֵאוֹ subaudiendum est nomen constructum מְלִיכָה, quod habes 2 Sam. V, 10. 1 Reg. XIX, 10. 14. collata simili ellipsi constructi post absolutum Jos. III, 14. Pf. LIX, 6. 2 Paral. XV, 8. — עַד-מָתי עֲשֵׂנָה בְּחַפְזָה עִמָּךְ *Quam diu fumabis contra preces populi tui?* i. e. quam diu ardere sines incitatam et fumantem adversus nos iram tuam, quae non sinat preces nostras esse efficaces. *Fumus* scil. naris pro *ira*, vid. not. ad Pf. XVIII, 9. Cf. LXXIV, 1.

6. הִאֲכַלְתָּם לֶחֶם דָּמְעָה *Cibasti eos*, i. e. populum tuum, *pane lacrymarum*, i. e. lacrymis loco panis et cibi, vid. Pf. XLII, 4. CII, 10., et cf. Job. III, 24. — שְׁלִישׁ pro שְׁלִישֵׁי *triplici mensura*, multiplici demenso, quemadmodum Prov. XXII, 20. שְׁלִישִׁים *tripliciter* significat multis vicibus.

7. הִשִּׁימְנוּ מִדּוֹן לְשִׁבְיָנוּ *Ponis nos contentionem vicinis nostris*, contentionis objectum et materiam, rixantur inter se hostes nostri de spoliis nostris. Alii: *expulsi nos vicinis nostris*, quos certatim petant et vexent.

וְאֵיבֵינוּ יִלְעָנוּ-לָמוֹ *Et hostes nostri derident sibi, invicem, ludibrio nos eis fumus.*

9. בְּיַחַד יִשְׂרָאֵל Chaldaeus recte interpretatus est *gentem Israeliticam viti similem*, qua eadem figura populū Judaicum et Jesaias inducit V, 1—7. Nostri loci elegantias enucleavit L'ŌWTH *de saera Poesi Hebraeor.* Praelect. X. p. 217. edit. Goetting. sec. f. p. 111. edit. Lips. חָבַרְשׁ גִּוִּים *Expulisti gentes מארצא* הַיִּשְׂרָאֵל, *e terrā Israel*, ut Chaldaeus addidit. Cf. Exod. XXIII, 28. Pf LXXVIII, 55. וְחָבַרְשָׁה *Et plantasti eam*, Vs. 16. Cf. Exod. XV, 17.


10. בְּפִיָּה לְפָנֶיהָ *Expurgasti coram ea, f. ante eam* (vitem), i. e. ad vel juxta scrobem singularum vitium, terram ibi repassinando, ut locus fiat in novella vinea palmitibus, unde excrescant, qua cultura perficitur, ut radix terrae accrescat, וְחָבַרְשׁ, ut apud nostrum sequitur, quod est *radicare* Plinio. Veteres non hunc figuratum, sed proprium sensum expresserunt. Alexandrinus ὠδοπονησας ἐμπροσθεν αὐτῆς, *viam ante ipsam parasti*, impedimenta quaevis removendo, ut Mal. III, 1. Vulgatus: *dux itineris fuisti.* Chaldaeus: קָרַמְתִּיהוּן מִן קַרְמֵיהוּן פְּנֵיהֶם *Conspicisti a conspectu eorum Cananaeos.* Verbum פָּנָה, quod proprie *vacuum facere* (coll. Arab. فَنَى, *evanuit*) significat, quae notio Chaldaeis etiam usitata est, hinc de *expurgatione domus* (Genes. XXIV, 31. Levit. XIV, 36.), haec non *viae* (Mal. III, 1) dicitur, tum in universum *removendi* sensu usurpatur, ut Zeph. III, 15., hoc loco ad repassinationem vinearum adhibetur, qua sit terra rarior et aperitur malleolis vitium, quod ipsum et vitiores nostrates *raeuimen* vocant.

11. בְּכֹס הַרִים צִלָּה *Tecti, cooperti sunt montes umbra sua*, subaudito בְּ אַנְתֵּם צִלָּה, ut 2 Reg. XVI, 8. Ezech. XVIII, 7. 16. — וְעֵבֵרָה אֲרָזֵי אֵל *Et rami palmitum ejus fuerunt vel facti sunt inslar cedrorum Dei*, cedrorum procerissimarum inslar in altum excreverunt, subaudiendum ante

ante ארזי particula כ, ut Nab. III, 12. *Cedri Dei* sunt tales, quales Deus plantavit et provida cura sua in maximam proceritatem excrefcere fecit, cf. Pf. XXXVI, 7. et ibid. not. Chaldaeus Verfum nostrum hoc modo explicavit: חפון טורפא דירושלם טול בית מקדשא ובתי מדרשא דרבבין אמרין אלימין דמתילין לארזין תקיפין
Cooperti sunt montes Hierosolymae umbra domus sanctuarii et scholis doctorum sermocinantium praestantissimorum similibus cedris fortissimis.

12. ארזי יצא ער-ים. *Emisit vitis palmites suos usque ad mare*, i. e. ut Chaldaeus posuit, ער יצא רבא, *ad mare magnum*, s. mediterraneum, qui terminus erat occidentalis, vid. Exod. XXIII, 31. Deut. XI, 24. — Et ad fluvium scil. פרה, *Euphratem*, (ut Chaldaeus addidit), qui נאר ארזאכא sic dici solet, et terrae Israeliticae terminus euroseptentrionalis erat, vid. Gen. XV, 18. Deut. XI, 24. Jos. I, 4. — יונקויה *Surculos et germina sua*, Hof. XIV, 7. Job. VIII, 16.

13. למה פרצה גדריה. *Quare igitur nunc rupisti et destruxisti maceries et sepimenta ejus?* Kimchi: custodiam et protectionem tuam subtrahendo. וארזה בל-עברי *Ut decerpant eam vindemiando quicumque transeunt in via publica*, Pf. LXXXIX, 42. Thren. II, 15.

14. יכרסמה חזיר מנה. *Arrodit eam porcus e sylvae*, b. e. sylvestris, aper. Copiose de hoc loco egit BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. L. III. C. XXIX. Tom. II. p. 372. seqq. edit. Lips., qui et p. 378. seq. varias verbi כרסם interpretationes recensuit et perpendit: veram autem illius interpretationem ex Arabico , *toto ore valide momordit*, (vid. GOLLII *Lexic. Append.* p. 2905.) petendam esse vidit. Cognatum est Chaldaicum כרסם (permutatis ק et כ, ut in קובע et קובע, *galea*),

lea), *absumsit, arrodendo consumsit*, quod Kimchius cum nostro verbo Hebraeo contulit. Literae ץ suspensae in voce מַעַרְכָּא causas à variis variis allatas enumeravit Bochartus l. c. p. 374. Ipse putat, Judaeos veteres, sicut per *aprum* Nebucadnezarem intellexerunt, qui Cananaeam devastavit, et Judaeos in captivitatem Babylonicam deduxit, ita per *Ajin* suspensum annos septuaginta designari voluisse, quibus duravit illa captivitas; nam in numeris litera ץ valet *septuaginta*. Magis placet MATH. HILLERI sententia in *Arcano Keri et Kethib* p. 186., transpositam vocem per lectionis varietatem hoc modo in codicibus quibusdam significari, sicut idem censet de Jud. XVIII, 30. Job. XXXVIII, 13. 15. De זֵן שָׂרִי vid. ad Pf. L, 11.

15. אִרְאָה אֶת־יְהוָה *Hedi* ab ira ad gratiam erga nos et primum favorem tuum; cfr. not. ad Pf. VI, 4. רָבַח מִשָּׁמַיִם *Prospice de coelo*, vid. Pf. XIII, 4. XIV, 2. XXXIII, 13.

16. כִּנְהָה *Aben-Efra recte firmiter positam, s. plantatam* i. g. plantam interpretatur, a verbo כָּנַן, quod significationem a כָּנַן mutuatur, ut cognoscitur e nomine כָּנַן, *basis, locus quo stat aliquis*, Genes. XL, 13. Dan. XI, 7. Ita Alexandrinus, nisi quod is nostrum כִּנְהָה pro Imperativo habuit: *καὶ κηράρισται αὐτῆν ἢ ἐφύτευσεν ἢ δεξιᾶ σου*, consentiente GESENIO *Lehrgeb.* p. 365. Syrus vero nomen ܟܢܗܗ usurpavit, *stabile quid* significans a ܟܢܗܗ *stabilivit*. Chaldaeus suo עֹבְרָא, *propago, furculus*, sensum magis, quam propriam notionem expressit. Recentiorum interpretum de hac voce vanas conjecturas recensuit atque refutavit J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1307. seq. Accusativus, כִּנְהָה, pendet ab Imperativo כָּנַן Vs. 15. Literam כ majusculam variantis vocalis indicium esse, conjicit Hillerus l. c. p. 167. Nomini כִּנְהָה, *planta*, in altero hemistichio respondet כָּנַן, quod Kimchiarum vitis interpretatur, coll. Gen. XLIX, 22. Alii in-

telligunt vineam, quam Jova manu sua conlevit, figura Hebraeis usitata, de qua vid. GLASSII *Philol.* S. p. 95: ed. Dath. Ego nihil caussae esse puto, cur hic בן in communi significatione *fili*i non accipiatur; *filius* enim collective intelligendus est de *Israelitis*, de quibus Deus Exod. IV, 22. *Fillus meus, primogenitus meus Israel*; et Hof. XI, 1. *Et ex Aegypto vocavi filium meum*. Explicat allegoriam, et quid per vineam et plantam intellexerit. Chaldaeus hunc locum ad Messiam retulit: $\text{על הן מלך מלכותך ואתה מלך מלכותך}$ et *super regem unctum* (scil. מלך), *quem firmasti tibi*. הן מלכותך ; *Quem corroborasti tibi*, i. e. quem adoptatum tot nexibus tibi obstrinxisti, atque asseruisti multis retro seculis. Mirandum, J. H. PAREAU in *Institut. interpret.* V. T. p. 326. posterius Versus hemistichium, על בן מלכותך , ita impedita visum esse, ut tolerabili modo explicari non posse pronunciat. „At, inquit, „eadem plane verba leguntur Vs. 18., ubi omnino conveniunt; quae enim inter utrumque locum est receptae lectionis diversitas, hoc in multis codd. et in antiquis versionibus nulla est. Quocirca, quum in medio Versu utroque occurrat מלכותך , verba interjecta facile praeteriisse librarium arbitramur; quem errorem quum transcripta altera Vs. 18. parte animadverteret, id, quod male scripserat, non deleverit, sed continuo adjecerit, quae omisisset, apposita fortassis aliqua erroris sui nota, quam tempus detriverit, aut cujus iusta deinceps ratio habitu non sit. Abjecta autem illa pericope e Versu 16., prius ejus hemistichium apte petendum est ex Versus 15. membro tertio, sive ejus postremis verbis, ut hic etiam Versus, aequae ac plerique in hoc Psalmo; non nisi duobus membris confet.“ Nobis quidem minus necessaria videtur artificiosa ista textum, ab interpretibus antiquis omnibus eodem modo expressum, immutandi ratio.

17. כְּסוּחָהּ, vulgo *excisam* interpretantur ex significatione Chaldaici כְּסוּחָהּ, *amputavit, succidit*, quo ipse verbo Chaldaeus interpres supra Vs. 13. hebraicum אָרְבֵּהּ expressit, hoc vero loco מִפְרִיכָא usurpavit a verbo פָּרַךְ, quod et Jef. XXIV, 7. a Chaldaeo de vitibus fractis et dirutis dicitur. De spinis succis, quae igne comburantur, nostrum כְּסוּחָהּ occurrit Jef. XXXIII, 12. *Succidendi* tamen notio huic loco inepta videtur J. D. MICHAELI in *Supplem.* p. 1318. „Quis enim, inquit, inverso rei ordine, dixerit: *combusta igne et amputata?* Igne postquam combusta, amputari non potest.“ Collato igitur Arabico كَسَحٌ (pro quo et كَسَحٌ dicunt) *verrit domum, et ventus pulvere detracto terram*, nostrum locum hoc modo existimat transferendum: *igne comburitur et everritur*, a vento nempe; cinerem combustae vitis everrit et absportat ventus, ut nihil ejus reliquum sit. Nihil tamen opus, voci כְּסוּחָהּ aliam significationem loco Jef. XXXIII, 12., aliam hoc loco assignare. Potest et h. 1. *excisa* reddi; est enim ὑστέρωσις, Hebraeis non infrequens, cujus figurae exempla complura collegit GLASSIUS in *Philolog.* S. p. 659. ed. Dath. יִאָבְרוּ *Pereunt* palmites et propagines, i. e. ut Kimchius dicit, Israelitae per vitem significati. Alii in Optativo: *pereant* hostes, qui hanc vineam vastarunt.

18. יְמִינְךָ עַל-אִישׁ יְמִינְךָ *Sit manus tua ad protegendum super virum, dexterarum tuarum*, Israeliticum populum intellige, quippe quem potentia sua redemit ac vindicavit olim Jova ex servitute Aegyptiorum, quiq; est planta illa Jovae dextera confita, Vs. 16. Paulo aliter MICHAELIS ad Lowthum (p. 219. edit. Goetting. sec., p. 511. edit. Lipf.) „*Virum foedere tibi junctum; jurabant Orientales per dextram. Sic Muhammedi Gabriel Sur. XLVIII, 10. Qui tibi jurant fidem, Deo jurant; manus Dei est supra manum ipsorum.* Hinc et Arabibus יְמִין est

est *jusjurandum*“ Jarchi verba nostra sic interpretatur: *fit manus tua contra virum*, de quo ultio sumat *dextera tua*, ellipsi perquam dura. Obstat praeterea huic interpretationi etiam hoc, quod וְיָ in malam partem semper cum ב construitur, ut Deut. II, 15. Exod. IX, 3., cum aliis autem particulis in meliorem partem accipiendam est, ut Pf. CXIX, 173. Ezech. III, 14. XXXVII, 1. In altero hemistichio dictionem $\text{בְּנוֹ-אֲרָם אֲמָצָה לָהּ}$ collective interpretandam esse *hominibus quibus vires et auxilium contulisti*, atque de Israelitis accipiendam, res ipsa docet. Cf. et Vs. 16:

19. $\text{וְלֹא-נִסּוּב מִמֶּךָ}$ *Tum non recedemus a Te*, a cultu tuo. $\text{תְּחַיֵּנוּנוּ$ *Vivos nos reddas*, restitue nos ex miseris nostris, conserva nos, cf. not. ad Pf. XXXIII, 19;

PSALMUS PRIMUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Hortatur ad obedientiam legibus et institutis divinis praestandam, praesertim in rite celebrandis festis diebus in memoriam beneficiorum divinorum, quorum populus saepe immemor fuerit. Carmen videtur solennitatibus mensis septimi (*Tisri*), festi tubarum atque tabernaculorum, destinatum, vid. not. ad Vs. 4.

2. Pro עֲוֹנֵי Alexandrinus τῶ βουθῶ ἡμῶν posuit, unde Cappellus conjecit, illum in suo codice עֲוֹנֵי legisse. Sed ostendit Buxtorfius in *Anti-Crit.* p. 653., Alexandrinos et in pluribus aliis locis verbum עוּן et nomina inde derivata per βουθῆω, βουθῆλαυ, et βουθῆηυ transtulisse, vid. e. c. Eccles. VII. 19. Exod. XV, 2. XXVIII, 7. Jes. XVII, 10.

3. Verbis הִתְחַנְּנוּ, *date tympanum*, alloquitur vates Levitas, instrumentorum musicorum custodes, ut expromere et apparare properent omnia, quae ad solennitatem gaudiumque facere quocumque modo possint. Cf. Ps. LXVIII, 26. CXLIX, 5. 1 Sam. VI, 5. — כְּנֹר נְעִים *Citharam amoenam*, i. e. pulchre sonantem.

4. תִּקְעוּ בְּחֹדֶשׁ הַחֲמִישִׁי Clangite buocina in mense, vel calendis mensis, scil. septimi, ut disertè Chaldaeus addit, Tifri, juxta Levit. XXIII, 24.; qui mensis prae reliquis totius anni plurimas comprehendebat festivitates, ita ut in diem primum incideret festum tubarum, in decimum expiationis, in decimum quintum festum tabernaculorum. „Verborum תִּקְעוּ לַיּוֹם הַחֲמִישִׁי varia est interpretatio. Alii תִּקְעוּ referunt ad radicem תִּקַּע, numeravit, ut significet statum et numeratum tempus. Eo sensu plerique accipiunt, sequenti Kimchium, qui interpretatur זמן ומועד. At sic deberet esse Dagesch in ט. Alii volunt esse a radice תִּקַּע, textit, ut significetur interlunium, quo luna adhuc tecta est; hinc Targum vertit בְּיַרְחָא רְמֻחְבְּטִי, in luna abscondita. At tempus absconditae Lunae non erat festum, sed apparentis; simulac enim Luna esset עַל פְּאֵסַי, initium erat festi: non in interlunio, sed in novilunio. Fortasse lucem hic dabit lingua Syriaca, ubi, teste Ferrario, חֲמִישָׁא כְּסִמָּא significat decimum quartum diem lunae, plenilunium. Sic Glossarium Syro-Arabicum חֲמִישָׁא vertit الأعيان التي في نصف الشهر عيد تكامل القمر, festa quae sunt in medio mensis, festum perfectionis lunae. Vult ergo poeta cani Deo, in novilunio et plenilunio, in initio mensis et medio, et potest hic specialiter per יוֹם הַחֲמִישִׁי, qui incidebat בְּכֶסֶף in plenilunium, intelligi festum Paschatis, quod in 14. mensis Nisan incidebat, vel tabernaculorum intelligi festum, quippe quod passim absolute et כִּי עָלְמוֹתָא חֲמִישָׁא Hebraeis dicitur, ut in Praecepto affirmativo 205. להקריב קרבן מוסף. singulis septem diebus festi addere oportet oblationem ad quotidianum sacrificium; intelligi festum Tabernaculorum patet ex antecedentibus et sequentibus. Liquet etiam e libro precum Judaicarum, Versum hunc Psalmi recitari לראש השנה, primo die anni, id est, Calendis Tifri, quia eo pertinet תִּקְעוּ בְּחֹדֶשׁ שׁוּפָר, clangite in

in *Novilunio tuba*; erat enim initium anni festum Tubarum, cui statim recte subjungitur תְּפִלָּה, medium ejusdem mensis, in quod incidebat solemne illud festum Tabernaculorum." LUDOVIC DE DIEU. Cf. J. D. MICHAELIS *Supplem. ad Lexx. Hebr.* p. 1315 — 17.

5. מִשְׁפָּט *Ritus, consuetudo*, ut Jerem. XLIX, 12. Vel מִשְׁפָּט ponitur pro *lege sancita*, quomodo Pf. XVIII, 23. חֵן et מִשְׁפָּט pariter, ut hic, conjunguntur. לְאֵלֵהֶי דְּיַעֲקֹב *Deo Jacobi*, i. e. in honorem Dei Jacobitarum; Dativi enim, non Genitivi nota est ל.

6. עֲרֹחַ בִּיהוֹסֵף שְׁמוֹ *Testimonium* nempe illud facinorum suorum mirandorum atque beneficiorum suorum in *Josepho posuit illud festum. Josepho* universum populum Israeliticum, ut Pf. LXXVII, 16. LXXVIII, 60. et LXXX, 2. significari, recte Aben-Efra et Kimchi monent. יהוֹסֵף pro יוֹסֵף, ut יוֹכָדֵב et יוֹחָנָן, יהוֹכָדֵב et יוֹחָנָן scribi solet. — בְּצֵאתוֹ עַל אֶרֶץ מִצְרַיִם *Cum exiret contra terram Aegypti* scil. Deus ad Israellem liberandum, tanquam iudex et vindex, coll. Exod. XI, 4. Habac. III, 13. „Videri posset legendum esse מִאֶרֶץ (quum exiret e terra Aegypti) pro עַל-אֶרֶץ, ita ut de populo Israelitico sermo sit. Sic quoque Alexandrinus, Syrus et Vulgatus vel legerunt, vel intellexerunt. Sed potest recepta lectio defendi. Sermo enim est de institutione paschatos. Quod festum Deus instituit, cum Aegyptiorum primogenitos occideret." D. A. T. H. E. שָׁפָה לֹא-יָרַעְתִּי אֲשַׁמֵּעַ *Ubi labium*, sermonem, linguam (ut Genes. XI, 1.), *quam non noveram, audiebam*, periphrasis pro: ubi eram peregrinus, apud gentem scilicet extraneam, cujus linguam ignorabam, et quum nullum mihi erat linguae commercium, quod praecipuum est humanae societatis vinculum. Cf. Pf. CXIV, 1. בְּצֵאתִי יִשְׂרָאֵל מִמִּצְרַיִם מִעַם לֵעָוֹ. Gentes barbarae et hostiles describuntur ut homines, quorum linguam ignoramus, vid. Deut. XXVIII, 49. Ies. XXXIII, 19. Ante שָׁפָה subaudiendum est אֲשֶׁר-שָׁמַעְתִּי, *ubi* (Exod. XX, 18.), coll. simili ellipsi Proverb. XIV, 7. Pf. XLIX,

6., et post שָׁפָה pronomen relativum אֲשֶׁר, quare forma constructa שָׁפָה posita est; nomina enim haud raro in forma statui regiminis propria ponantur, ubi nomen rectum implicite continetur, eoque vel expresso, vel omisso, ut 1 Sam. III, 13, בְּעֵינֵי אֲשֶׁר יֵרַע, ob crimen ejus rei, quod noverit. Jerem. XLVIII, 36, יִתְרָה עָשָׂה אֲמָרָה, residuum ejus, quod adquisiverat, interiit; vid. et Thren. I, 14. Ita et nostra verba explicanda sunt: *labium* ejus, quem non noveram, audiebam. Sermo a tertia persona mutatur in primam, ut Pf. LXVI, 6., per *νοῦνοποιεῖται*. Aben-Esra: „ita dicit Psaltes in persona totius populi.“ LUDOV. DE DIEU Versum nostrum hoc modo transferendum existimat: *Testimonium in Joseph posuit illud* (scilicet); *quum exiret contra terram Aegypti, sermonem, quem non noveram, audivi*, Dei scilicet, cujus verba Versu sequenti referuntur. „Probat celebrandum esse Deum; ipse hoc pro testimonio posuit in Joseph, et hoc ita factum probat ex sermone Dei, quem quum judicia sua in Aegyptios exerceret, audiverat.“ Similiter DÖDERLEIN: „*Linguam ignotam audio*. Subitanea et digna poetico impetu digressis, cum vates sese divino afflatu subito percussus sentit, et oraculum audire sibi persuadet. Nam in sequentibus Deus loquitur.“ Sed quam supra dedimus interpretationem commendat usus loquendi, ex quo *labium ignotum* semper de lingua ignota dicitur. Oraculum divinum sibi oblatum vates si indicare voluisset, vix dubium, eum קוֹל, non שָׁפָה usurpasse. Quod Aegyptii describuntur tanquam ii, quorum linguam ignorabant Hebraei, referendum est ad pristinam suam inter illos servitutem, cum ad operas duriter adeo ab Aegyptiis alienae linguae hominibus urgerentur.

7. הִסִּירוּהִי מִסָּבֵל שְׂכָמוֹ *Removi ab oneribus bajulandis humerum ejus* Israelis, liberavi humeros eorum oneribus. מַנְדִּיר מַדְרֵד מֵעֵבֶרְנָה *Manus ejus a cophino luto lateribusve portandis aptato transfuerunt*, relictis illis servitii instrumentis liberae fiebant. Nomen דְּרֵד significat

vas concavum, quo excipitur aliquid vel coquendum (nbi olla est intelligenda, ut 1 Sam II, 14. 2 Paral. XXXV, 13.), vel portandum, ut h. l. et Reg. X, 7. Jerem. XXIV, 1. 2. Cf. de hoc nomine. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 408. seqq. Lateres et figulinae praecipuae Israelitarum operae in Aegypto (Exod. I, 14.), ad quas pertinet etiam corbium et lutii gestatio. Alii nomen *ollae* significatione accipientes, *ollarum confectionem* s. figolinas, ad quas Israelitae adacti fuerunt, innuunt.

8. Pro *בְּצָרָה*, in *angustia*, Chaldaeus recte in *tempore afflictionis Aegypti* posuit, *אֶעֱנֶה בְּסֹחַר רָעַם* *Exaudi te in latibulo tonitru*, i. e. latens in tonitru, quando tempestas obruit hostes tuos. Referenda enim haec sunt ad historiam transitus per mare rubrum, quae praecedentibus jam est consequens, quando et maxime trepidarunt Israelitae, cum viderent insequentes Aegyptios mare jam ingressos esse, et tum etiam maxime ostendit eis potentiam suam Deus, quando excitata tempestate mari eos obruit, de qua et Pf. LXXVII, 17. Per *סֹחַר רָעַם* *latibulum tonitru*, significatur nubes illa obscura, in qua latens Jova pro Israelitis pugnabat, ejaculando fulmina cum tonitruis in Aegyptios; vid. Exod. XIV, 24. Chaldaeus: *in loco abscondito majestatis meae, personantibus coram me rotis igneis*. Minus probandi sunt, qui in *latibulo tonitru* sic interpretantur: ubi tutus eras a tonitru illo et horribili tempestate, collata simili constructione Jes. XXVIII, 17. (*סֹחַר מַיִם*, *latebra aquarum*), et Jes. XXXII, 2. (*סֹחַר זָרִים*, pro *מסחור מִזְרִים*, ut IV, 6. habetur). Deinde *אֶחְתִּיבֶנָּה* *Deinde probabam, explorabam te* (de quo verbo vid. ad Pf. XI, 4.), utrum post evidentissimum illud potentiae meae documentum in fide mea perseveraturus esses. *עַל-מֵי מְרִיבָה* *Ad aquas contradictionis*. s. rixae, in Rephidim, vid. Exod. XVII, 7. coll. Num. XX, 13.

9. *וְאֶעֱזְרָה בָּהּ* Vid. not. ad Pf. L, 7. — *אִם* *Utinam, e β!* ut Pf. CXXXIX, 19. *Quam optandi vim praesertim*

tim apud Aethiopas haec particula frequenter naevet cum verbis conjuncta, cf. infra Vs. 14., ubi pro אֵם aequipollens לִי ponitur, et Graecorum εἰ, Luc. XIX, 42. Alii cum sequentibus nectunt conditionaliter, ut Vulgatus: *si audieris me, non erit in te* etc.

10. לֹא-יִהְיֶה בְּךָ אֵל זָר *Non erit, agnosci et coli debet in te, s. inter vos*, ut recte Chaldaeus reddidit, *Deus alienus*, Kimchi; ita ut non ponas fiduciam tuam, nisi in me solo.

11. Verbis וְאִמְלֵאתָּ בִּי וְהִרְחַבְתָּ בִּי, *aperi os tuum et implebo illud*, interpretes longe plerique contineri existimant sponsonem Jovae de populo suo omnibus univarse bonis, quibus opus illi esse possit, explendo satiandoque. Sed Chaldaeus verba nostra sensu figurato accepit, hoc modo: אִפְתֵּי פִּיךָ בְּפִתְחֵי אֹרְחָתָא וְאִמְלֵי יְהוָה מִכָּל שְׂבָחָא, *aperi os tuum ad verba legis, tum implebo illud omni bono*. Quod ipsum SCHNURRERUS comprobavit in *Disserit. philologico-critt.* p. 158. seqq., collato loco Pf. CXIX, 13i. *Distendo os meum atque anhelo, quod praecepta tua desidero*, ubi os apertum nihil aliud significare, quam animum discendae voluntatis divinae cupidum, res ipsa docet. Aliis etiam locis mandata atque praecepta, quae Deus dat homini, comparantur cum cibo, quem Deus edendum illi porrigat, ut Ezech. II, 8. Jerem. XV, 16. „Et videtur omnino hic sensus ad reliquam orationem h. l. esse aptissimus. Est enim sermo de solemniffoederis Sinaitici institutione, commemoratque Jova, se populo ex servitute Aegyptiaca a se exempto hanc legem proposuisse, ut ipsum solum pro Deo suo haberent cohererentque. Qua conditione accepta cum necesse fuerit, omnem illius religionis modum ac rationem legibus definire intelligis, vix quicquam aptius et cohaerentius in oratione subsequi posse illa ipsa ad audiendas leges divinas invitatione.“

13. וְאִשְׁלַחְתָּהוּ *Ideo dimisi eum velut animal sine frenis, indomitum*, ut Job. XXXIX, 3. verbum hebraeum usur-

usurpatur. KIMCHI: custodiam meam ab iis abstuli et publici quasi juris eos hostibus feci. בַּשְׂרִירָה לָבָם Aben-Esra et Kimchi interpretantur *in obstinatione cordis eorum*, ex Aramaeo שָׂרִיר, *firmavit*, et שְׂרִיר, *firmum*; Hie-

ronymus: *in malitia cordis eorum*, ex Arab. شَرٌّ, *malus et improbus fuit*. Sed Chaldaeus: בְּהִרְוֵי לְבָבוֹן, *in cogitationibus cordis sui*, a *speculandi* significatione, quam verbum שָׂרִיר cum שָׂרִיר communem videtur habuisse, cf. not. ad Pf. V, 9. Quam *cogitationum* significationem commendat membrorum parallelismus h. l., quum in altero hemistichio בְּמוֹעֲזוֹתֵיהֶם respondeat. Aptā quoque est locis Dent. XXIX, 18. Jerem. III, 17. Certum est, sensu malo tantummodo illud nomen usurpari. Pro בְּמוֹעֲזוֹתֵיהֶם Chaldaeus recte בְּמַלְכָּה רְשָׁעִיתוֹן, *in consiliis impietatum suarum*, posuit.

15. בְּנוֹעַר *Brevi*, ut Pf. II, 12. XCIV, 17. ut Chaldaeus habet. אֲכַנִּיעַ *Humiliarem* est reddendum, coll. Vs. 14. Vulgatus, qui Vs. praeced. transtulit: *utinam audivisset* etc., nostra verba *humiliassem* etc. reddit. וְעַל-צְרִינֵיהֶם אָשִׁיב יָדֵי *Et adversus hostes eorum manum meam*, plagas meas (vid. Pf. XXX, 4.) *converterem*, i. *convertissem*.

16. Etiam hic Versus pendet ab illo Vs. 14: *Si populus meus audiret me*. מְשֹנְאֵי יְהוָה *Osiores*, inimici *Jovae*. Hostes sui populi hostes suos Deus vocat, ac de se loquitur in tertia persona: nisi forte quis velit haec dicta a poeta, quasi Dei verbis haec subjiceret. יִכְחָשׁוּ-לִי *Mentirentur ei*, populo meo, hoc est, prae timore negarent se quicquam adversum illum molitos; vel, bello domiti simularent benevolentiam et voluntariam servitatem. Cf. not. ad Pf. XVIII, 45. — יְהִי עִתָּם לְעוֹלָם *Effetque tempus eorum*, Israelitarum *in aeternum*. *Tempus pro tempore*, statumque *felici* intelligendum, coll. Jcf. XXXIII, 6., quemadmodum *vita pro vita beata* Pf. XXXIV, 13. Chaldaeus תְּרַקְּבוּן, *fortitudo eorum*, reddidit. Kimchius: „sensus

„sensus est, statum illorum feliciter inchoatum aeternum duraret, nec unquam cessaret, aut interrumperetur, si obtemperarent.“ Sed Jarchi et Aben-Efra hoc ad hostes referunt, *tempus* accipientes pro tempore ultionis et calamitatum, quas Jovae hostibus praenuntiari existimant, coll. Jesh. XIII, 22., ut *diei* nomen sumitur Pf. XXXVII, 13.

17. וַיֵּאָכְלֶהָּ *Ei cibaret eum* scil. Jova (Vs. 16.) populum suum. מִחֶלֶב חֶמֶת *Ex adipe frumenti*, Chaldaeus: מִן טוֹב לֶחֶם חֶמֶת *ex optimo pane triticeo*, cf. not. ad Deut. XXXII, 14. — וַיִּצְיֹר יְהוָה אֶשְׁבִּיעָהּ *Et e petra melle satiarem te*, ego Jova; sermo a tertia persona ut supra Vs. 7. in primam, ita hic in secundam mutatur, ut Pf. XLI, 3. Quod autem *mellis e petra* mentionem facit, eo pertinet, quod in Palaestina terrisque finitimis apes sylvestres in cavernis petrarum mellificare solent, unde postmodum, sole ceratas liquefaciente cellulas, mel ex illis profluit, vid. not. 5. 6. ad ВѢСНАРТГ *Hieroz.* T. III. p. 379. ed. Lips. Cf. Deut. XXXII, 13. 1 Sam. XIV, 25. 26.

PSALMUS SECUNDUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Reprehenduntur iudices iniusti, muneris sui immemores et negligentes. Loquens introducitur Deus ut summus iudex, qui iudices inferiores, quibus munus suum commiserit, visitet. Et hac occasione admonet eosdem graviter et luculente officii sui, ut iudicia iusta exerçant, et jus recte dicant et administrent; Deum etiam ipsum praesentem interesse iudicum populi sui jurisdictioni et administrationi, et videre et cognoscere omnia. Additur (Vs. 7.) comminatio, moriendum eis esse non minus, quam ceteris hominibus, atque ita neque diuturnam esse potentiam ipsorum.

Nova ratione hunc Psalmum interpretatus est FRID. BLEEK *), qui non contra homines, qui iudicia iniuste exerçant, sed contra spiritus coelestes, sive angelos, in quorum medio tanquam in concilio versari Deus fistitur Vs. 1., carmen directum putat. Eos igitur, praefectos a Deo rebus humanis administrandis, coargui ab illo negligentiae et incuriae

in

*) In sylloge Commentatt. a nobis edita hac epigraphe:
Biblisck-exegetisches Repertorium, P. I. p. 88.

in obeundo munere, illo ipsis injuncto, addita comminatione, eos, nisi justitiae studeant, mortalium sortem subituros esse. Carmen claudi epiphonemate vatis, quo Deum invocet, ut ipse surgat, et terram judicet, gubernaculis humani generis sibi vindicatis. Sed quamvis minime negari possit, Hebraeos in hac opinione fuisse, uti Deum in regendis rebus humanis spirituum coelestium ministerio, atque esse singulis populis certos suos angelos, tanquam illorum protectores praefectos (Dan. X, 13.); tamen eosdem judicia exercere, ut homines, ab Hebraeis unquam creditum fuisse, nobis quidem haud verisimile videtur. Sane quae Vs. 2. 4. hujus carminis leguntur, ejusmodi sunt, ut ad alios quam judices, qui homines inter homines versantur nonnisi coacte referri posse videantur.

Tempus carminis scripti prorsus incertum est, neque de eo quaerere quidquam attinet, quam absque hoc plana sit sententia. Sine ratione idonea Kimchi Psalmum ad Josaphaticae tempora refert, coll. 2 Paral. XIX, 1. 4 — 7. ubi Josaphatus narratur novus magistratus constituisse, iisque ut recte et aequè jus dicerent injunxisse.

1. מֵהַיְהוָה נִצָּח בְּעֵרְתוֹ אֱלֹהִים *Deus constitutus est* (cf. Jef. III, 13. et GATACKERI *Adversaria Miscell. post. Junm.* Cap. XXV. p. 702.) *in coetu Dei*, i. e. suo, loci pronominiis repetitur nomen ipsum; ex priscae linguae simplicitate, ut Gen. IV, 23. Num. XXVII, 11

1 Reg. IX, 1. Cf. STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 106. 405. et GESENII *Lehrgeb.* p. 741. *Coetu Dei* vero significatur populus Israeliticus, quem Jova in peculium sibi ex omnibus gentibus elegerat, ut Num. XXVII, 17. XXXI, 16. Jos. XXII, 16. 17. Pl. LXXIV, 2. Alexandriaus cum Vulgato, Arabico et Aethiopico interpretibus in *congregatione Deorum*, Syrus in *coetu angelorum* reddidit; singulari numero sumpto collective, et coll. Pl. XXIX, 1. (ubi not. vid.) et LXXXIX, 7. Exod. XV, 11. Id si adscifcas, de concilio coelestium, quale Job. I, 6. II, 1. 1 Reg. XXII, 19. commemoratur, cui praesidet Deus, cogitandum erit. — בקרב אלהים ישפט *In medio deorum jus dicit. Diis*, אלהים, Syrus iterum *angelos* intelligit, qui nonnumquam, veluti infra XCVII, 7. hoc nomine veniunt; sed h. l. rectius *judices et magistratus* intelliguntur, ut Exod. XXI, 6. XXII, 7. 8. 27., quibus locis Onkelos recte דינים, *judices*, reddidit. Cf. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 88. Chaldaeus Versum hoc modo transtulit: אלהים שכינתיה שריא במצע דיניו דקשום ירו *Dei majestas habitat in concione justorum, praevalentium in lege, in medio judicum, ut aequus jus dicat.* Inter hunc autem et sequentem Versum subaudiendum est למאר, *dicenda*, ut Pl. II, 2. 3. XXX, 9. 10. XXXII, 7. 8. Sequuntur enim verba, quibus Deus, judicum confessibus adflans et interveniens, ut, quid faciant, examinet, illos increpat et compellat. Ita et Aben-Efra: עה יוכיח *nunc coarguit judices, qui sunt dii.*

2. ער-מחי אשפט-ערל *Quousque judicabitis iniquitatem*, i. e., ut recte Aben-Efra notat, *judicium iniquitatis* (nam vis Nominis inest Verbis, ut idem addit), h. e. quousque exercebitis injusta judicia? Cf. Levit. XIX, 15. Chaldaeus: ער אימחי רשעיה *quousque, o impii!* soil. *judices.* ופגרי רשעים אשאר *Et faciem impiorum accipietis*, i. e. iis gratificabimini, habita personarum, non causae ratione.

tionem. *Accipere faciem alicujus pro acceptum et gratum habere, aestimare aliquem, nullo causae ejus respectu habito, notum, cf. Levit. XIX, 15. Prov. XVIII, 5. Job. XXXII, 21.*

3. *Judicate pauperem et orphanum, administrate jus et justitiam egentibus et qui parentibus orbi sunt.* עני ררש והצדיקו *Miserum et pauperem justificate, h. e. compotem juris sui facite, et quum justitia causae suae id poscit, justum pronunciate.*

5. Chaldaeus non male explicavit: *non intelligunt bonum facere nec intelligunt legem.* לא חפיימו לאושבא ולא אחבינו באוריחה *non intelligunt bonum facere nec intelligunt legem.* Possit tamen hoc dirigi ad clausulam Versus hujus, de fundamentis terrae nutantibus, quod hoc scilicet non cogitent, neque intelligant, terram scilicet se evertere perversitate et incuria sua. *In tenebris incitiae, incuriae et scordiae suae ambulat, Prov. II, 13.* — *זמוטו כל-מוטרי* — *Nutant, concutiuntur omnia fundamenta terrae, scilicet Israeliticae, de hujus enim judicibus h. l. agitur. Senfus est: ob injustitiam magistratum ruinam minatur respublica universa, vacillantibus quippe legibus, quibus inniti solet. Chaldaeus recte היבנא, idcirco, hisce verbis praemisit.*

6. *Ego dixi, solenniter promulgavi in publica magistratum inauguratione, e. c. Exod. XXII, 27. coll. Proverb. VIII, 15. 16.* Chaldaeus hunc Versum sic reddidit: *הי כמלאכיא אמתו חשיבין והיה אנגלי מרומא כהלכין en, veluti angeli reputati estis, et tanquam angelorum Excelsi vos omnes.* Similiter Aben-Elra ad אלהים notat: *sedem s. locum Dei tenetis, atque עליון בני explicat sicut angeli.* Sed quemadmodum ipsi magistratus אלהים dicuntur (vid. Vs. 1.), ita iidem *filiorum Dei* titulo insigniuntur, quo significatur, dignitatem eis a Deo collatam esse. Ne vero quid turbet dignatio haec nominis divini, ut homo *Deus* appelletur, statim cavetur Versu sequenti, qui dicit, eos esse

esse mortales Deos, atque ita nomine esse deos, non re, et quod tanquam iudices et magistratus munus divinum gerant in terra, sic appellari.

7. Chaldaeus: בָּרַם בְּקוֹשְׁטָא הִיךְ בְּנִי נְשָׂא תְמוּחֹן *Attamen in veritate sicut homines moriemini, et sicut unus principum cadetis.* Vocabulo בָּרַם h. א. plebejus quivis designatur, ut Pf. XLII, 9. Jes. II, 9., opponitur enim in hemistichio altero בְּאֶחָד הַשָּׂרִים, *sicut unus principum.* GATACKERUS in *Cinno*, f. *Adversarr. Miscellan.* Lib. II. Cap. X, p. 329. תְּמוּחֹן בְּאֶחָד דֹּ adverbialiter hic sumi postulat, *pariter, ex aequo*, ut Eccles. XI, 6. Efr. II, 64. III, 9. VI, 20. et sapientius, ut Versus hoc modo sit transferendus: *Veruntamen, sicut homo plebejus quivis, moriemini; et pariter, f. ex aequo cum illis, casuri estis, principes.* Quae interpretatio tamen minus probabilis. Nam primum בְּאֶחָד quidem valet *ex aequo*, sed בְּאֶחָד non item. Deinde comparatio, quae praecedit, *moriemini בָּרַם sicut homo quivis vulgaris*, satis probat, quae sequuntur, בְּאֶחָד הַשָּׂרִים, itidem comparative esse capienda et sic exponenda, *sicut unus principum*, i. e. ut unusquisque alius principum, qui quae ceteros mortales manet forte non sunt exempti. Non est necesse, ut cum Aben-Esra שָׂרִים sensu malo sumamus (כְּאֶחָד הַשָּׂרִים עוֹשִׂים חַמָּס) de principibus violentis, qui se ipsos per vim et injuriam, quibus subditos opprefferunt, in perniciem detruserunt.

8. Nomine הָאָרֶץ *universam terram*, (כָּל יְהוּדֵי אֶרֶץ, *omnes incolae terrae*, ut Chaldaeus reddidit) non *Israeliticam* tantummodo, ut nonnulli voluerunt, intelligendam esse, cognoscitur ex altero hemistichio: כִּי-אֶתָּה הַנְּחָל, *nam tu jus haereditatis et dominii habes inter omnes populos*; tuae jurisdictioni subjecti sunt universi terrae populi; *haereditatis* nomine enim saepissime *peculium* significari, notum. Verbum כָּל אֶתָּה בִּי constructum, ut Num. XVIII, 20. XXXIV, 29. Jud. XI, 2.

PSALMUS TERTIUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Preces continet afflictæ, vel graviter saltem periclitantis reipublicæ, quæ omnibus a partibus petitur ab hostibus, qui ad eam extirpandam conjurant, et omnes opes suas ad hoc conferunt ac conjungunt. Recenset autem exempla ex veteribus historiis, opis ejus, quam Jova tulit suis, quibus et confirmat animos precantium ad similes eventus concipiendos in presentibus periculis, et imprecatur similem exitum et eandem fortunam ejus temporis hostibus, quam experti sint veteres illi antiquis temporibus. Tempus carminis compositi incertum est. GORTIUS ad Davidica tempora ea, quæ 2 Sam. VIII. describuntur, sive ad primum bellum Nesibenum, J. D. MICHAELIS *) vero ad bellum Nesibenum alterum, de quo 2 Sam. X. et 1 Paral. XIX., Psalmum hunc refert. Utrique tamen sen-

*) In *Historia belli Nesibeni* (in *Commentatt. Soc. Reg. Goett. per annos 1763 — 1768. oblatis*) §. XV.

sententiae obstat, quod potentissimorum in istis bellis Davidis adversariorum, regis Nesibeni atque Damasceni, inter hostes Israelitarum a vate commemoratos, nulla fit mentio. Alii, Kimchio auctore, carmen pertinere putant ad bellum illud regnante Josaphato Judaeis illato ab Ammonitis et Moabitis, cujus historia legitur 2 Chron. XX, 1. 10., ubi tamen inter hostes populi Hebraei non mentio fit *Assyriorum*, qui Versu 9. a vate nostro nominantur. Illorum commemoratio movit Chaldaeam interpretem (vid. not. ad Vs. 9.), ut ad Sanheribi tempus carmen referret. E. GOTTL. BENDEL *) hunc Psalmum Maccabaicis temporibus adsignat, quod hostium foederis, contra Judaeos inito, eas gentes annumerat, quae 1 Macc. V. et a Josepho in bellorum Maccabaicorum narratione (*Antiqq. L. XII. Cap. 8.*) recensitas videmus omnes ac singulas, quum eosdem superiori tempore populo Hebraeo commune bellum intulisse, annales fileant. Nec huic tamen tempori convenit *Assyriorum* mentio, quorum regnum tunc longe antea desierat.

2. אֱלֹהִים אֱלֹהֵי הַמָּוֶת דֵּוֹשׁ דֵּוֹשׁ דֵּוֹשׁ דֵּוֹשׁ *Deus, ne silentium tibi sit;*
 quasi conniventi ad nostras vexationes, Jes. LXII, 6. 7.
 Sic Aben-Efra, collato verbo cognato Levit. X, 3. Sed
 Alexandrinus, eumque sequutus Vulgatus: *ὦ θεὸς τίς
 ὁνομα-*

*) In Dissertat. *Supplementa quaedam ad Introductiones in Psalmos exhib.* (Tubing. 1806.) p. 16. not.

ὁμοιωθήσεται σοι; quis est, qui similis sit tibi? Nomen דמי ille de similitudine et אל pro negativo accepisse videntur, atque ex negativa propositione interrogativam fecisse. At recte Chaldaeus: לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה לָהֶם, *ne fideas*, qui ipse et pro אֱלֹהֵי הַתְּהוֹמִים *ne surdus sis* ad preces nostras (cf. Pf. XXVIII, 1. XXXV, 22. L, 21.) non male לֹא-תִחַרְשֶׁל לָהֶם, *ne sis remissus*, posuit. וְאֵל-תִּשְׁקֵט, *Neque quietus sis*, quominus nobis succurras.

4. Chaldaeus: עַל עַמֶּךָ נִבְּלִי וְנִחַמְלֵכִין עַל-רִיבֵךְ וְנִחַמְשֵׁין בְּאִזְרֵיךָ. *Contra populum tuum machinantur secretum consilium, secretas fraudes, et consultant adversus eos, qui reconditi sunt in thesauris tuis*, quibus significari apparet illos, quos peculialiter dilectos atque sub sua protectione tutos esse Jova voluit, unde Alexandrinus pro אֶת-צַדִּיקֶיךָ וְאֶת-עַמֶּךָ *κατὰ τῶν ἀγαθῶν σου* habet, Cf. Pf. XVII, 8. XXVII, 5. XXXI, 21. Ezech. VII, 22. Forma illa loquendi deprompta videtur ex jure hospitii orientali.

5. נִכְסֵינוּ מִלְמַחְרֵי עֵם, Chaldaeus: וְנִכְחָרִים מִנּוּי. *castigabimus eos, ita ut non sint amplius gens*, quemadmodum Jerem. XLVIII, 2. eodem sensu מִנּוּי וְנִכְחָרֵתָהּ legitur.

6. בְּעֵצוֹ לֵב, *Confilia inter se ineunt corde*, i. e. non obiter aut perfunctorie, sed summo studio, בְּכָל לֵבָא, *ex toto corde*, ut Chaldaeus reddidit. עֲלֵיךָ, et *contra te ipsum*, tanquam hostes tui (Vs. 3.), cujus cultum et rempublicam extinguere volunt. פְּרִיחַ יִכְרְתוּ, *Foedus pangunt*, vid. de solempni ritu in pangendo foedere, unde phrasia desumpta not. ad Genes. XV, 10.

7. אֶתְהֵלִי, *Tentoria*, h. e. metonymice, ut Zachar. XII, 7., *incolae tentoriorum*, sive Idumaei et Israelitae, in tentoriis vel belli (ut Jud. VI, 5. VII, 13. 2 Reg. VII, 7.), vel pacis tempore degentes. Imo pro *habitaculis ordinariis et caedibus etiam*, ex vetusto usu, *tentoria* saepe adhibentur, veluti Jud. VII, 8. 1 Reg. XII, 16. Pf. LXXXVIII, 55. — וְיִשְׁמְעֵאלִים, *Et Ismaelitarum*, Genes. XXXVII, 25. Jud. VIII, 24., ab *Ismaele*, Abrahami ex Tom. IV. Fffff Hagare

Hagare filio descendentes, vid. Genes. XVI, 10 — 12. XXV, 12 — 18. Chaldaeus עַרְבָּא, Arabum reddidit, qui et ipsi originem suam ad Ismaelem referunt. „הַגָּרִים, populi nomen est ad orientem Gileaditidis, cum quo tribus transjordanenses Sauli tempore bellum gesserunt, ob pascua, ut videtur, quibus ad Euphratem usque potiti sunt, 1 Paral. V, 19. 20. Vix dubium, quia idem

fit, qui Arabico nomine iisdem literis هجر, scribitur, ad sinum Persicum, ubi in d'Anvilliana Asiae delineatione gradum inter longitudinis 65 et 69 invenies *Heger, ou Baharain*. Nempe et tota regio Baharein alio nomine

هجر (*Hegr*) dicitur, eodemque et nomine urbem ha-

bet primariam. Vid. Geograph. Nubienf. p. 122. Verfl. lat. Qualis nunc sit statuae urbis, satis florentis et regionis

هجر, disces ex *Niebuhr's Descriptione Arabiae*, pag. 339 — 342. Haec J. D. MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx. Hebr.* p. 498. seqq., qui et de aliis veterum et recentiorum sententiis de hoc nomine disputavit. Quod autem in versione Chaldaica et hoc loco, et 1 Paral. V, 19. 20., pro Hagarenis *Hungarorum* (הַגָּרִים) nomen legitur, videtur recentioris aevi interpretamentum esse, interpolatoris alicujus manu insertum.

8. גְּבָלִים alii pro *Gebalitis*, s. incolis urbis aut regionis Gebal in Phoenice et vicinia Tyri habent, ubi *Gebale promontorium* apud PLINIUM *Hist. Nat.* Lib. V. Cap. 20., alii *Gebalenen*, i. e. montana trans Jordanem, RBLANDO in *Palaeft.* Cap. XV. p. 82 — 85. descripta, intelligunt, cui sententiae favet vicinitas ceterorum populorum h. l. memoratorum, qui cuncti Judaeae ad austrum et euronotum siti erant. Cf. J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 253. seq., qui de hac regione ex Arabum Geographis retulit. עַם-יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר בְּצִוְרֵי יְצִרָה *Cum incolis Tyri*, qui Davidis atque Salomonis temporibus amicitiam cum

Israelitis colnerunt, unde quidam collegerunt, carmen nostrum Davide serius esse. Sed distingui poterunt tempora Davidis prima et ultima, et Hiramus, amicus Davidis et Salomonis, ab ejus antecessoribus.

9. Chaldaeus: מלכא דאחור אחחבר עמהון הוון לסעיד לבני לוט *Etiā Sancherib, rex Assyriae, cum illis sese confociavit, sunt auxilio filii Lot, i. e. Ammonitis et Moabitis, Vs. 7.*

10. Chaldaeus: עשה להם כמרון עבדתא למרון *fac illis sicut fecisti Midianitis per Gideonem, Jud. VII. VIII. Sicut Siseræ duci cum exercitu, et sicut Jabino, Regi Cananaeorum, qui per Baracum et Deborah deleti fuerunt, Jud. IV. et V. In valle, s. ad torrentem Kischon, vid. Jud. V, 21.*

11. *Deleti sunt*; Aben-Esra et Kimchi ad *Midianitas*, versiculi 10: hemistichio priori commemoratos referunt, alii vero rectius ad Siseram et Cananaeos, nam עין-דאר *En-Dor*, quod noster statim nominat, in tribu Manassis (Jof. XVII, 11.) situm erat, non procul a Taanach et Megiddo (Jud. V, 19. coll. I, 27. et Jof. XVII, 11.), quae loca viciniora fuerunt borealibus Cananaeis, quam australibus Midianitis. Chaldaeus: *facti fuerunt sicut stercus conculcatum ad terram.*

12. *Pone, fac* (ut Pf. XXI, 7. 10.) *eos*, nimirum *principes eorum*, pleonasmus, qualis Exod. II, 6. ותראו את-הילד. Alii: *fac eos* scil. hostes nostros Vs. 10. commemoratos, et *principes eorum*. כערב וכזאב *Sicut Orebum et Zeebum*, duces Midianitarum, Jud. VII, 25. *Et sicut Zebach et Tsalmana*, Midianitarum reges, Jud. VIII, 5. — 10. 12. 18 — 21. כל-בני-הארץ *Omnes praefectos* s. *duces eorum*, hostium nostrorum. Chaldaeus: *כל מלכיהוון, omnes reges eorum.*

13. *Haereditate occupabimus nobis habitacula* (Pf. LXXIV, 20.) *Dei*, non sanctuarium tantummodo, et, secundum Syrum, *civitatem Dei*, Hierosolyma, sed et reliqua omnia loca terrae Israeliticae, quibus Deus colebatur. Ita Kimchi, coll. 2 Paral. XX, 10. 11. Sed Chaldaeus, qui עיריה אלהים, *omnem ornatum Dei*, transtulit, quo pulcherrimum Dei templum intellexit, nomen נאח ad verbum נאח, *pulcher fuit*, retulit, ut Pf. LXXIV, 20. Alexandrinus (vid. ib. not.), qui hoc loco *Ἐπισκοπήσιον τοῦ Θεοῦ* posuit.

14. *rotam*, (cf. not. ad Pf. LXXVII, 19.) transtulerunt, atque Chaldaeus hoc modo exposuit: הנה גלגל המהגלגל וזל ולא ניה במרון, *sicut rotam, quae volvitur, et movetur, nec quiescit in loco declivi*. Alii, post Kimchium, *rotationem*, sive *stipulae pulverisque vorticem*, intelligunt, collata simili imagine Jes. XVII, 13. Cf. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 307. seq. Pro קרום ועפא Chaldaeus recte *rotam turbine*, posuit.

15. Post nomina אש et להבה pronomen relativum אשר est subaudiendum. חררי טררמא Chaldaeus, *cineturas montium*, reddidit, i. e. secundum Kimchium arbores et frutices in montibus, respondet enim אשר תרר in priore hemistichio.

19. „Variis in hunc locum interpretationibus eam praefero, quae transfert: *Et scient, quod tu solus, o Jova, es nomen tuum, altissimus supra omnem terram*. Nomen, אש, enim absolute quandoque ponitur pro Deo, ut Levit. XXIV, 11. 16. Ita hic: *scient te solum esse nomen tuum*, id est, verum Deum, talem, qualis nominaris. Expendant autem eruditi, annon et haec ferri possit interpretatio: *Et scient te esse, nomen tuum esse, excelsissimum supra omnem terram*. Post אמה subintelligo הא; quod pronomen, valens verbum substantivum, sine discrimine aut exprimitur, aut omittitur. Ut Pf. XXIV, 8. מי הוא non exprimitur; at Vs. 10. מי הוא זה

זֶה מְלֶךְ הַכְּבוֹד exprimitur. Ita et hoc loco plena esset
 phrasis: וַיִּרְעוּ כִּי אֵתָּה הוּא, *et scient te esse*, quod ple-
 num extat Ps. CII, 28. Quae sequuntur, etiam sic for-
 tasse exponi possent: *nomen tuum, o Jova, tui solius
 esse excelsissimum super terram.* Addo aliam, אֵתָּה esse
 nominativum absolutum, qualem saepe in initio senten-
 tiarum adhibent Hebraei, ut Ps. LXXXIII, 28. וַאֲנִי קָרַבָּה
 לִי טוֹב *Et ego, i. e. ad me quod attinet, appropinquare
 Deo mihi bonum est.* Passim occurrunt talia in
 Hebraismo, etiam in N. T., ut Apoc. VI, 8. Luc. XXI, 6. Joan.
 VI, 39. Ita et hoc loco verto: *Et scient, ad Te quod atti-
 net, nomen tuum, o Jova, tui solius esse excelsissimum
 super terram.* Hoc fateor mihi maxime arridere, sic
 enim nec ellipsis hic est, nec pleonasmus, et insignem
 habemus Hebraismum, Quod si Athnach in לְבַרְךָ negligere
 velimus; quod passim, et praesertim in libris poëti-
 cis faciendum esse omnes fatentur, sic verterem: *Et
 scient, ad Te quod attinet, nomen tuum esse Jovam, te
 solum excelsissimum esse super terram.* Sed retineo Ath-
 nach, et Belgico sic verto: *Ende sy sullen weten, dat,
 soo vaele u aengaet, uwen Name, uwe alleene, o Heere,
 is de hoogste op aerden.* LUDOV. DE DIEU. Sed sim-
 plicissimum videtur, cum Aben-Efra, subaudito ante
 אֲשֶׁר Pronomine relativo אֲשֶׁר, Versum sic interpretari:
Scient, te solum, cujus nomen est Jova, altissimum esse.

PSALMUS QUARTUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Describitur flagrantissimum pii hominis desiderium veniendi in sacrum coetum, et felicitas eorum, qui cultui divino vacare possunt, atque voluptas, quam ipsi ex eo percipiunt. Carmen simillimum Psalmo XLII., itidem Coraitico, atque, sicut ille, Dávidis, ob turbas civiles ab Absalomo concitatus, profugi, nomine, ut videtur, compositus. Cf. supra p. 980. *).

2. No.

*) RUDINGERUS hunc Psalmum scriptum arbitratur eo tempore, quo illud magnum Pascha suum celebrare instituit rex optimus *Josaphat*. Scribere voluisse videtur: *Josias*, is enim rex pius celebravit solenne illud Pascha; de quo 2 Reg. XXIII, 21. seqq. 2 Chron. XXXV, 1. seqq. Nam de Josaphate, nil tale referunt annalium libri. NIC. NONNEN, Theologus quondam Bremensis, in Dissertat. de *Tzippor et Deror*, symbolis profelytorum sub Josaphati regno conversorum ad Ps. LXXXIV. Vs. 4., Brem. 1741. in quat. hoc Psalmo introduci existimat Israelitam e X tribubus, ad Deum reversum ex apostasia. „Persona in hoc carmine loquens;“ inquit p. 14., „1) cultui veri Dei, ut in templo Hierosolymitano illi offerebatur, addicta fuit. 2) Vixit in gente impia et iniqua, quod Vs. 11. אֱהִי-רָשָׁע tentoria iniquitatis ostendunt.

3) Im-

2. Nomen מִתְּכַנְּנִים in plurali numero positum alii credunt propterea, quod plures essent tabernaculi partes, adytum, sanctum, sive atrium Sacerdotum, et atrium populi; alii quod tabernaculum unum Moïsi cum aeneo altari esset Gibeone; alterum cum arca foederis in monte Sion, coll. 2 Paral. I, 3 — 6. Argutiae! Est numeri enallage saepius obvia, ut Pf. XLVI. 5. CXXXII, 5. Nam

3) Impedita fuit ab adfensu Hierosolymam versus et coercita a templo, quod intensum desiderium ad eundi templum, quo antea fere absumta erat; Vs. 3. revelat. 4) Praesens erat in templo, unde habitantes in illo celebrat Vs. 5. Quodli autem cum his personae loquentis indiciiis comparemus historiam rerum sub Josaphato rege, ad quas Psalmus alludit (ut Vs. 7. coll. 2 Chron. XX, 19. 26. 28., et 2 Reg. III, 16. 17.), liquet, subditos regni Judae talia eloqui non potuisse, quandoquidem istiusmodi impedimenta eis tunc temporis, neque etiam sub patre illius, rege Asa, non fuere objecta. Cantans igitur fuit ex alia tribu, regno Israelitico subdita, qui integrum nunc erat, verum Deum ad placita Moïsi Hierosolymis, post diuturna impedimenta, colere. Notatu dignum est, historiam gestorum Josaphati hic lucem accendere. Memoratur enim 2 Chron. XVIII, 2., illum politiam ordinasse etiam in urbibus Ephraim, quas pater ejus Asa expugnaverat. Sed clarius XIX, 4. *Et rursus profectus est per gentem a Bersaba usque ad montem Ephraim, et reduxit illam ad Jovam, Deum patrum eorum.* Accessit adeoque ingens profelytorum numerus ex apostatis sub regno Israelis. Sed quis non videt, referri in hac interpretatione sine idonea ratione et plane pro arbitrio sententias nonnullas generales ad certas quasdam res gestas? Nec felicior HENR. BRUNINGSIJ videtur conjectura, in *Miscellann. Groningani* II. II. Fasc. 1. p. 89. seqq. hunc Psalmum ad vastationem templi sub Antiocho Epiphane applicantis.

Nam Pf. LXXXIV, 7. Exod. XXV, 9. Ezech. XXXVII, 27. de eodem tabernaculo sacro singularis numerus usurpatur.

3. Chaldaeus: רָגַגַּת וַלְחֹזֵר תְּמִיבָה נִפְשֵׁי לְרַחֵם יְיָ
 רָגַגַּת וַלְחֹזֵר תְּמִיבָה לְבִי וּבְסָרִי מְרִנֵּן לְאֵלֹהֵי בָנִים
Concupiscit, atque etiam expetit anima mea atria Domini (quae Vs. 2. habitacula ejus nominaverat), *cor meum et caro mea, totus ego, anima et corpore, jubulant Deo vivo, de qua appellatione vid. not. ad Pf. XLII, 3.*

4. *Etiam avis, s. passer, invenit domum, et turtur, s. hirundo, nidum sibi, ubi reponat pullos suos, altaria tua, Domine, etc.* „Sortem suam,“ inquit BOCHARTUS (*Hieroz. P. II. Lib. I. Cap. VIII. Tom. II. p. 592. ed. Lips.*) „confert Psältes cum vilissimis avibus, passere puta, et palumbo, quibus ad altäre Dei non modo liber accessus, sed et ibi nidificare, et pullos excludere concessum; dum ipse vagus erat; et extorris et ab aede sacra remotus. In *altaris* nomine figuram esse oportet. Neque enim in tanta hominum et sacrificiorum frequentia tuta fuisset avibus in ipso altari commeratio. Itaque *altare* pro *tabernaculo* ponitur, vel pro *templo*. Pro *tabernaculo*, si David loquitur in hoc Psalmo; pro *templo*, si quis alius post Davidem. Utnt sit, tam tabernaculum, quam templum nitebatur magnis trabibus cedrinis, et ἀρκευθίναις, in quibus palumbum libenter nidificare, docet ΤΗΒΟΣΚΙΤΥΣ *Idyll. V.* Sed et liviam columbam in templis nidificare, asserunt *Albertus* et *Turnerus*. Et ex *Herodoto* (Lib. I. Cap. 159.) notum, quid Aristodico acciderit, cum ἐξάιρε τοὺς στρούθους, καὶ ἄλλα ὅσα ἦν νεοσσυμένα ὀρνίθων γένηα ἐν τῷ νηῶ, *passeres exemit, aliaque avium genera, quae in templo nidulabantur.* Hebraei quidem nullas aves templo Hierosolymitano insedisse negant, quia aves id abigebat, quod כּוֹלֵה עוֹרָב vocabant, in summo tecti fastigio positum. Sed libro primo Regum, ubi Salomonis templum accurate describitur, nihil tale reperias. Pone tamen, etiam Salomonis templum in tecti

cti vertice hujusmodi veribus inhorruisse: hoc quidem aves a summo, non tamen a toto tecto, aut ab aliis templi partibus arcuisset. Alii verba nostra concise dicta existimant, pro eo quod plene esset: *etiam aviculis locus suus et nidus datur; concedas itaque et mihi tutum refugium, nempe altaria tua, Domine.* Sed simplicissimum videtur, verbum אָרְזֵי, quod Versus initio in tertia femina aderat, in posteriore Versus parte in persona prima repetere, ut hoc modo Versus sit interpretandus: *etiam passer reperit domum, id est, ubi habitet, et hirundo nidum sibi, quo reponat pullos suos; altaria tua scilicet mihi reperio, quae sint mea domus, mea sedes, ubi ego acquiesco.* Vel possint cum G. T. ZACHARIAE subaudiri verba אָרְזֵי אֲנִי אֶלֶּהָ hoc sensu: *aves adeo ad nidos suos redeunt, nonne mihi etiam tandem ad tua altaria redire licuerit?* Alias hujus Versus interpretationes recensuit perpenditque SCHNURRERUS in *Dissertat.* p. 161. seqq. Atque ipse quidem praestantissimus hic interpretes difficultatem omnem in hoc Versu interpretando optime sic tolli posse existimat, si verba אֲרֵזִים מְבֹרְחִים וְאֵלֶּיךָ et quae sequuntur referantur ad Versum subsequenter, sumanturque pro Nominativo absolute posito hac ratione: *altaria tua quod attinet, o quam beati sunt in tua aede qui habitant, teque continuo celebrant.* Sed praeterea quod vix aliud exemplum reperiatur duorum Versuum, hoc modo conjunctorum; illi interpretationi et hoc ob stare videtur, quod duae sententiae, quae ex ea prodeunt, non satis apte invicem cohaerere videntur. Nihil huc pertinet, quod quidam afferant de more, inter veteres populos recepto, quo animalia, in sacra quadam aede commorantia, praesertim volucra, in ejus muris aut altarium lateribus nidulantia, habebantur, tanquam Numinis in tutelam admissa, quae violare aut ex sua sede exturbare nefas fuit. Vid. not. ad Bocharti loc. cit. p. 593. De אָרְזֵי, et quosvis aves, et speciatim passerem notante, vid. BOCHARTI *Hieroz.* P. II. Lib. I. Cap. XXI, et Tom. II. p. 729. ed.

Lipl. לחור וזנתא וישפחה ביחא וישפנינא שרפפא ליה די. alii *hirundinem*, alii *columbas ferae* speciem, sive *palumbum* esse putant, quam posteriorem sententiam Bochartus firmare studuit P. II. L. I. Cap. VIII, a qua et veteres omnes stant. Chaldaeus Versum reddidit hoc modo: *Etiam columba invenit domum, atque turtur nidum sibi, quod legitimi sint pulli ejus, ut offerantur super altari tuo.*

5. אשרי יושבי ביתך. *Beati domestici tui*, Jerem. XX, 6. Hoc perperam aliqui tantum de sacerdotibus et Levitis interpretantur, quum de omnibus Israelitis piis dicatur. עור *Adhuc*, i. e. assidue et constanter, seu, ut Kimchi scribit, *omnibus diebus suis, et in perpetuum*, coll. Gen. VIII, 22. Pf. XLIX, 19.

6. אשרי אדם עו-לו כף מסלוח בלבבם. *Felicitis hominis, cujus robur in te, in quorum corde semitae.* Quae Chaldaeus sic explicavit: טוביה דגבר דעושנא ליה *Beatitudo tui*; i. e. *beatus ille, cui robur in verbo tuo, in quorum animis fiducia* (nam in Chaldaeo, sicut in Hebraeo, subaudiendum est relativum אשר). Is igitur interpres מסלוח, *vias munitas*, accepit de *firmitate et fiducia* animi, apposite ad prius hemistichium, in quo tu respondet, neque similitudine incongrua, quum מסלח, *via exaggerata et munita*, lapidibus arata, opposita sit tramiti lubrico atque incerto, ut hoc dicat: quorum hominum corda sunt confirmata, viarum munitarum instar, nimirum te nitendo et tibi fido. Aben-Esrae *habere in corde vias* est: *habere animum et studium iter ad domum Dei, sive sanctuarium, suscipiendi.* Recentiores interpretes cogitant de *viis Dei*, s. a Deo praescriptis, hoc sensu; qui toto animo id agunt, ut in viis tuis, s. secundum praecepta tua iter instituant; sine ratione idonea, quum Dei nomen non sit adjunctum. In corde eorum, pro בלבבו, *in corde ejus*, praecesserunt enim singularia, sed tamen collective accipienda, ideoque haud incongrua est haec evallage numeri.

7. *מעין ישיהיהו* *Transeuntes per vallem fletus*, per vallem aliquam luctuosam, fontem ponent eam, reddent eam riguam. *מעין הפכא* aliqui (veluti J. E. FABER in not. ad HARMERI *Beobachtungen über den Orient*, P. I. p. 400.) *vallem mori* interpretantur, cuius et 2 Sam. V, 2. 3. 1 Chron. XIV, (al. XV.), 14. 15. mentionem factam esse volunt. Illis vero locis nihil de *מעין הפכא*; legitur tantum de *moris*, *פכא*, in vicinia vallis Rephaim. Neque veterum ullus h. l. *מעין הפכא* pro nomine proprio habuit; omnes contra nomen *פכא* significatione *fletus*, i. *luctus*, acceperunt, idque semel ita per *ה* scriptum occurrere, notat Masora, quum alio qui per *ה* in fine scribendum fuisset, ad formam *שנה*. Et notum est, *ה* et *ה* saepe permutari. Sic *רפה* 2 Sam. XXI, 16. 22. per *He*, in parallelo autem loco 1 Paral. XX, 4. 6. 8. *רפה*, per *Aleph*, scribitur. *Vallis fletus* vero est aspera et arida, qualis viatori est tristis. Loquitur vates de coeclu euntium Hierosolymam, ad sedem arcae stans festiuitatibus; his nihil defuturum dicit in tali itinere, quantumvis aspera sit via: *מעין ישיהיהו* *Fontem ponent* i. *facient eam* scil. vallem, id est, efficient, ut ea irrigua fiat fontibus, quos propter ipsos Deus excitabit, et hoc sensu viatoribus illis tribuitur, quod Dei est proprium, ut de effosis puteis aquae scaturient. Graecus Alexandrinus interpret verba illa hebraea reddidit *εις τον τόπον ον εθρο*, quasi *מעין ישיהיהו* legisset, quae legendi ratio, si *מעין* sumatur pro *למען*, et ante *ישיהיהו* subaudiatur *אשר*, SCHNURRERO l. I. p. 164. sensum mirifice congruum habere videtur: transeunt vallem *Baca ad habitaculum*, quod constituit sibi *Iova*. Quae sententia tamen h. l. languida videtur. *בם-פרכות יעשה* *Imo. etiam beneficiis amicit* vallem illam *pluvia tempestiva* i. *autumnalis*, quae h. l. nomine *מורה* (alias *מורה*), significatur, ut Joel. II, 23., quum *מעין*, *scaturigo*, praecedat. Cf. CHRIST MULLER *Satura Observatt. philo-*

philologicar. Cap. XI. p. 174, seqq., qui יַעֲטָה hic significatu Arabici *طع* (ultima *Vau*) *dedit, largitus est, capiendum censet, ut vertendum sit: imo etiam beneficia dabit pluvia tempestiva.* Graecus Alexandrinus posuit: δώσει, dabit. Veteres interpretes מוֹרָה frequentiore doctoris significatione acceperunt, quo sensus minus aptus elicitor, nisi quis, post Chaldaenam, nomen illud de eo, qui legis divinae studio operam dat, intelligere, et in Accusativo positum sumere velit. Chaldaica vero Versus integri interpretatio est talis: רְשִׁיעֵימָא דְעֵבְרִין עִמְמָקֵי גְהֵנָם בְּכִין בְּכִחָא הִיךְ מְעִינָא יְשׁוּבִיָּה לְחֹזֵר בְּרִכּוֹן יַעֲטָף לְדִיתְבִּין לְאֵלְפִין אִזְרִיחִיָּה *Improbi, qui transeunt per profundum Gehennae, flentes fletu, sicut fontem ponent illud; atqui beneficiis operiet Deus eos, qui immorantur in doctrina legis suae.* Quod sequutus Jarchi: „Illi, qui transgrediuntur legem tuam, in valle Gehennae flebunt et ejulabunt, eamque fontem s. scaturiginem reddent lacrymis suis; celebrabunt vero Deum dicentque: justissime ille (Deus) nobiscum agit, et benedictionibus operietur ille, qui docuit nos, ut institueremus viam rectam, sed non auscultavimus ei.“ Interpretationes loci nostri plures alias, sed minus probandas, rectius fuit consultavitque R. JAENISCH in Notis ad YSER. VAN HAMELSVELD *Geographiam biblic.* germanice a se translata, P. I. p. 391.

8. יִלְכּוּ מִלֵּ-הָיִל לִבְנֵי מַחִיל *Ibunt illi, qui iter Hierosolymam suscipiunt (Vs. 7.), a robore ad robur, non fatigabuntur ambulando, sed valentiores semper et fortiores ipso itinere fient.* Praepositiones מִן et מֵלִי sibi invicem subjunctae, et quidem ante idem nomen repetitum, indicare solent rei augmentum et continuationem, ut Jerom. IX, 2. (3.) *Quia מֵלִי רָעָה אֵל רָעָה a malo ad malum procedunt, i. e. peiores fiunt, vid. et Pf. CXLIV, 13.* Locus hemistichio posteriori Versus praecedentis et primo hu-

hujus Versus similis est in Corano Sur. XI, Vs. 54. 55. ed. Hinckelm. *O popule! veniam petite a Domino ve-*

stro, tum convertimini ad eum, يُرْسِلُ السَّمَاءَ عَلَيْكُمْ

mittet coelum super مَدْرَارًا وَيُرْسِلُ قُوَّةَ إِلَهِ قُوَّتِكُمْ

vos pluviam copiose effundens, et augebit vobis robur ad robur vestrum. Quum הַיָּל quandoque metonymice de exercitu dicatur, ut Obad. Vs. 11. Jel. XLIII, 17., Zach. IV, 6., et h. l. Hebraeorum quidam nomini illi *turmae, cohortis* notionem tribuunt, ut verba ita sint transferenda: *ibunt de turma ad turmam, i. e. turmae euntium* Sionem, et ad sedem Jovae, magis magisque augebuntur, et confluentibus undique populis agglomerabuntur. Chaldaeus הַיָּל, *robur*, figurate accepit, hoc modo: אֵלֶיךָ יָבִיאוּ מִבֵּית מִקְדָּשָׁא לְבֵית מִרְיָשָׁא, *eunt prohi e domo sanctuarii ad domum scholae.* — יִרְאֶה אֱלֹהִים *Conspicietur, s. donec conspiciendus compareat quisque illorum, iter facientium coram Deo*, alludit ad loca Exod. XXIII, 15. XXXIV, 23. Deut. XVI, 16. Similem constructionem vide Exod. IV, 1. 5. Levit. IX, 4. 6. בְּצִיּוֹן, ubi arca facta et peculiari modo praesens Jova, 2 Sam. VI, 12. 17.

10. מִגְבַּנִּי Alexandrinus, reliquique, qui eum sequi solent, veteres, recte in Vocativo, ὑπερασπιστὰ ἡμῶν, *propugnator, noster*, reddiderunt. Sic etiam Kimchi: *O Deus, qui clypeus es pro nobis.* Alii vero, quorum Aben-Esra mentionem facit, nomen illud pro Accusativo habent, et *clypeo* regem opinantur intelligi, de quo in altero hemilichio, ut ita transferendum sit: *clypeum nostrum adspice, i. e. regem nostrum salvum fac*, coll. Pf. XLVII, 10, ubi reges principesve *clypei terrae* appellantur. Addit tamen Aben-Esra: כִּי הַמָּגֵן בְּאֵמַת הוּא הַשֵּׁם *sed clypeus revera est solus Deus.* Cf. Vs. 12. Pf.

VII, 1. Gen. XV, 1. Pro Accusativo, nomen מַגִּנְנִי habuit etiam Chaldaeus, sed sensu plane alieno accepit: זָכְרָה אֶתְהַחֲנָה חֲמֵי אֱלֹהִים, *merita patrum nostrorum adspice, Deus.* Jarchi: „*clypeus noster est domus Sanctuarii, protegens nos, ut ad festum tuto commeare liceat.*“ Verba מִשִּׁיחָהּ יָרַחְתָּ פְּנֵי יְהוָה Jarchi non male sic explicavit: „*intuerè faciem Davidis, unci tui, et respice ad benignitates ejus, et ad illius laborem, quem infumit in templi exstructione.*“ Cf. 2 Paral. VI, 42. (al. 43.):

11. 5 plerique *nam* transferunt, ut vates rationem reddat desideriorum suorum Vs. 9. 10., five, secundum Aben-Efram, ab initio quoque Psalms Vs. 2. seqq. expressorum: Alii vero prius hoc hemistichium nectunt sequentibus hoc modo: *quia una dies melior — — ideo elegi etc.* מֵאֶלֶף *Præ mille aliis diebus, cf. similem sententiam Ps. XXVII, 4. LXXIII, 28. בְּחַרְתִּי Elegi, malo omnino, Ps. CXIX, 30. 2 Sam. XIX, 39. Verbum הִתְחַוְּבָהּ, in limine versari, Alexandrinus παραβήναι ἐν θύραις, exque eo Vulgatus abjectus esse, Chaldaeus vero לְמִתְחַוְּבָהּ, adhaerere, reddidit. Jarchi ad limen sacrarii, vigilare explicavit, Aben-Efra vero et Kimchi ad limen portae manere, quod תָּוֹרַת יְהוָה commemorari, quod subjicitur, opponatur. Alias explicationes concessit TH. GATACKER in Cinno, s. Adversarr. Miscell. L. II. Cap. XI. p. 330. seqq. Ex illis Calvinii addubere lubet interpretationem, quae Alexandrini mentem explicat: „Quia solis sacerdotibus fas erat Templum ingredi, diserte exprimit, modo subsidere, in atrio liceat, hac se forte contentum fore. Malle se dicit in ipsis Templi foribus subsistere, ac limen tenere, quam occupare tabernacula impietatis; q. d. se in vulgarem et ignobilem locum malle rejici; modo censetur in Dei populo, quam primum gradum tenere inter impios.“ Verum sicuti הָבָה, limen, per synecdochèn etiam pro domo dici potest, ita et verbum inde dedu-*

ctum

ctum h. l. simpliciter in domo versari significare videtur, ut respondeat $\text{וְיָרֵךְ} \text{וְיָרֵךְ}$, sine notione aliqua adjuncta, de qua nec Chaldaeus cogitavit.

12. $\text{וְיָרֵךְ} \text{וְיָרֵךְ}$ Chaldaeus $\text{וְיָרֵךְ} \text{וְיָרֵךְ}$, *instar muri alti*, reddidit, ex collatione Jes. LIV, 12., ubi $\text{וְיָרֵךְ} \text{וְיָרֵךְ}$ *pinnas suas* interpretantur; praetulit h. l. hanc significationem usitatae *solis*, quod וְיָרֵךְ , *scutum*, subjicitur. Solis tamen nomine Deus et Jes. LX, 19. 20. insignitur. $\text{וְיָרֵךְ} \text{וְיָרֵךְ}$ *Non prohibet bonum ambulantes in integritate*. Phrasis haud absimilis Latinae figuræ huic: *non patitur in se claudere eis ullum bonum* (vid. TERENTIUS ANDR. III, 3. 41. Eun. I, 2. 84. CICERO de Officiis II, 15.) i. e. non patitur eos egere ullo tempore.

PSALMUS QUINTUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Gratulatur Jovæ, quod populum de exilio re-
duxerit, petitque ab eo pacem adeo tranquillam et
imperturbatam, ut pristinae irae Dei nullae reli-
quiae supersint. Postremo firmiter se exauditum
iri sperat, et de spe illa sua, tanquam de re
certissima, magnifice loquitur, dum quae ad
statum felicem reipublicae, pertinent, figuris pul-
chris et suavibus describit. Carmen ad illud
tempus referendum, quod reditum ex Babylo-
nico exilio proxime est consequutum. Toto
enim isto tempore vicinarum gentium odio et
assiduis incursionibus instauratae reipublicae fé-
licitas saepe turbata est, nec modo cultura agro-
rum, sed etiam templi et urbis structura non
semel est impedita.

2. רַצִּיתָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ *Propitius fuisti, o Jovæ, terrae
tuae, quam Abrahamo ejusque posteris dedisti, quamque
populi et cultus tui sedem esse voluisti.* שָׁבַת שְׁבִיתָ אֶת־עַמְּךָ
*Reduxisti captivitatem i. e. captivos (ut Pl. LIII, 7. Je-
rem.*

rem, XXX, 18.) *Jacobi*, i. e. ut Chaldaeus reddidit, *familiae*, i. posterorum Jacobi, ut Pf. LXXVIII, 5. 21. 71. שביה ejusdem cum שכיה significationis, Num. XXI, 29., et cum eo frequenter in Kri et Chethibh permutatum, ut Jerem. XXIX, 14. XLIX, 20. Ezech. XVI, 53.

3. כְּפִיָּה בְּלִ-הַטְּחָהּ Operuisti omnia peccata eorum, e conspectu tuo removisti, ne ad ea puniendā compellereris. Cf. Nehem. III, 37.

4. חִמְּתָהּ Collegisti, et simul omnem abstulisti, quomodo verbum hoc et Jerem. X, 17. Gen. XXX, 23. Jes. IV, 1. usurpatur. Cf. STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 36. הִשְׁבִּיחָהּ Convertisti te, sic intransitive in Hiphil Ezech. XIV, 6. XVIII, 30. 32., ut הִרְחִיבָהּ Pf. XXV, 17. accipiunt.

5. שׁוּבָנוּ Chaldaeus recte לְרַחֵם, *converte ad nos*, reddidit, cf. Jes. LXIII, 17. Alexandrinus: ἐπιστρέφον ἡμᾶς, *converte*, i. e. restitue nos. וְהָפַךְ כַּעֲסָה עִמָּנוּ Chaldaeus: וְכִטַּל רִיבְךָ מִבְּנֵי, *et irritam fac iram tuam a nobis*. Alexandrinus sensum magis expressit: ἀποστρέφον τὸν θυμὸν σου ἀφ' ἡμῶν, nec non Hieronymus: *et solve iram tuam adversum nos*. עִמָּנוּ Nobiscum, tibi adversis, exercitam.

6. Chaldaeus: הֲאִפְשָׁר יִי לְעַלְמָא הַחַיָּהּ בְּנֵי הַבְּשָׂר הַזֶּה לְרַחֵם אֶתְּךָ לְרַחֵם אֶתְּךָ Num possibile est, ut in perpetuum nobis irascaris? ut serves vehementem iram in generationem et generationem?

7. וְיָבִיחַ חֲחִיבֵי רִחֵם נֹס. vivistabitis, i. e. pristinam nobis felicitatem reddes? Eadem imago Jes. XXVI, 19. Hof. VI, 2., atque eadem cum verbo שׁוּבָה constructio Pf. LXXI, 20.

9. Fingit poeta se audire vocem Dei respondentis, et aperte testificantis, precationem populi sui sibi acceptam extitisse: auscultabo igitur, inquit, quid loquatur

Deus: מל-ישׁוּבוּ לִבְטִלָּהּ. *Ne vertant se retro ad stultitiam, i. e. modo, salutis suae restituti, nihil deinceps per stultitiam committant iterum, neque in peccata relabantur, quae et alias stultitia nuncupantur, veluti Col. II, 14. VII, 25. Pf. XXXVIII, 6.*

10. Nomine כְּבוֹד, *gloriae*, h. l. significatur. *arca sacra*, symbolum illud majestatis divinae, ut Pf. LXIII, 3., et 1 Sam. IV, 21, 22., integrique versiculi sensus est talis: certo praesto erit timentibus ipsum ope sua, ut recuperato statu pristino, et instaurato cultu vero, vetus gloria, veteraque ornamenta redeant terrae nostrae.

11. Chaldaeus: מִבְּנוֹת יִקְשׁוּ אֶרְעֵין צְדָקָא וְשִׁלְמָא. *benignitates et veritatis invicem sibi occurrunt, justitia et pax conjunctae sunt. Virtutes inter nos verfabantur et colentur conjunctim universae.*

12. Loco huic prorsus similis est Jes. XLV, 8. Pro eo, quod ibi est יוֹלֵב-צְדָקָה וְשָׁמַיִם מִמַּעַל יִשְׁתַּקִּימוּ. *stillent coeli desuper, et nubes fluant justitia, nolter וְצְדָקָה, justitia de coelo prospicit, dixit; recte itaque prospectum e coelo de pluvia interpretantur, quae inde decedens videndam se exhibet.*

13. גַּם-יִהְיֶה יַחַד הַטּוֹב. *Imo etiam Dominus dabit bonum, quod Hebraei de pluvia intelligunt, coll. Deut. XXVIII, 12., et sequitur in altero hemistichio de proveniunt terrae. Alii in universum de hominibus omnino bonis, a Deo profectis, coll. Pf. LXVIII, 10.*

14. צְדָקָה לְפָנֵי יְהוָה. *Justitia ambulabit coram eo, scilicet Deo, cujus Versus 13. meminit, licet enim proxime praecesserit אֶרֶץ, ad eam tamen, ut feminei generis, referri nequit affixum masculinum ו, sed ad remotius יְהוָה, adeoque sic transferendum: in conspectu Dei ambulabit justitia, i. e. palam exercebitur, ita ut homines justitiae studeant non tantum coram hominibus, verum etiam co-*

ram Deo ipso. Aliqui Iussivum collective s. distributive accipiunt, hoc modo: unusquisque piorum justitiae cultorum ambulare faciet ante se justitiam, id est, praestabit a se justitiam. וְיָשֶׁה לְרַגְלֵי פְעָמָיו. *Et ponet ad viam s. in via gressus suos*, i. e. justitia gressu libero et expedito incedet; non inhibetur ipsius cursus, non amplius pressa jacebit in terra, quomodo Jes. LIX, 14. opposita habetur phras: *concidit in platea veritas, et aequitas non potuit ingredi*; item Amos. V, 7. *Justitiam in terram reponunt*, vel proculcant. Hic contra justitia instar reginae libere obambulantis cunctaque pro arbitrio ordinantis introducitur. Chaldaeus: וְיָשֶׁה לְרַגְלֵי לְאֹרְחָהּ טַב אֲסִתְרֵיהּ, *et ponet in via bona gressus suos*, quod vel ad Deum referri potest, qui justitiae studiosum statui prospero reddat, vel ad ipsam justitiae cultorem, qui omnia sua recte instituat.

PSALMUS SEXTUS ET OCTOGESIMUS.

A R G U M E N T U M.

Orat defensionem et victoriam adversus potentes hostes, cum quibus precatori sit pugnandum. Ad exsuscitandam autem fiduciam suam praemitit precibus suis persuasionem certam, quod Deus sit eum exauditurus; quibus postea addit celebrationem potentiae, fidelitatis et bonitatis Dei, quam saepe jam expertus sit, et experturus deinceps. Titulus Davidis has preces esse perhibet, neque est in iis quicquam a Davidica formula alienum. Videntur fusae esse quum a Saulo profugus vitam inopem vagamque atque periculosam persequeretur. Accuratius tempus editi carminis nequit finiri.

2. כִּי־חֲסִיד אֲנִי *Quia pius sum, i. e. quia te colo et veneror, quia sum inter eos, qui tibi sunt consecrati, unde et statim subjungit: conserva famulum tuum. Alii qui sic interpretantur, ut sit sententia: quia expertus sum omnis culpae et prorsus innocens; vel: deditus sum innocentiae et pietati, his studeo, sicut Ps. XXVI, 6.*

4. ארום את יי טב לצדיקים ושכח לדחייבין *Ad te animam meam attollo, te, auxiliumque a te profectum cupidissime exspecto, cf. not. ad Ps. XXV, 1.*

5. Chaldaeus: ארום את יי טב לצדיקים ושכח לדחייבין *Quoniam tu, Jova, bonus es erga justos, et parcens iis, qui convertuntur ad legem, atque multiplicans benignitatem omnibus orantibus coram te.*

8. Nomine אלהים Chaldaeus *angelos*, (אנגלי שמיא), intelligit, alii aliarum gentium *deos*, ut haec sit poetae mens: inania sunt nomina eorum omnium, qui Dii nominantur ab aliis; non est ex hoc genere ullus tibi similis, qui possit facere quae tu praestas cultoribus tuis.

11. יחד לבכי ליראה שמה *Uni cor meum ad timendum nomen tuum*, i. e. collige dissipatos et distractos motus animi mei, ut in te et cultum tui solum uniantur; dirige omnes meas cogitationes eo, ut te timeam. Alexandrinus, qui transtulit: *εὐφρανθήσῃς ἡ καρδία μου*, יחד ad verbum יחד, *gavisus est*, retulit: ליראה est infinitivus cum ה paragogico; ut Dent. IV, 10.

13. משאול החתמה *Ex imo inferno*, quasi dicat, ex penetralibus mortis, ut significetur magnitudo periculi, et perturbationes animi maximae et mortiferae, quae eum tantum non exanimarint.

14. ולא שמוה לנגהם *Nec postuerunt te coram se*, non curant te. Syrus: *nec recordati sunt tui*. Cf. Ps. LIV, 5.

16. אגני עבדה בן-אמהה *Salutem praesta filio ancillae tuae*, i. e. vernae familiae tuae; coll. Ps. CXVI, 16.

17. עשה עמי אזה לטובה *Fac mecum s. erga me* (ut Gen. XXIV, 12. Ps. CXIX, 124.) *signum, argumentum, specimen, in bonum*, ut bene mihi sit, i. e. documentum ede-saporis tui in me eximium, ut cognoscant hostes mei, me tibi carum esse. et nudeat eos frustratorum conatum suorum.

PSALMUS SEPTIMUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Laudes urbis Hierosolymitanae, sedis deliciarumque Jovae, quae ipsa communis quasi patria futura sit etiam aliis gentibus potentibus et opulentis, ut fiant cives ejusdem civitatis, vel etiam coloni ejusdem metropolis. Non improbabilis est **CHRIST. MULLERI** *) conjectura, carmen Hiskiae regis aetate scriptum esse, quod commemorantur in eo gentes exterae eae, quibuscum illis ipsa temporibus Israelitis vel societates vel bella intercedebant. Praeter Aegyptios et Babylonios recensentur (Vs. 4.) *Philisthaei*, qui regnante patre Hiskiae, Achaso, Judaeam hostiliter invaserant, sed ab Hiskia iterum in fines suos redacti, firmam ex eo tempore amicitiam cum populo Judaico coluisse videntur (2 Chron. XXVIII, 18. 2 Reg. XVIII, 8.) *Philisthaeis* junguntur *Cuschaei*, quorum rex **Tarcon**

*) *Satura Observationum philologicarum maximam partem sacrarum* (Lugd. Batav. 1752. 8.) p. 80. seqq.

racon Aegyptiis et Judaeis auxilium contra Senacheribum tulit. Inprimis huc facit quod Chronicorum scriptor (2 Chron. XXXII, 23.) tradit, missa a vicinis gentibus munera esse Jovae Hierosolymorum urbem, postquam grave illud bellum extinctum fuerat. Eadem, quae in hoc Psalmo regnat, sententia, reperitur quoque Jes. XIX, 25., aliisque pluribus Jesaianorum oraculorum locis.

1. Magnopere inter se disorepant interpretes in verborum יסודו בנהר יקיש explicacione. Sunt, qui ea alteram partem inscriptionis Psalmi putent. Hi יסודו *fundamentum ejus*, i. e. argumentum ejus, *carminis*, שיר, interpretantur, ut sensus sit hic: carmen cujus argumentum versatur in montibus sacris. Qui vero verbis illis carmen ipsum existimant ordiri, et ipsi a se invicem discedunt, primo quidem ratione ipsius dictionis יסודו, quam plerique pro nomine substantivo accipiunt, et *fundationem* i. *fundamentum* exponunt, ad formam יסודו, *salus*, זלילה, *regnum*, alii vero pro participio feminino, Chaldaeo auctore, qui זלילהו posuit; tum ratione *Casus*, quem alii Vocativum, alii Accusativum (*fundationem suam*, subaudi זלילה ex Vs. 2.) esse volunt; ratione denique *Suffixi*, quod alii ad *Zionem* (ex Vs. 2.) nomen, etlii significacione femineum, terminatione tamen masculinum (cf. 2 Reg. XV, 16. Hof. X, 7. Mich. V, 1.), alii vero rectius ad *Deum* (ex Vs. 3.) referunt; pronomen relativum enim nonnunquam non antecedens, sed consequens spectat, ut Cant. I, 2. Proverb. VII, 8. Amos. I, 4. seq. (cf. STORRII *Observat. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 400, not. et 434., et N. G. SCHROEDERI *Instit. L. H. Syntax. Reg. XXXIX, c.*) Hinc vertimus; *fundatio*
ejus,

ejus, fundatoris scilicet Dei, est in montibus sanctitatis, i. e. Deus fundaturus sibi et cultui suo sedem, delegit sibi montes istos sanctos, Zionem videlicet, ubi tabernaculum pro sacra arca a Davide paratum (2 Sam. VI, 17, 1 Paral. XV, 1.), et Moriam montem, quo deinceps templum a Salomone conditum fuit, 2 Paral. III, 1., vel etiam pluralem numerum usurpavit, quod plures circa Hierosolyman montes essent; Pf. CXXV, 2. Chaldaeus haec figurato sensu accepit: שִׁירָתָא דְּמַחֲסֵי עַל בְּיָם אֶתְחַתָּא דִּמְן לְקַדְמִין *carmen fundatum ore Patrum priorum.*

2. שַׁעֲרֵי צִיּוֹן *Portis Sion*, quibus Kimchi *loca iudicii*, coll. Deut. XXV, 7. Ruth. IV, 1 — 11., intelligit, per synecdochen tota urbs Hierosolymitana significatur, coll. Pf. IX, 15. CXXII, 2. Jef. LX, 18. Sensus est, Jovam prae ceteris locis omnibus Hierosolymorum urbem elegisse, in qua sedem suam figeret. In alium sensum haec deflexit Chaldaeus: רַחֵם יְיָ מַעֲלָנִי בְּתֵי מְרֻשָּׁתָא דְּקַבְיָעֵן בְּצִיּוֹן *Diligit Jova introitus domuum institutionis, quae fixae sunt in Zione prae omnibus Synagogis familiae Jacob.*

3. נִכְבְּרוֹת מְרַבֵּר-בָּהּ *Gloriosissime* i. e. admodum honorifice dictum est de te, multa aequae insignia elogia in te conferuntur. נִכְבְּרוֹת adverbialiter accipiendum (pro בְּנִכְבְּרוֹת), saepe enim nomina pluralia, vel cum praepositione, vel in casu obliquo absolute usurpata, ita induere solent usum adverbialem, ut significationem intendant, et gradum quasi superlativum in adverbiiis efficiant, ut Pf. IX, 9. *Judicabit populos בְּמִישְׁרֵיהֶם aequitatibus*, i. e. aequissime, quod et, sine praepositione, מִישְׁרֵיהֶם, Pf. LVIII, 2. Ita Pf. CXXXIX, 14. כִּוְרָאוֹת בְּפִלְיָהּ, *tremendis separatus sum*, i. e. modo valde tremendo. Participium vero passivum מְרַבֵּר neutraliter usurpatum, ut Jef. XXVI, 3. בָּהּ בְּטוֹחַ, *in te confisum est*, i. e. posita est fiducia. Bene Chaldaeus: מְלִין דִּיקַר אֶתְחַלֵּל עֲלֵהּ, *verba honoris, honorifica, dicta sunt de te.*

4. Sequuntur Jovae verba, ut apparet ex sequentis Participii suffixo, et coll. Vs. 6: *אֲזַכֵּיר יְרֵה וּבָבֶל לִירְעֵי* Memorabo Rahab et Babel inter scientes me, reputabuntur inter domesticos et familiares meos; ita ל occursit Num. III, 40. Pf. XXI, 15. XXV, 14. Alii: *in noscentes me*, s. ut me noscant, ut ל sit *denominativum effecti*, coll. Gen. II, 24. Zachar. XIV, 9. Pf. VII, 14. Sensus: tanta Zionis erit celebritas, ut inter ejus incolas et cives relaturus etiam sim gentes celeberrimas, quae me Deum agnoscant. *יְרֵה Aegypti* nomen proprium esse, cujus ratio et origo tamen ignota, non potest dubitari, vid. Jes. XXX, 7. LI, 9. Pf. LXXXIX, 11. — *הִנֵּה פְּלִשְׁתִּים* *Ecce Philisthaeam, Tyrumque cum Aethiopia* [scil. memorabo tales, qui me agnoscant, *זֶה יִלְדֶּשׁ* Hic, i. e. horum quisque, sive, qui, ut Pf. LXXIV, 2, vel subaudiri potest, *לְאֵלֶיךָ* post verbum: memorabo *dicens*; hic quoque natus est illic, in Zion, ut in Psalmis frequentissime, e. c. Pf. XXXII, 7. 8. XL, 4. 5. LXXXII, 1. 2. Sensus: de illis gentibus, inimicissimis aliquando Israelitis, multi in consortium ipsorum annumerabuntur, et concives efficiuntur. Id etiam Versus, qui sequuntur, 5. et 6., indicant. At sensum plane alium nostri Versus fecit Chaldaeus: *יִכְרִיזוּ חֹשְׁבַחְתְּךָ מִצְרָאִי וּבָבֶלְאִי לִירְעֵי יְרֵה הִיא פְּלִישְׁתַּי וְצֹרַאִי עִם כּוּשֵׁאִי דִין מְלִיכָה אֲחָבְרָא חָפְזוֹ* Commemorant laudes tuas Aegyptii et Babylonii cognoscentibus te; *en!* Philisthaei quoque, et Tyrii cum Cuschaeis (dicent): *rex ille generatus est ibi.*

5. *וְלִצְיוֹן יֵאמַר* Unde Zioni dicetur. Alii: Ideoque de Zione dicetur, coll. ל Genes. XVII, 20. Pf. III, 3. *אִישׁ וְאִישׁ יִלְדֶּבְהָ* Vir et vir, i. e. iste et ille, sive plures, nati sunt in ea, q. d. cujuscunque gentis homines, et undecunque nati sint vel oriundi, tamen cupient omnes scribi in catalogo civium Hierosolymitanorum. Natos hic non ponit pro indigenis, sed pro civibus, qui censentur esse Hierosolymitani. Geminatio nominis, ut h. l. *אִישׁ וְאִישׁ*, non tantum *distributivam* et *universita-*

tem, ut Levit. XVII, 10. 13.; sed et multitudinem; ut Gen. XIV, 10. Exod. VIII, 10., atque diversitatem indicat, coll. Pf. XII, 3. Deut. XXV, 13. 14. — והוא יכוננה et ipsemet Altissimus fundavit eam, ut 1 Sam. XX, 29. et ipse praecepit mihi frater meus; pro, et ipse frater meus praecipet mihi. Chaldaeus, הלציון אחמוד דור מלכא דישראל ושלמה בריה Et Zioni dicitur: David, rex Israelis; et Salomo, filius ejus, educatus est intra eam, et Deus ipse perficiet eam ad sublimitatem, longe celeberrimam eam reddet.

6. Verbis יהוה יספר בכחוב עמים Jova numerabit scribendo populos, inducit Deum censum veluti agentem populorum sibi parentium, et in eo censo isti reperientur scripti cives Hierosolymitani. Ante verba, quae sequuntur (זה ילד-שם), subaudiendum iterum, ut Vs. 4., יי על ספרא די מכתבין ביה הושבן על לאמר. Chaldaeus: על ספרא די מכתבין ביה הושבן על לאמר. Domine, in libro, cui inscriptae sunt supputationes omnium seculorum (scriptum est): rex ille educatus est ibi.

7. Et cantantes (cf. verbum Pf. VII, 1. Exod. XV, 1. et Participium Prov. XXV, 20.) sicut tripudiantes, s. choreas in publico gaudio, praecinentibus tibiis (1 Sam. X, 5. 1 Reg. I, 40.); ducentes, coll. Exod. XV, 20. Jud. XXI, 21. 23. Hoc vero simili aliqui non solum gaudii magnitudinem, verum etiam concordiam et ordinem exprimi putant. Aliis est concisa oratio, qua subaudiendum sit: laudes dicent, q. d.: et voce et musicis instrumentis praedicabunt laudes tuas. Alii: At in Zione cantores erunt ut tripudiantes, h. e. tam facile erit invenire Hierosolymis praecones divinarum laudum, quam in aliis regionibus tripudiantes. Melius Kimchi: „Et sic cantantes sicut tripudiantes vel tibicines, omnes alternis de te cantabunt.“ Verborum מציני בך — כל-מציני בך — sensus est incertus. Sunt, qui nomen מציני, quod scaturigines et fontes significat, transferri a no-

a nostro existiment ad modulationes, quae a pectore ve-
 lut e fonte aquae, scaturiunt atque ebulliunt, ut sensus
 sit hic: omnes in me fontes mei, de quibus laudis aliquid
 et celebrationis a me scaturire potest, te spectant, Deus,
 ad te solum diriguntur universi; totum illud impendam
 in te, o Zion, celebranda. Sed quoniam *fons* et pro
 quovis bono eximio dicitur (cf. Ps. XXXVI, 10. et ibi
 not.), alii nostri loci sensum faciunt hunc: omnis mea
 felicitas in te, o Zion, est posita; quae verba formulam
 laudis existimant, qua utantur cantantes illi, de quibus
 in priori hemistichio. Sed praefereendus prior sensus vi-
 detur. Quidam מַעְיָיִם *adfectus* reddunt (quum עַיִן et *ocu-*
lum denotet), ac si dicat: semper oculos meos habebō in te
 coniectos, quicquid tibi accidat, o Zion, sive tristandum sit,
 sive gaudendum. In eum sensum cf. Ps. CXXXVII, 5. Cha-
 daeus Versum nostrum hoc modo transtulit: עַל מַעְיָיִם שִׁירֵי עַל
 מַעְיָיִם מְרִיבֵי עַל מַעְיָיִם מְרִיבֵי עַל מַעְיָיִם מְרִיבֵי. *Et dicunt*
cantica in choris, omnes species laudis super sacrificia
dicuntur in medio tui. Hieronymus; *Et cantores quasi in*
choris: omnes fontes mei in te. Longe aliter vero hunc
 Versum cum eo, qui praecessit, interpretatus est Alexandri-
 nus: Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν καὶ ἀρχόντων τούτων
 τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ. Ὡς εὐφραينوμένων πάντων ἡ
 καρδιά ἐν σοί. Quod Vulgatus sic reddidit: *Domine*
narrabit in scripturis populorum et principum, horum,
qui fuerunt in ea. Sicut laetantium omnium habitatio est
in te. Apparet, Graecum interpretem pro מַעְיָיִם legisse
 מַעְיָיִם, quod ipsum etiamnum in codicibus nonnullis re-
 peritur (eadem lectionis varietate, quae Ps. LXVIII, 26.);
 nomen vero מַעְיָיִם *habitationem* interpretatus est, ex מַעְיָיִם,
 neglecto pronomine. Praeterea singula hemistichia aliter
 distinxit, id quod unusquisque ipse conferendo Graeca
 cum Hebraeis intelliget.

PSALMUS OCTAVUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Miserias suas aegrotus, jam paene in extremo salutis discrimine positus, singillatim enumerat, a quibus eripi se quasi aequissimum postulat, ut vivens Deum laudare, et de ejus beneficiis gratias illi agere possit. Ad fata Usiae regis hoc carmen respicere, conjecit IKENIUS *). „Uti enim,“ inquit, „illud sistit hominem gravissimo morbo correptum, et ob eundem, ab alienatis amicis et propinquis, commercio hominum expulsum, imo in peculiari loco instar mortuorum conclusum, unde egredi non poterat, ita talem historia nobis repraesentat pium regem Usiam, lepra a Deo percussam, atque idcirco regno motam, et in peculiari domo, usque ad diem mortis seorsim conclusam, 2 Reg. XV, 5., 2 Chron. XXVI, 20. 21.,“ qui postremus locus verba nonnulla communia habet cum nostri carminis Vs. 6. Neque tamen id magni momenti

*) *Dissertatt. Philologico-Theologg.* Vol. II. p. 184.

menti argumentum esse videtur. Nos quidem haud dubitamus adstipulari JARCHIO, hunc Psalmum accensenti eorum numero, in quibus populus Hebraeus exilii miseris oppressus de iis, sub singuli hominis graviter afflicti persona conquestus inducitur *).

1. Vid. Prolegomm. Vol. I. p. LIII. LXIII. XVII.

2. אָנִי נִנְדָה *Coram te*, subaudi clamor meus, vel, אָנִי, ego clamans, cf. Pf. XVI, 8. XXXVIII, 10. Chaldaeus: וַיִּמַּם קְבִלָה בְּלִילִיָּא אֶלֹהֵי לְקַבְלָהּ, *Interdum clamavi, noctu preces meas coram te.*

3. תָּבוֹא לִפְנֵיהֶם מִפְּלֵהֵי *Veniat in conspectum tuum, oratio mea*, perveniant preces meas ad tuas aures.

4. וְרוּחֵי לִשְׂאוֹל הִגִּיעוּ *Et vitae meae, vires meae vitales* (ut Pf. XXXI, 11.) *ad infernum pertigerunt*, sic verbum intransitive usurpatur Ezech. VII, 12. Pf. CVII, 18. Cant. VI, 14. Ea est malorum gravitas, ut de vita desperandum mihi sit.

5. נִחְשַׁבְתִּי עִם-יֹרְרֵי בֹר *Reputatus sum cum*, i. e. accenseor *descendentibus in foveam sepulchri*, cf. Pf. XXVIII, 1. XXX, 4. Prov. I, 12. — כֹּבֵד אִין-אִיל *Instar viri reputatus sum sine robore*, vel, ut Chaldaeus, Aben-Esra et Kimchi construunt, subaudito pronomine relativo: *cui non est robur*, coll. simili constructione Jes. XL, 29. Dicit se tanta malorum gravitate esse obrutum, ut perdidit quidquid antea virium et roboris habet.

* Ad Vs. 4. notat Jarchius: על כִּינֶסֶת יִשְׂרָאֵל הוּא אֹמֵר *de congregatione Israelitica ille (poeta) loquitur*, שהיה מעונה ביסורי הגלות *quae afflicta est castigationibus exilii*, uti ad Vs. 1. dicit. Psalmi huic similes sunt VI. XII. XIII. XXII. XXXVIII. XXXIX. XL.

beat. Nomen מָלַח , h. l. tantummodo occurrens, Formae מָלַח *bellum*, ejusdem haud dubie significationis est cum מָלַח Pf. XXII, 20.

6. Reputatus, inquam, sum מִמְתּוּת , *inter mortuos*. Quod sequitur, אֲשֶׁר , quum alias de *servo manumisso* dicatur, ut Exod. XXI, 2. 5. Deut. XV, 12. 13. 18. Job. III, 19., plerique h. l. *liberum* transtulerunt, atque vel, *ab omni numinis cura liberum et derelictum* interpretati sunt, vel talem, qui, cum rebus humanis sit exemptus, nemini quidquam officii debet, neque cui quidquam debetur. Verum recte monuit IKENIUS, l. c., adhibendam esse h. l. significationem

Arabici خَفَش , *debilis, imbecillis, infirmo corpore fuit*, unde خَفَش *imbecillitas*, atque أَخْفَش , *imbecillis*. Qua ipsa notione nomen הַפְּשִׁי 2 Chron. XXVI, 21. usurpatur, ubi de rege Uria: *Percussit Dominus regem, factusque est leprosus, habitavitque in בֵּית הַהַפְּשִׁי* *domo infirmitatis (in einem Siechhause)*. Quod vero nomen אֲשֶׁר etiam de *liberto* dicitur, causa videtur esse haec, quod servo imbecilli, aut senectute debili immunitas ab operibus, quibus impar erat, concessa fuit. J. D. MICHAELI (in *Suppletum*. p. 880.) a significatione *proiciendi, humi prosterndi*, quam Arabicum خَفَش in Conjugatione secunda habet, nostrum הַפְּשִׁי *prostratum* interpretari mallet. $\text{הַיָּהּ קָטְלָהּ הַחֶרֶב כַּמֵּן הַלְּלִים}$ Chaldaeus *sicut gladio interfecti reddidit*. $\text{אֲשֶׁר לֹא-יִכְרַח עוֹד}$ *Quorum non meministi, curam habes amplius*. וְהָמָּה *Et qui e manu, protectione tua excisi sunt*. Alii: *qui a manu tua, i. e. judicio tuo excisi sunt*, scil. e vita. Sed hanc sententiam si noster enuntiare voluisset, haud dubie בְּיַדְךָ scripisset.

7. שָׁפַתְיָי *Posuisti* namque, instar leveri iudicis, *me, velut reum mortis*. Syrus: أَبَدَلْتَنِي , *demisti me*. בְּבוֹר *In fovea, qua Chaldaeus carcerem* (coll. Jerem. XXXVIII, 6.) intellexit; $\text{בְּגִלְתָּהּ רְמַחֶיָא בְּגִלְתָּהּ}$ *in captivitate, quae simi-*

similis est foveas. Jarchi: הוא הנלוח *id est exilium*: תחתיהו *Infirmorum*, scil. locorum aut mansionum (Jerem. XXXVII, 16.) in terra; vid. Ezech. XXVI, 20. Pf. LXIII, 10. — תְּמַצְלוֹחַ *In profundis*, s. profundissima aqua maris (Exod. XV, 5.), sine spe emergendi aut salutis, cf. Pf. XL, 3. LXIX, 3. 16.

8. עלי סמכה חמקה *Super me innittitur*, incumbit mihi furor tuus, quae similitudo et Pf. XXXII, 4. XXXVIII, 3. — וְכֹל-מִשְׁפָּרֶיהָ עִיָּוָה *Et omnibus fluctibus tuis affixisti* [scil. me, id quod totus clamat contextus, cf. Pf. LXXXVIII, 28., ubi similis Accusativi post verbum defectus. Plene habetur Pf. CXIX, 75. עִיָּוָה אֲלֵי אֲדָמָה] Alii adscita notione Arabici **لح**, *produxit*, sic transferunt: *omnes fluctus tuos produxisti*, effudisti. Alii reddunt *operuerunt me*, quod verbum illud Arabicum inter alia etiam *descendit*, et *quasi coelitus accidis* alicui aliquid denotat. Alii: *fluctus tuos respondere* s. *resonare fecisti*. Aben-Efra: *humiliasti* s. *fregisti fluctus tuos super me*, coll. Pf. XCIII, 3. Sed *affligendi* sensu verbum עָפָה et Pf. XC, 15. CII, 24. occurrit.

9. הִרְחַקְתָּ מִיָּדַי מֵעַמִּי *Avertisti notos* s. familiares *meos a me*. Iis me affecisti plagis, ut abominationi sim familiaribus meis, qui a me fugiant. שָׂתַנִּי הוֹעֵבֹה לְמוֹ *Posuisti*, dedisti, *me abominationes illis*, detestabilem me illis fecisti. Jarchi: האומה שהייתי חשובה בעינין עכשיו **לְהַב** *Populis illis*, quibus ego (congregatio Israelis) *honorata fui*, nunc sum *vilis* s. contempta. כָּלֵא **לְאֵל** *Clausus sum*, ut *evadere non possim*, conclusus sum malis undique, neque patet mihi usquam ex his exitus, nulla est evadendi facultas.

10. עֵינִי דָאָבָה *Oculus meus contabuit*, dolore et miseriis species oris mei macie extabuit. עֵינִי, *oculus*, faciem totam interdum, sicut *os* Latinis et totum etiam hominem, significat, sicut **καὶ ἄλλῃ** Homericæ Iliad. Θ 164. Cf. Pf. VI, 8. XXXI, 10. Chaldaeus זֵכֶרִי וְלִבִּי

1. *oculus meus stillat lacrymas*, transtulit, collato Syriaco *וַיִּשְׁטַף*, *fluxit*, quod tamen potius cum Hebraico *וַיִּבֹב* convenire videtur.

11. *הֲלִמְחִיחַ תַּעֲשֶׂה-בָלֵא* *Num mortuis facies mirabile?* num edito miraculo mortuos revocabis ad vitam? *אִם-רָפְאִים יִקְוֶמוּ יִרְוּהָ* *Num mortui resurgent? te celebrabunt?* Petit sibi vitam produci et conservari hac de causa, ut possit Deum celebrare; itaque haec tanquam ex absurdo cum Deo differit precator, quasi diceret: tu vis, ut te celebremus, quare ergo vitam praecidis nobis ante tempus, qui hoc agimus? an sublatis vivis ad hanc rem revocabis in vitam mortuos? *רָפְאִים*, a *רָפָה*, *defecit, desit*, sunt omni vi vitali exuti. Chaldaeus: *בְּרִשְׁפִּימָא* *בְּעַפְרָא*, *corpora resoluta in pulvere*.

12. An in sepulchris etiam memoratur bonitas et clementia tua; et ab iis, qui morte absumti jacent, veritas et fides, tua? *בְּאֲבֵרוֹן* *In interitu*, Chaldaeus: *בְּבֵית* *אֲבֵרָנָא* *in loco perditionis*. Kimchi: i. e. in sepulchro, ubi corpus interit.

13. *הֲיִרְוֶע בְּחֹשֶׁךְ בָּלֵא* *Num agnossetur in tenebris inferni* (Chaldaeus: *in tenebris Gehennae*) *miraculum tuum?* numquid in tenebris etiam Oroi apparere possunt et agnosci, quae facis mirabiliter, sicut inter vivos? *וַיִּזְכְּרָהָ* *Et justitia tua* scil. cognossetur? an ibi etiam edentur documenta, aut experimenta erunt hujus? *Justitia* vero intelligenda est defensionis et liberationis a malis in genere. *בְּאֶרֶץ בִּשְׁחָה* *In terra oblivionis*, ubi nullius rei, quae ad hanc vitam pertinet, memoria est amplius. Ita poetis etiam exteris mortui potant obliviam in campis Lethaeis (*ληθήη*, *oblivio*). Status mortuorum comparatur *regidni*, ubi mortui veluti congregati degant, ut Job. X, 21. 22.

16. *עֲנִי וְגֹעַ* *Miser ego sum et exspirans*, exerceor misere, et exhaustus viribus omnibus tantum non vita ipsa deficio. Quod autem sequitur, *בְּעֵינַי*, primum alii

alii aliter distinguunt, dum aliqui ad praecedentia referunt, ut sit: *a juventute sum miser et calamitosus*, aliqui ad sequentia, ut sit: *a juventute usque perfero terrores tuos*. Deinde pro eo, quod est *a juventute*, quodque veteres omnes reddunt, quum nomen נַעַר et Prov. XXIX, 21. Job. XIII, 25. XXXVI, 14. pueritiam s. adolescentiam, significet (pluribus locis non reperitur), aliqui faciunt *prae concussione* (ex significatione *excutiendi* verbi נַעַר vid. Pl. CIX, 23. Job. XXXVIII, 13. Nehem. V, 13. et cf. A. Schultensium ad Job. XXXVI, 14.), id est, propter summam afflictionem anhelus jaceo. אָפְּיָהּ Chaldaeus חַי נַעַרְיָהּ, *onus super me*, interpretatus est, satis apposite quidem ad rem, modo illa notio Hebraeae, aut cognatarum dialectorum usu firmari possit. EDM. CAS-TELLUS in *Lex. Heptagl.* p. 2971. refert ad Arabicum أَفْنٌ, *infirmus mente et consilii inops fuit*, unde أَفِينٌ

et مَأْفُونٌ, *ingenii et consilii expertus*, neque absona fuerit conjectura, נַעַר et נַעַרָה communes habuisse significationes, ut et alia verba mediae radicalis quiescentis conveniunt cum similis soni verbis sed primae radicalis quiescentis. Patrocinator huic sententiae Alexandrinus, qui ἐξηπορήθην posuit, quod Vulgatus *conturbatus sum* reddidit, sequuntur etiam Hieronymus et Syrus. Ita sensus erit talis: jam inde a juventute mea pertuli terrores mihi a te immisos, in quibus nunc etiam haerens animo antio semper trepido, neque quo me vertam reperio. Alias minas probabiles conjecturas de voce נַעַרָה vid. in D. MICHAELIS *Supplem.* p. 1996. seq.

17. Tertia radicalis verbi נַעַרָה, *exciderunt me*, Kimchio monente, geminata est, ad exaggerandam significationem, ut in נַעַרָה, חַי נַעַרָה, חַי נַעַרָה Ezech. XXVIII, 23. J. A. DANZ in *Literat. Ebr. Chald.* §. 41. III. Observ. V. §. נַעַרָה legendam existimat, quum tertia Singularis נַעַרָה sit. Pluribus de hac voce egit Jo. MICH. GASSERT *Tome IV.* H h h h h in

in Program, vernaculo sermone scripto, Hal. 1749, in quarto.

18. De verbo הקיפתי vid. not. ad Ps. XXII, 17.

19. *ממני אהבתיך* *Elongasti a me amicum et socium*, fecisti ut a me recederent omnes amici et propinqui mei, non habeo quengnam ex meis, qui fidem mihi praestet. Cf. Vs. 9. Verba postrema, *אשמה עלי* varii variis interpretantur. Alexandrinus Versum nostrum sic reddidit: *ἐμαύρουνας ἀπ' ἐμοῦ φίλον καὶ πλησίον καὶ τοὺς γινώσκουσ μου ἀπὸ ταλαιπωρίας*, pro *אשמה* eum *אשמה* pronuntiasse patet, atque *tenebras* pro miseria accepisse, ut sensus sit hic: abstraxilli familiares meos ab aerumnis meis, a me aeruminofo. Chaldaeus: *אמני אשמה עלי* *באפיהו* *notis meis obscuratus sum in facie eorum*, mei sunt obliti. Jarchi: *אשמה עלי* *באפיהו* *obscuratus sum et desertus ab eis*. Aben-Esra' et Kimchi ante *אשמה עלי* sent *ב* subaudiendum, ut verborum: *noti mei in tenebris* sensus sit hic: videntur mihi versari in tenebris, quia eos nullus video, id est, deserunt me, neque uspiam comparerent. Quae omnia quam sint coacta et incongrua unusquisque intelliget ipse. Recte vero nostra verba interpretatus est SCHNURBERG in *Dissertat.* p. 165. „Teneatur, inquit, verum ac proprium vocabuli *אשמה* usum in eo positum esse, ut inferorum sedem denotet, quod intelligitur ex hujus Psalmi Vs. 7., nec non Ps. CXXXIII, 3. Thren. III, 6., tum vero per totum carmen diffusum esse ac quasi dominari tristem illam cogitationem de praesentissimo mortis periculo, abituque ad inferos parando. Quibus observatis vix fieri potest, quin in mentem veniat accipere verba *אשמה עלי* hoc modo, ut sensus sit, avulsis a me amicis sodalibusque omnibus, non superest, quo familiariter uti possim, praeter sepulchrum. Sic fere Jobus, Cap. VII, 14. *Corruptionem compello patrem meum, matrem sororemque meam putredinem.*“

PSALMUS NONUS ET OCTOGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Preces anxiae pro conservatione regni Davidici, jam penitus afflicti, quae nituntur promissione facta Davidi à Nathane & Sami. VII., quae ipsa prioris carminis parte (usque ad Vers. 38.) prolixè enarratur, atque ne dubitetur, posse Deum et velle facere, quod promiserat, initio celebratur gloriose potentia et clementia^e ejus. Ab illa vero promissione quum longissime recederet status tum praesens; in secunda carminis parte expostulatio est cum Deo, qui nimirum facile possit, quod pollicitus est, praestare, nec praestet tamen. Vel in ipsis fere regni Judaici extremis, vel sub exilii initiis factum esse carmen, arguunt Versus 39. 40. et seqq. *).

*) Cf. BENJ. KENNICOTTI *Notae Criticae in Psalmos XLII. XLIII. XLVIII. LXXXIX. ex Anglico vertit et Appendicè auxit* P. J. BRUNS, notulas adspersit et praefatus est J. C. F. SCHULZ, Lips. 1772. 8. Et J. B. KOEHLERI *Notae critt. in Ps. LXXXIX. XC. et CXLIV. in Repertor. Literat. bibl. et orient.* P. XVIII. p. 117. seqq.

2. מְהֵרָא positum esse pro מְהֵרָא (omissa praepositione, ut Vs. 3. 38. Pf. XLV, 7. et LXVI, 7.), docet παράλληλον וְרָרָר in altero hemistichio. Dicit vates, ad omnem memoriam propagaturum se esse praedicatione sua clementiam Jovae immensam (יְרִיחַ in plurali numero), et fidem veritatemque ejus in servandis promissis.

3. מְהֵרָא נָא *Nam dixi*, i. e. sic statuo in animo meo, ita persuasi mihi; nam hoc etiam est *dicere* Hebraeis, *cogitare* scilicet, et *statuere*, quasi pronunciata sententia, cf. Pf. XVI, 2. XXXI, 15. CXIX, 57. CXVI, 21. Significat autem his, se non dubitare, quicquid in praesentia fiat de posteritate Davidica, praestitutum tamen Deum ei clementiam suam, et servaturum, quae promissit, quum fides et misericordia ejus aeterna sint, et non possint fallere. מְהֵרָא חַסְדֵּי יְהוָה *In aeternum* (cf. ad Vs. 2.) *gratia* tua (suffixum repetendum ex מְהֵרָא in altero hemist.) *aedificabitur*, i. e. inllar aedificii, solido fundamento superstructi, consistet durabitque, nam verbum מְהֵרָא, ut *aedificare*, ita et *durare* significat, sicut aedificia firma durant, vid. Jerem. XII, 16. Mal. III, 15. Job. XXII, 23. Chaldaeus nostra verba מְהֵרָא חַסְדֵּי יְהוָה, *mundus per misericordiam Dei aedificabitur* reddidit, cui interpretationi Aben-Esra recte opposuit, nomen מְהֵרָא in VI T. nusquam de *mundo*, verum constanter de *tempore* dici. מְהֵרָא חַסְדֵּי יְהוָה *Coeles quod attinet stabiles* s. confirmabis *veritatem tuam cum eis*, i. e. inllar coeli, quod a firmitate Homero est χάλκεον. Aben-Esra: „Ut quemadmodum coelum, sic gratia tua maneat in aeternum.“ Kimchi: Veritatem promissionis tuae Davidi et posteritati ejus ita confirmabis, ut non desinat, quamdiu coelum est duraturum, coll. Deut. XI, 21. Ad nexum cum Versu sequenti subaudiendum est מְהֵרָא, ut Pf. II, 2. 3. LXXXII, 1. 2. Kimchi: „sic namque *dixisti* per Nathanem prophetam: *perigi*, etc. Vs. 4.“ Aben-Esra: „Haec autem est

est illa tua *gratia et veritas*, quod dixisti, pepigi foedus etc. Vs. 4."

4. 5. Respiciunt haec ad celebre illud promissum Davidi per Nathanem factum, 2 Sam. VII, 12. seqq. 1 Paral. XVII, 11. seqq.

6. Promissa illa sua praestare potest Jova, quod maxima pollet potentia, quam et ipsi coelites agnoscunt, celebrantque. שָׁמַיִם, *Coeli*, h. l. per metonymiam sunt superi, coelestes spiritus, coll. Ps. L, 6. CXLVIII, 1. 2. Alii ad coeli opus mirabile haec referunt, ut sit sicut illud Ps. XIX, 2. *coeli enarrant gloriam tuam.* פְּלִאָה *Miraculum tuum*, collective accipiendum, ut, Ps. LXXVII, 11. LXXXVIII, 11. 13., res mirandas potentia tua effectas. In altero hemistichio *coetu sanctorum*, קְהַל קְדוֹשִׁים, non est *populus piorum Jovae cultorum* intelligendus, qui Ps. XVI, 3. XXXIV, 10. קְדוֹשִׁים appellantur; sed significantur illi ipsi coelestes spiritus, quos antea שָׁמַיִם vocavit, ut Job. XV, 15. Zach. XIV, 5. et infra Vs. 8.

7. מִי בַשָּׁמַיִם יַעֲלֶה לְיָהוָה. *Nam quis in nubibus, s. in coelo, b. e. ut recte Kimchi notavit, in universo exercitu coelorum, par est Jovae?* Cf. Jer. XL, 18. — בְּאוֹכְלוֹסֵי מַלְאָכָאָהָא, *inter turbas angelorum*, reddidit. Cf. not. ad Ps. XXIX, 1.

8. Est Jova אֵל נִעְרָץ בְּסֹדֵר קְדוֹשִׁים רַבָּה *Deus formidabilis in concilio sanctorum*, i. e. angelorum *valde*; סֹדֵר enim h. l. non est adjective accipiendum, neque סֹדֵר (nomini masculini generis) jungendum, sed adverbialiter usurpatum, ut Ps. LXII, 3. LXV, 10.. Chaldaeus: יָתִיב *sedens in throno glorioso et magno.* וְנֹרָא עַל כֹּוֹרְסֵי יִקְרָא וְרַבָּה *Et timendus, venerandus, super* i. e. magis quam *omnes circumsum*, qui cum ipso sunt, et tanquam in familia ejus. Kimchius ad ministeria, angelorum hoc refert, ut sit: qui stipant eum, quasi satellitio suo, coll. 1 Reg. XXII, 19. Job. I, 9. sicut *ὁ ἀμφὶ αὐτῶν*, Graeca figura,

9. חָסוּן, *Robustus*, non est constructum, sed absolutum, formae עָוִיל, עָוִיל, נָדִיר, נָדִיר, significatione convenit cum חָסוּן Amos, II, 9. — *Et veritas tua circa te*, h. e. circum te circum nihil aliud est, quam veritas, ut nusquam non te veracem ostendas, sed ubicunque es, etiam illa adfit tibi. Aben-Esra: „Nunquam illa, velut accidens, separari a Deo potest.“

10. „A rebus coelestibus jam transit ad ea, quae omnibus obvia sunt, ad mare videlicet, cuius superbiam et insanos fluctus Deum reprimere ait, quoties vult.“ Aben-Esra. אָתָּה מְזַשֵׁל בְּנֶאֱמָר הַיָּם, *Tu dominaris in elationem maris*, tua potentia imperat insolentiae saevi maris, cf. Job. XXVI, 12. — *In efferendo*, cum sese extollunt *fluctus ejus*, tu eos *compefcis*. Forma Infinitivi verbi נָשָׂא, נָשָׂא, hoc tantummodo loco occurrit, alias enim נָשָׂא vel נָשָׂא, et נָשָׂא vel נָשָׂא dicitur, ut Jes. I, 14. Pf. XXVIII, 2. Jerem. X, 5. Aben-Esra nostrum נָשָׂא interpretatur בְּמַחְרָמָם, et הַשְׁבָּחָם per הַשְׁקִיטָם, ut Pf. LXY, 8. מְשַׁבֵּיחַ שְׁאוֹן יָמִים. Chaldaeus: כִּי מַחְרַמָּא מְחַנְטִלִין גְּלוּי אֲנָתָּא חֲמַאיכְכּוֹן, *cum extollit se* (mare, quod praecessit), *elevantur fluctus ejus*, tu *compefcis eos*.

11. רָבַחְתָּ *Contrivisti*, sic pro Jod, ut in רָבַחְתָּי, *curavi*, 2 Reg. II, 21., et in רָבַחְתָּי Jerem. LI, 9. כְּחָלִי *Sicut confossum* et omnibus viribus jam destitutum, h. e. sine ullo labore aut negotio, cf. Pf. LXXXVIII, 6. Thren. II, 12. רָבַחְתָּ quum *superbum* significet, de superbis hostibus in genere aliqui h. l. sunt interpretati. Sed quia Pf. LXXXVII, 4., Jes. XXX, 7. nomine illo *Aegyptus* significatur, Chaldaeus nostra verba hoc modo explicavit: אָתָּא שְׁבִיחָה הָיָה קָטוּל הַחֲרָבָא רָבַחְתָּ הוּא פָּרַעַה רְשִׁיעָא *Tu contrivisti, sicut occisum gladio, superbum, qui est Pharao impius*. Neque hoc prorsus est repudiandum; nam quum Versu, qui praecessit, dominatus Dei in mari meminisset, potuit hac occasione cladem illam Aegyptiorum in sinu Arabico ut omnium maximum memorabile docu-

documentum dominatus hujus atfexere. Quod sequitur, בְּיָדְךָ עֹדָה פְּרוּתָה אֵיבֵיךָ, *brachio roboris tui*, robore potentiae tuae, *dissipasti hostes tuos*, ἐπεξήγησις esse potest, si ad Aegyptum referatur, vidit enim populus Israeliticus Aegyptios jacentes in litore mortuos, a mari ejectos, vel etiam γεγεμεν, ad omnes hostes Jovae et populi ejus, quos confecit.

12. לְךָ שָׁמַיִם אֶמֶת - לְךָ אֶרֶץ, *Tibi sunt coeli, imo etiam tibi terra.* „Non caret.“ inquit GEIERS, „hoc emphasi. Siquidem sensus est; non modo tuum est *coelum*, in quo peculiariter putaris dominari, veram etiam *terra*, a qua nimium in oculis hominum abesse videris.“ חֶבֶל וּמְלֵאָה, אֶתְּהָ אֶתְּהָ יִסְדָּתָם, *Orbem terrarum fundasti* potentia tua et *quicquid hic complectitur*; metaphora ab aedificio, cf. Pl. CII, 26. CIV, 5.

13. צִפּוֹן וְיָמִין אֶתְּהָ בְּרֵאשִׁיתָם, *Aquilonem et meridiem* quod attinet, *tu creasti illa.* חֵימָן, תֵּימָן, quasi *dextram plagam* diceres, facie hominis e Palaestina בְּקָרְיִים, ad Orientem conversa. חֶבֶר וְהַרְמוֹן בְּשִׁמְךָ יִרְבְּנוּ, *Tabor et Hermon in nomine tuo jubillant*, te, statorem suum, celebrant. *Taboris* autem et *Hermonis* mentione *ortum* et *occasum* significat, ut interpretatur Chaldaeus. Hic enim est situs horum montium, ut Tabor respectu Hermonis occidentalis sit Judaeae, et hic ad Orientem. *Tabor* in occidentali parte Galilaeae, vid. Jos. XIX, 12. Jud. IV, 6. 12. De *Hermone*, qui etiam *Sirjon* et *Senir* vid. Pl. XXIX, 6. XLII, 7.

14. לְךָ זְרוֹעַ עִם גְּבוּרָה, *Tibi brachium cum fortitudine*, validissimum. אֵלֶּה הַיְמִינָה, *Alia est dextera tua*, nihil est tam arduum, ad quod non pertineat potentia tua.

15. צֶדֶק וּמִשְׁפָּט מְכוֹן כִּסֵּאָה, *Justitia et judicium* sunt *basis throni tui*, fundamentum solii tui, quo nititur ipsum, sunt jus et justitia, cf. Prov. XVI, 12. XXV, 5. Alii hoc sic interpretantur, quod totum solium et tribunal ejus sit de his virtutibus confectum, sicut aliorum regum ex auro aut alia pretiosa materia. מִשְׁפָּט h. l. est jurisdictio

dictio et administratio iudicii, quam aequissimam Jova exercet, cf. Ps. XXXIII, 5. Cl, 1. Poëlice virtutes eas, quae in hoc rege sunt, tribuit solio et comitatu seu satellitio ipsius; subdit enim: חסר ואמת יקדמו פניה - *clementia et sedes praecedunt faciem tuam*, sunt satellites et anteaambulones tui. Cf. similem locutionem Exod. XXXIII, 19. Ps. XXI, 4.

16. אשרי העם ידעי חרועה *O beatum populum, qui sciunt clangorem scil. tubarum*, quo ad festa Jovae celebranda convocantur, i. e. quos vocas ad cultum tuum, et qui te vocantem sequuntur. חרועה h. l. pro חרועה Levit. XXIII, 24. Clangore tubae populus ad sacros conventus convocari solebat. Aben-Esra intelligendum hoc ait ut illud Num. XXIII, 21. יהוה אליהו עמן וחרועה מלה בן ad quem loc. vid. not. et cf. 1 Reg. I, 54. 39. 40. יהוה באור פניה יהלכון *Jova! in lumine vultus tui ambulant*; te propitium habent, gratia tua frunntur. *Lumen vultus* Jovae aliquoties jam de gratia et benignitate ejus erga homines usurpatum vidimus, veluti Ps. IV, 7. XXXVI, 10.

17. בצדקתך ירומו *Clementia tua exaltabuntur*, i. e. beneficiis tuis jactare se possunt. Vel: beneficentia tua evehuntur et superiores aliis fiunt.

18. כי תתפארה עיני אמה *Nam decus roboris eorum es tu*, quicquid habent virium et roboris, id a te est, ut in te gloriantur. יהרצונך תרים קרבנו *Et per gratiam tuam exaltatur cornu nostrum*, quod si tu nobis saveas, evehetur dignitas et potentia nostra, ut superiores siamus hostibus nostris, id enim significatur figuram *cornu exaltati* cf. infra Vs. 25. Ps. LXXV, 5. 6. XCII, 11. CXII, 9. CXLVIII, 14. Deut. XXXIII, 17.

19. כי ליהוה מגבנו וילקדוש ישראל מלכנו *Nam Jovae est clypeus noster, et sancto Israelis rex noster*, quod aliqui sic intelligunt: Jova est protector et rex noster, ut ל sit Nominativi nota, ut Jes. XXXII, 1. et 1 Par. III, 2. coll. 2 Sam. III, 3., ad imitationem Aethiopicæ dialecti.

lecti. Aben-Efra vero et Kimchi putant idem significari priori hemilichio ac posteriore, et per *clypeum* regem intelligendum esse, sicut Pf. XLVII, 10. reges et principes *scuta* terrae vocantur. Itaque haec sententia est hujus Verius, et quae rationem continet posterioris membri praecedentis versiculi: rex quippe noster Dei jussu et voluntate electus est, David videlicet, Salomon, eorumque successores in regno Judae; quidni ergo speremus te, ubi visum fuerit, pristinas vires redditurum nosque regno restitutum? Dei est rex noster, igitur feliciter ac prospere agat, quoties Deo visum fuerit.

20. Post *δοξολογίαν* insertam persequitur, quae supra Vs. 3. et 4. de Davide dicere coepit. *וַיֹּאמֶר* Tunc, quando foedus pepigisti Davidi, Vs. 4. *דִּבַּרְתָּ בְּרִיתָאֲנִי* Dixisti in viso, intelligitur celebre illud promissum Davidi per Nathanem communicatum, 2 Sam. VII, 4. seqq., quod ipsum Vs. 17. ejus Cap. *וַיִּרְוֶהוּ* vocatur; et Prophetae appellantur *רְוִיחַ*, *videntes*, quod per visa eis voluntatem suam explicare soleret Deus, et per visa eis loqueretur. Dubium, *לְחֵסֶד*, unitatis numero, sit legendum, an *לְחֵסֶדִים*, pluralitatis numero. Posterius exhibent interpretes antiqui, et codices bene multi, a Kennicotto atque de Rossi enumerati. Qui hanc lectionem sequuntur, interpretantur de populo Israëlítico universo, qui et alias nomine *לְחֵסֶדִים*, id est, vel *cultorum*, vel *beneficiariorum Dei* nomine significatur. Sed simplicius est, singularem assumere, et vel *Nathanem*, quo Jova usus est nuncio, cujus et ipsius prophetia (*וַיִּרְוֶהוּ*) h. l. introducitur, vel *Davidem* intelligere, cui promissio illa est facta. Nam si *לְחֵסֶדִים* universum populum intelligamus, sententia vera non est, quum promissum illud non omnibus Israëlitis, verum soli Davidi ejusque posteris datum esse constet. *וַיִּשְׁתַּחֲוֶה עָלָיו* Posui auxilium super heroa, i. e. adjuvi eum, vid. similem constructionem Pf. XXI, 6. Minus recte sensum alii faciunt hunc: *constitui qui opem ferat adversus robustum*, id est hostes potentes. *וַיִּשְׁתַּחֲוֶה עָלָיו*

נָעַם *Exaltavi electum e populo*, quod dupliciter intelligunt. Aliqui sic, ut sit simpliciter, esse eum e populo Judaico, et non externum. Alii vero *populum* h. l. plebem faciunt, ut sit: ex infima plebe delegi eum, quippe e caula et ab ovibus abductum, et ex opilionem regem factum. Pro בָּחַר Chaldaeus עוּלִים, *juvenem* posuit. Aben-Esra; בָּחַר, h. l. vel i. q. נִבְחַר, *electus*, vel sic vocatur, quod *adolescens rex factus esset*. *Adolescentem* בָּחַר significat et Coh. XI, 9. Rectius tamen קִימְחִי; Vocatur בָּחַר quod e populo ad regnum esset *delectus*.“

21. Ille a me delectus est David, famulus meus, quem exquisendo nactus sum mihi, et unxi eum oleo sancto meo.

22. Hemistichii prioris verba ita sunt ordinanda: אֲשֶׁר עִמּוֹ יָדֵי הַכּוֹן, *quocum manus mea firma erit*, Aben-Esra subaudit לעֲזוּרוֹ *ad auxiliandum Deum*, Chaldaeo auctore, qui אֲיִרֵי מְחַקְקוֹ בְּסִיעֲרֵיהָ, *quoniam manus meae paratae sunt in adiutorium ejus*. Sensus est: manus mea praesto ei erit constanter, numquam destitutam eum auxilio meo.

23. לֹא יִדְרִישָׁא אוֹיֵב בּוֹ *Non aget exactorem in eum hostis*, nihil juris aut potestatis, veluti creditor in debitorem, habebit adversarius in eum, non subiget eum sibi ullas hostium ipsius. יִשָּׂא referendum ad נָשָׂא, quemadmodum verba alia plura, quibus tertia radicalis est He quiescens, puncta vocalia et ultimam radicalem mutuuntur a finitis in Aleph, ut לִירוֹא, *ad jaculandum*, 2 Paral. XXVI, 15.; יִפְלֵא, *segregaverit*, Levit. XXVII, 2. Plura exempla congessit JAC. ALTING in *Fundamm. Punctat. Ling.* S. p. 294. seq. Sunt quidem, qui nostram יִשָּׂא ad נָשָׂא, quod in Hiphil *deceperit* significat, referentes, haec verba interpretentur hoc modo: *non decipiet eum hostis*, nullus hostium fraude eum decipiet. Ita Chaldaeus: לֹא יִדְרִישָׁא בְּעַל דְּבָבָא בֵּיהָ, *non seducet eum inimicus*. Alexandrinus: οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, *nihil*

nihil proficiet inimicus in eo, ut Vulgatus reddidit. Symmachus: οὐκ ἐξαρτήσεται αὐτὸν ἐχθρὸς. Sed prior sententia veritati magis congrua; imposuerunt enim Davidi multi; subegit eum nemo. Praeterea verbum *השיא*, *decepit*, cum Accusativo aut Dativo, praefixo *ל*, nusquam vero cum *ב* constructum reperitur. Contra verbi *השה*, *exactorem egit*, constructio eadem, quae h. l., est Deut. XXIV, 10. Quare recte Aben-Esra locum nostrum sic explicat: *לֹא יִשְׁלֹט בּוֹ נוֹשֵׂה*, *non dominabitur ei exactor.* In Bibliis Athianis (Amstelod. 1661. 8.) legitur *ישיא* (cum *Sin*) pro *ישיא* (cum *Schin*), quod transferri posset: *non efferet se in eum hostis*; sed verbi *נשא* species Hiphilica tali vel significatione vel constructione nusquam occurrit. Neque lectionis *ישיא* vestigium ullum reperi in veteribus interpretibus aut scriptis eorum, qui varias lectiones collegerunt. Ex quibus omnibus efficitur, illud *ישיא* pro mendo habendum esse. *וְבֵן עֲוֹלָה לֹא יַעֲבֹדוּ* *Et filius perverfitatis, homo perversus, ut 2 Sam. III, 34. VII, 10. Hof. X, 9, non affliget eum, nullius hominis vis et insolentia vertet eum.*

25. *וְבִשְׁמִי הָרַחֵם קִרְנוֹ* Aben-Esra sic explicat: „propterea quod nominatur de nomine meo, i. e. cultorem meum se profitetur (Jes. XLIII, 7.), gloria ejus exaltabitur.“ Cf. Vs. 18.

26. Chaldaeus hunc Versum sic reddidit: *וְיָשְׁבוּ בְּמִדְבָּרֵי יַמָּא שְׁלִטְנֵיהּ וּבְיַחְבֵּי בְּהַרְחֵמָא גְבוּרָה וְיִמְיֵיהּ* *Et ponam in terminis maris dominationem ejus, et in incolis fluviorum potentiam dexteræ ejus.* Fluviorum nomine *Euphrates* notatur, quum limites regni promissi sint Davidi ab ortu in occasum a mari rubro usque ad mare occidentale seu Palæstinum, et, saeptentrione ad meridiem, ab ora deserti usque ad Euphratem: ut est Exod. XXIII, 31. Deut. XI, 24. Et *Euphrates* etiam alias *נַחַל הַשְׁוֹחַרְרֵץ* *fluvius* nominatur, qui quum in multos alveos scindatur, etiam *fluviorum* nomen non est inconsistentium, de hoc interpretari; aut simpliciter

titer est enallage numerorum poetica. Aliqui et ad hunc; et ad Syriae flumina referunt, quae David in expeditionibus suis superavit; subegit enim Palaestinos ad mare Palaestinum et Syros usque ad Euphratem, atque Mesopotamiam habuit tributariam, quae est inter Euphratem et Tigrim, unde nomen habet Mesopotamiae, q. d. interamnis, quam et *Syriam fluminum*, אֲרָם נְהַרִים (1 Chron. XIX, 6.), eodem modo appellarunt, ut *fluviorum* nomine h. l. intelligamus flumina terrae Euphratae. Posset igitur sensus et hic esse: et usque ad Euphratem et flumina vicina vel confinia. Aben. Esra: „Quum supra Vs. 10. dixisset, Jovam dominiam habere in fluctus maris; jam dicit, dedisse eum Davidi de potentia sua, ut dominaretur illis, qui navibus in mari et fluminibus itinera facerent.“

28. אֲנִי אֶתְּמָנָה בְּכֹרִי אֲמַתְּנֶה Sicut, inquit, me patrem vocabit, ita *vicissim ego primogenitum eum constituam*, adoptabo eum, qui sit primogenitus mihi, id est praecipuo loco apud me, et sic erunt quae sequuntur אֶתְּמָנָה בְּכֹרִי הוּא hujus. Vel *primogenitus* erit simpliciter *filius*, species pro genere; certe prophetia Nathanica 2 Sam. VII, 14. habet: *et erit mihi in filium*. עליון למלכי-ארץ *Sublimiorem regibus terrae*. Kinchius huc refert i Paral. XIV, 17. *Divulgatum est nomen Davidis in universis regionibus, et Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes.*

29. לְעוֹלָם אֶשְׁמְרֶה לּוֹ בְּסֵדֶי In aeternum servabo illi misericordiam meam, per quam illum et posteros ejus regnum obtinere volo. וְכִרְתִּי בְּאֲמָנָה לוֹ *Et pactum meum cum illo initum de conservando illi eiusque posteris jure regio fidele erit ipsi.*

30. Exponit pactum, cujus modo facta est mentio. Chaldaeus hunc Versum sic reddidit: וְאֲשֶׁר לְעֹלְמִין בְּנֵי וְכִרְתִּיהָ כִּי־יִשְׁמְרָהּ דִּיקוּמוֹן שְׁמִיָּה *Constituam in perpetuum filios ejus, et thronum ejus sicut dies, quibus coeli consistent*; limilis est huic locutio Deut. XI, 21. *Sicut dies coeli*

*coeli super terram, hoc est, perpetuo, quamdiu coeli im-
minebunt terrae.*

31. 32. Longius progreditur vates, inducitque nunc
Deum pollicentem, etsi Davidis posterii peccarent, eaque
committerent, propter quae jure ac merito regia potestas
ipsis adimi posset; non tamen summo jure cum iis actu-
rum, sed solum quasi patrem in filios animadversurum.
Porro non levibus tantum delictis indulturum promittit,
sed quibuscumque, etiam gravissimis, quod significare
vult, quum tot loquendi genera eodem spectantia in hoc
et sequente Versu simul congerit.

33. *בשבת פשעם ופקדתי בשבת פשעם* *Animadvertam virga in pec-
cata eorum, quae Aben-Esra recte de castigatione pater-
na interpretatur, collato Prov. XXII, 13. Si percusseris
eum (filium) בשבת, virga, non morietur.* Et in prophe-
tia Nathanica 2 Sam. VII, 14. dilerte habetur: *Ego ero
ei pro patre, et ille mihi pro filio; et cum prave egerit,
castigabo eum* *בשבת אנשים ובנועי בני אדם*, *virga virq-
num atque plagis hominum; supplicia humana enim,
etiam capitalia, tamen non grassantur in familias totas et
posteritatem universam.*

34. *לא אפיר מעפוי רחמי לא אפיר מעפוי* *Clementiam vero meam
non irritam reddam ab eo, castigabo posteros ejus quidem,
si adversus leges meas peccaverint, non adeo tamen, ut,
quam Davidi pollicitus sum, regni stabilitatem irritam fa-
ciam antiquam, et fallam fidem datam.* *לא אשקר באמתתי*
*Neque mentiar, si fallam in veritate mea, nullo modo fal-
lam fide mea.* Cf. 2 Sam. VII, 15.

35. *לא אהליך בריחי לא אהליך בריחי* *Non profanabo, violabo pactum
meum, cf. Num. XXX, 3. Pf. LV, 21. —* *ומוצא שפתי*
*Et egressum labiorum meorum, quod prolocutus est os
meum, periphrasis sermonis, ut Num. XXX, 13. Deut.
VIII, 3. XXIII, 24.*

36. *אמה נשבעתי בקדשי* *Semel juravi per sanctitatem
meam.* Aben-Esra: „Nomine קדשי vel coelos intelligit,
ut haec verba respectum habeant ad gestum jurantium, qui
sub-

sublatis ad coelum manibus eum fidei suae testem perpetuo duraturum facerent (Deut. XXXII, 40. Genes. XIV, 22.); vel ipse *Deus* est intelligendus, ut קָרָשִׁי sit i. q. קָרָשִׁי אֱלֹהִים. Vocula אֱלֹהִים vel significat, quod unum illud iurandum satis fuerit, vel hoc indicat, Deum alias nunquam per suam sanctitatem jurasse, sed illud solum promissum de stirpis Davidicae perennitate tam solenni juris iurandi formula confirmasse. “אֱלֹהִים לֹא יִרְדָּה מִכִּזְבֹּ” *Si Davidi mentiar, i. e. nequaquam mentiar.* Particula אֱלֹהִים, si, iurejurando simpliciter adhibita, negat; tunc enim per Apollopenam reticetur mali imprecatio, quod capiti suo accersit jurans, si fallat. Vid. Num. XIV, 23. 1 Sam. XXIV, 22. Jof. XXII, 14. Sic solent dicere Latini: *Si sciens fallo.*

37. וְכִסֵּאֵוּ שָׁמַשׁ כְּגִרְיָהּ *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, i. e. sicut sol perpetuo durabit, cf. Ps. LXXXII, 17.* Locis similibus ex poetis exteris illic adductis, addi potest hic MARTIALIS *Lib. IX. Epigr. 1.*

Manebit altum Flaviae decus gentis

Cum sole et astris, tumque luce Romana:


Invicta quicquid condidit manus, coelum est.

38. כִּי־יִרְאֶה יְהוָה כִּי־יִשָּׁבֵעַ עֲלֵיהֶם *Sicut luna firmus erit scil. thronus ejus perpetuo.* עֲלֵיהֶם pro לְעֲלֵיהֶם (quod ipsum in Cod. Regiomont. legitur); ut supra Vs. 2: וְעַרְבֵי שָׁמַיִם נִתְּנוּ *Et testis in nube, in coelo, sidus. Testem* hic aliqui intelligunt *Deum*, quod nonnumquam Deus etiam de se ipso in tertia persona loquatur; alii, subaudita ante עַרְבֵי similitudinis particula *5, iridem*, quam Deus gratiae suae nec redituri unquam universalis diluvii signum fecit, Gen. IX, 9. 13 — 17. Rectius Aben-Elra: „*Luna testis est sidus posteritati Davidis, quia sic illi pollicitus est Deus, stirpem suam perpetuam fore, sicut est luna.*” Jarchidis unitatis nomen, עַרְבֵי, per enaligen ad utrumque lumen, solem et lunam accommodat; „uterque, inquit, sol et luna, testes sunt Davidi, quamdiu erunt ac durabunt, tandiu

tamdiu quoque ejus regnum esse duraturum. Similis sententia Jerem. XXXIII, 20. 21.“

39. Altera pars carminis, quae expostulationem cum Deo continet. Ejusmodi autem est expostulatio, quae Deo irritam fidem, et inania praemissa exprobare videatur. Itaque multi Judaeorum mirantur, qui ausus sit vates, Deum sic alloqui. Et Aben-Efra observat, fuisse sapientem quendam et pium virum in Hispania, qui nec legere nec audire vellet hunc Psalmum. Aben-Efra vero ipse negat, quae sequuntur, verba esse Israelitarum, sed hostium esse ait, qui Deum mendacii et perfidiae arguant, atque idcirco dici postea (Vs. 51.): *memor esto opprobrii servorum tuorum*, i. e. quo te allecerunt homines tui. Sed recte monet Kimchi, haec et alia similia (Exod. XXXII, 13. Jer. LXIII, 17. 1 Reg. XVIII, 37.), quae minus digna Deo esse viderentur, ex solito loquendi more esse accipienda, atque similitudinis tantummodo gratia dicta. „Poeta (Kimchi verba sunt) miratus exilii prolongationem ita loquitur: numquid non tu jurejurando promissisti regni Davidici perennitatem? quomodo igitur fieri potest, ut penitus excisum esse regnum videatur? siquidem jam a tot annis Israelitae in exilio versantur, ut parum absit, quin de redemptione plane desperent.“ Post verba נָא אֲבִינָא Aben-Efra מְשִׁיחָהּ, ex altero hemistichio, subaudiendum monet.

40. נִרְצֵהָ עִבְדְּךָ *Rejecisti*, irritum fecisti foedus servi tui, i. e. quod olim cum servo tuo pepigisti. Verbum נִרְצֵהָ, quod in V. T. praeter hunc locum semel tantummodo, Thren. II, 7. occurrit, ibi respondet verbo נָחַ, unde similem cum eo significatum habere conicere licet, qui neo huic loco ineptus est. Conferri potest

Arabicum ناسى (pro ذوى) *ausugit*, *abhorruit ab aliqua re*. Alexandrinus h. l. ἐκτινάσσειν, in Threnis ἀποτινάσσειν reddidit, Syros utrobique , *rejecit*,

Chal-

Chaldaeus nostro loco **מִשְׁנִי**, *mutavit*, in Threnis **בָּעַט**, *conculcavit*. Hieronymus h. l. *attenuasti pactum servi tui*; in Threnis, ad **מָרַר** referens, *maledixit*. Hebraeorum alii *perdendi*, alii *delestandi* significatum verbo tribuunt. Alias conjecturas vid. in J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 1041. No. 937. **חִלַּח לְאָרֶץ כּוּרָו** *Profanasti ad terram coronam ejus*, violasti dignitatem regiam ejus coronam in solum abjiciendo; **חִלַּח** est verbum praegnans, ut Pf. LXXIV, 7. Ezech. XXVIII, 16. coll. simili Pf. LXXIII, 27. LXXIV, 15.

41. **כָּל-בְּרִוְחֵי** *Diruisti omnes mœcerias ejus*, quibus eum et regnum ejus munieras, cf. Jes. V, 5. Pf. LXXX, 13. Affixum referendum ad *regem*, de quo Vs. 39. **שָׂמָּה מְבַצְרֵי מַחְמָה** *Posuisti munitiones ejus contritiones*, i. e. in ruinas convertisti. Nomen **מַחְמָה** h. l. plerique *terrorem* interpretantur, quam notionem et Jes. LIV, 14. Jerem. XLVIII, 39. LI, 56. habet. Sed quum verbum **חָתָה** non solum *terrere*, verum etiam *confringere* denotet, ut Jes. IX, 3. (coll. Arab. **حَتَّ**, *confricuit*), nomen **מַחְמָה** h. l. magis apte eo, quo nos fecimus, modo transfertur. E veteribus ita Chaldaeus, qui **חֲבִירָא**, *confractioem*, reddidit, atque Syrus: **سَمَّطَ لِمُؤْتَمَرَاتِهِ**, *et diruisti munitiones ejus*.

42. **בְּל-עֲבָרֵי דָרָה** *Diripuerunt eum omnes praetereuntes*. Kimchi: „Verbum **שָׁס** significat **בָּזָה**, *diripuit* [i. q. **שָׁסָה**, Pf. XLIV, 11.], ut Jes. XLII, 24. Postquam sepibus et munimentis non amplius fuit a te protectus, diripuerunt eum omnes.“ **הָיָה חֲרָפָה לְשִׁכְנָיו** *Factus est opprobrium vicinis suis*. Kimchi: „plane e contrario ejus, quod olim omnes vicini Davidi et Salomoni munera venerabundi afferrent, 2 Sam. VIII, 2. 1 Reg. V, 1.“

43. **הָרִימָה יְמִין צִרְיֹו** *Elevasti dextram hostium ejus*, ut ei praevaleant. Est enim *exaltare dextram* figura Hebraea

braea evellere, augere potentiam et robur, ut ἐξ ὑπερτέρας χειρὸς, de validiore manu, feriant et invadant alios succumbentes, ut Graeci loquuntur, et nominant Germani *die Oberhand*. Recte vero monet Kimchi, oppositum hoc esse promisso illi, quod supra Vs. 22. legitur. **לֹא אֶתְּנֶה לְאֹיְבָיו** *Laetitiam creasti omnibus hostibus ejus* cladibus ipsius. Contrarium ejus quod scribitur 1 Paral. XIV, 17., Jovam omnibus gentibus pavorem Israelitarum injecisse.

44. **אֶתְּנֶה לְאֹיְבָיו חֶרֶב** *Imo retrorsum veristi actem gladii ejus*, opponuntur haec superiori promisso Vs. 24. **לֹא הִקְמַחְו בְּמַלְחָמָה** *Nec consistere fecisti eum in bello*. Kimchius: „non dedisti ei animum et vires quibus hostibus suis obistere valeret.“ Alexandrinus hunc Versum haud male sic reddidit: *Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαλαῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντελάβου αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ.*

45. **הִשְׁבַּח מַשְׁהָרוֹ** *Cessare fecisti munditiam, nitorem ejus*, i. e. sustulisti splendorem, decus et majestatem ejus. Literam **ש** in nomine **מַשְׁהָרוֹ** Ahen-Elra et Kimchi pro *heemantica* habent, ut sit nomen forniciae **מַשְׁהָרָה**, **מַשְׁהָרָה**, **מַשְׁהָרָה**, Dagesch vero primae radicali **ש** impositum, sit euphonicum, ut in **מַשְׁהָרָה** Exod. XV, 17. Recte vero observavit Geierus, **ש** illud pro praepositione posse accipi, quod ipsum Alexandrinus fecit (*κατέλυσας ἀπὸ καθαριότητος αὐτοῦ*), ut nomen sit **הִשְׁבַּח**, quod ipsum Exod. XXIV, 10. legitur. Hinc verba nostra reddidit hoc modo: *a munditie ejus cessare fecisti* ipsum, subaudito **הִשְׁבַּח** e contextu. Sed nihil subaudiendum; nam praefixum **ש** vel inservit constructioni verbi **הִשְׁבַּח**, quod pluribus locis ita solet construi, vid. Gen. II, 3. Exod. V, 5. Ezech. XVI, 41., ut explicandum sit: fecisti, ut non amplius superesset splendor ejus (cf. de hac vi particulae **ש** STORRII *Observatt. ad Anal. et Syntax. Hebr.* p. 255. seqq.); vel *πεπλοφρασις* est Accusativi, ut ad literam ita sit reddendum: *cessare fecisti de splendore ejus*, scil. plurimum, i. e. splendorem ejus, sicuti 1 Reg. XII, 9. dicitur: **מִן הַקִּיָּהֵל**

העל *Leva de jugo*, scil. quicumque, i. e. jugum, quod pater tuus nobis imposuit, nec non 1 Reg. XVIII, 5. ולא נכריה מהבהמה *ut non excindamus bestias* (propr. de bestiis scil. tantum non omnes), atque Mich. IV, 2. ויירנו מדרךיו, *ut doceat nos vias suas* (propr. de viis suis scil. aliquid). Cf. similes loquendi formulas Levit. IV, 2. Num. V, 6. 1 Sam. XXIII, 23. Sunt, qui nomine מטהר vel מטהרה *templum* significari putent, vel, quod mundior eo locus non esset, quam denominationis rationem reddit Aben-Esra, qui suffixum ו (templum ejus scil. Davidis) eo refert, quod Davides templi extruendi auctor primus censendus esset, quippe qui aurum et argentum parasset; vel quod in eo mundatio sacrificiis perficeretur, ut sensus sit: amputasti omnem emundandi sui facultatem, ut sublato templo peccatum suum nullis posset sacrificiis eluere; supplicium nullis hostiis, nullis oblationibus redimere, cessare igitur fecisti ac destruxisti templum ejus. Quod ipsum spectavit Chaldaeus, qui verba nostra sic explicavit: בטלה כהנא דמדין על מרבחא ומרבין עמיה *Abolavisti sacerdotes aspergentes in altare, et purificantes populum ejus*. Sed multo rectius Kimchi nostrum השבט מטהרו *his verbis exponit: השבט זכותו ונקיונו וזוהר מלכותו cessare fecisti nitorem munditiamque ejus, atque splendorem regni ejus*. Cui sententiae coacinit alterum hemistichium: וכסאו לארץ מרבחה *et thronum ejus ad terram dejecisti*, verbum מבר, *deturbavit, dejecit*, Chaldaeis magis usitatum, vid. e. c. Efr. VI, 12. et Targum Gen. XLIX, 17. 2 Reg. IX, 33.

46. הקצרת ימי עלימיו *Abbreviasti dies juventutis ejus*, quod non esse de aetate regis Davidis accipiendum, historia docet, quum nequaquam immatura aetate, sed octuagenarius mortuus sit. De regno igitur Davidico interpretandum, post Aben-Esram et Kimchium, quum regnum Judae vix ad maturitatem aliquam perductum, et quasi in ipso flore exstinctum sit, neque enim ad quingentos annos pervenit Davidicae stirpis regnum. Cf. similem

lem locutionem de regno Israëlīs Hof. VII, 9. Alii hoc tō referunt, quod postremorum regum Judae aetas ac vitae spatium exiguum fuit, et exiguo tempore regnarunt: Joachaz tres menses, totidem Joiachin, in quem maxime quadrat hic Versus, non enim tempore solum exiguo regnavit, sed etiam paene puer, cum decem et octo esset annorum, quum regnum cepit: Alexandrinus: ἐσμὴ κρυπὰς τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, ut in Alexandrino codice habetur, et sic etiam Vulgatus: *minorasti dies temporis ejus*. Vaticanus vero codex habet ἡμερῶν αὐτοῦ, quod rectum videtur: nam et ipsi Hebraei עלומי, *juventutem ejus*, intelligunt illud tempus, quo stirps Davidica quasi vixit regni robore potens, et gloriae regiae decor nitens; spatium enim, quo regnavit, quasi adolescentia ejus fuit, ut ait Kimchi. *העטיה עליי בנשה Indui ei fecisti ignominiam, s. pudorem*, ob promissum tuum irritum factum, obruiisti eum frustrationis turpitudine.

47. אֶסְתֵּר *Abcondis te*. „Videris enim tantas exilii nostri calamitates non videre.“ Kimchi. Ante תבשר repetenda est ex praecedente interrogatio ער-מה, *quousque?*
 48. זכר-אני-מה-תלך *Memento quantum ad me attinet*, s. habito ad mio respectu, *quid sit aetas, i. e. cogita, quantula sit vitae humanae duratio*. Cf. Ps. XXXIX, 6. אני est Nominativus absolutus, ita ut fecimus, explicandus, ut Gen. XXIV, 27. Coh. II, 15. Cf. STORRII *Observatt.* p. 270. Vel est אני pro Accusativo capiendum, quasi זכרני positum esset; uti haud raro Pronomen in Casu recto Nominī additum in Casu obliquo est verendum, vid. Gen. IV, 26. X, 21. et ad h. l. not., et GESSENI *Lehrgeb.* p. 728: Alii, post Aben-Efram, accessita interrogatione מה ex sequente membro: *memento, quid, vel qualis ego sim*; coll. Ps. LXX, 2, ubi verbum ita e seqq. adsumendum est. Chaldaeus: *אמר די אנהא memento, quod ego sum e pulvere creatus*. Kimchi: „Loquitur in persona alicujus ex Davidis posteris, qui in exilio positus dicat, se timere, ne mor-

tem obeat, antequam liberationem videret, et ne forte non relinquat post se filium, sicque regnum penitus sit defuturum.“ על-מה-שומ בראת כל-בני-אדם Recordare, *super quo vano*, i. e. quam vane creaveris omnes homines, „quippe ad mortem illos condidisti, et vita eorum mendacium est et vanitas.“ *Kimchi*. Nisi igitur opem tuam festines, in tanta vitae brevitate vix temporis satis suppetit, ad beneficentiam tuam experiendam.

49. Moriendum autem est communiter omnibus; quis enim est inter omnes homines, qui vivunt, qui mortem possit effugere? qui se aut vitam suam adversus sepulchri violentiam tueri, aut huic se eripere possit?

50. Antè נשבעת subaudiendum pronomen relativum, ut Ps. LXXVIII, 6. 8. באמונתך *Per fidem tuam*. Cf. 2 Sam. VII, 15. 16.

51. זכה ארפי חרפה עבריה *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum*, cogita probra, quibus afficiuntur famuli tui, „dum adversarii nostri dictitant, nos incassum salutem sperare,“ ut ait *Kimchius*. Verba שיאתי טזבריה Chaldaeus bene sic reddidit: סזבריה *portavi in sinu meo omnia convitia multorum populorum*, post כל enim repetendam est חרפה ex priori hemistichio. Recte praeterea *Kimchi* monet, hoc dici ab unoquodque exulum. *In sinu meo porto*, id est, intus animo meo devoranda et perfe-renda sunt, animo tolerante et obdurante ad tam gravia mala.

52. אשר חרפו אויביה יהיה *Quia conviciantur inimici tui, Jova!* אשר h. l. *quia*, quem significatum poscit contextus, quum nominativus, *inimici tui*, ponatur, proindeque אשר pronomen esse nequit. Ita vero pro *quia, eo quod*, אשר poni haud raro constat ex Cohel. VIII, 11. 12. 15, VII, 29. Hof. XIV, 4. Ps. VIII, 2. Sunt tamen, qui אשר accipiant in Accusativo, quos, referantque ad עבריה, *servos Dei*, quos hostes ejus contumelias profcindant. Prius tamen, haud dubie praeferen-dum.

dum. In altero hemistichio dubium est, qui dictione עקבו עקבו significetur. Chaldaica translatio ita sonat: *quoniam probro affi-
ciunt tarditatem vestigii pedum uncti tui*, i. e. moram adventus Messiae tui. Cujus interpretationis ratio et sensus clarior reddetur hisce Kimchi verbis: „Quidnam vero opprobrii obijciunt nobis? Moram uncti, s. Messiae tui, quod adeo ejus adventus differatur, unde adserere audent, numquam illum esse venturum. Nomen עקבו *morarum* notionem habet, a verbo עקב, quod Job. XXXVII, 4. *remorandi* significatione occurrit, a nomine עקב, *calc*, quae postrema corporis pars est.“ Concinit Ara-

bum *حقب*, *pone venit*, unde in II. Cojug. *عقب*, et in IV. *أعقب*, *disulit, procrastinavit*. Ita doceret hic locus, fuisse jam vatis nostri aetate regem aliquem e gente Davidica expectatum, qui regni Judaici veterem dignitatem esset reparaturus. Sed quae nomini עקבו tribuitur *morarum* significatio, qua sola sensus ille nititur, perquam est dubia: nam altero loco, quo id nomen occurrit, Ps. LXXVII, 20., manifeste significat idem, quod עקב *calcas, vestigia*. Quare et Aquila, Symmachus et Theodotion unanimi *ἄχνη*, Syrusque *حصب*, *calcaneos ejus*, reddiderunt. Sed et ipsam *vestigiorum* mentionem alii aliter accipiunt. Quidam ita: ridetur et probris petitur Rex tuus, quacunq; ingreditur, coll. Ps. LXXVII, 20. Cant. I, 8. Alii *vestigiorum*, s. *calcium* nomine *posteritatem* putant significari, quae succedens auctori generis regii, et ornamentis familiae, tanquam vestigia ejus hoc modo sequi videri potest, quemadmodum et Jos. VIII, 13. עקב de extremo agmine exercitus intelligunt. Et Arabibus a verbo *عقب*, *pone venit, successit; successor occupavit patris sui locum*, *عقب* notat non solum *calcem pedis*, verum etiam *posteritatem, prolem*. in

in Corano Sur. XLIII, 27. occurrit: **وجعلها كلمة**

باقية في عقبه *statuit hoc, dictum permanens in*

posteris suis. Ita sensus erit talis: ludibriis et contumeliosis infectantur inimici reliquias posteritatis uncti regis tui, quae quidem sententia ceteris omnibus anteponenda fuerit. Alexandrinus quid sibi sua voluerit translatione, difficile est dictu. Ejus verba haec sunt: *ὃ ἀνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ χριστοῦ σου*, quae Vulgatus ita reddidit: *quod exprobraverunt commutationem Christi tui.* Tolerabilem tamen horum explicationem dedit ACELLIUS: „Quod aliqui, inquit, putant esse *commutationem sententiae* et voluntatis, quasi sententiam Deus mutavit Christi mittendi, non admodum recte dicitur: *μεταβολή*; namque diceretur haec *commutatio sententiae*, non *ἀντάλλαγμα*, quod significare hoc loco *retributionem* existimo. Ergo *retributionem Christi* objiciebant illi, quasi meritis Davidis a Deo male relata esset gratia, cum et genus illius et regnum, a quo tam pie, tam munifice cultus esset, excindi permisisset. Hoc igitur opprobrio, quod illi per gentes objiciebatur, velut excitare voluit Deum ad promissa complectenda, et hunc in extrema oratione veluti aculeum insigere. Hoc nobis, inquit, ubique objicitur, hoc exprobratur, quod ei credimus, qui contra fidem jurijurandi, quod Davidi pepigerat, Sedeciam et Jehoiachiam de regno expulit, et semen stirpemque regiam penitus exoidit. Aut retributionem illam regi Sedeciae factam a Chaldaeis intelligit, ut digna merces ejus perfidiae rependeretur, qui contra foedera Chaldaeorum regem deseruisset, quae illi cum risu et cachinno commemorabant. Potest etiam *ἀντάλλαγμα*, seu *commutatio*, quam gentes irridebant, sic intelligi, quod cum Judaei redimendos se a captivitate et liberandos a Messia dicerent, illi risu excipiebant illorum spem, et saepe tanquam probrum ob-

jicabant hanc commutationem Israelitis, quasi stulte sperarent se a suo Messia redimendos.“ Atque uterque quidem, et *retributionis*, et *commutationis*, significatus, Arabicae dialecti firmari possit consensu, nam غَافِبَةٌ est *pensatio*, praemium, cf. אָפֵן, Pf. XIX, 12., et أَعْتَابٌ atque عَوَاقِبٌ *vicissitudinēs rerum* notat. Sed acquiescendum in ea, quam antea probavimus, sententia arbitramur.

53. Δοξολογία, qua tertius Psalmorum liber clauditur, qualis et Pf. XLI, 14. et LXXII, 18. sub primi et secundi libri finem reperitur.

PSALMUS NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Prior carminis pars (Vs. 1 — 11.) humani generis miserias, ac potissimum vitae brevitatem queritur, quae mala ab irato numine ob hominum peccata dicit immissa esse; in altera parte vates primo petit a Deo, ut doceat homines brevitatem vitae suae serio animo reputare, quo ad pietatem et virtutem erudiantur, deinde, ut se erga populum suum placari patiat, quo iisdem, quibus antehac, beneficiis et divinae benevolentiae testimoniis uti ac frui possint. Inscriptio hebraica *Mosi* hoc carmen tribuit; cui si relinquitur, tum sum fecisse hunc Psalmum verisimile fuerit, quando sub finem peregrinationis illius funestissimae quadraginta annorum in deserto videbat minas divinas abunde impletas; maximamque populi partem, quam ex Aegypto eduxerat, e medio sublatam. Cf. Num. XIV. *). Fuerunt tamen, qui hebraicae inscriptionis

*) Ita Chaldaeus: אֲלֹהֵי יִשְׂרָאֵל מֵשֶׁה נִבְיָא דִּי כִּרְיָ כִּרְבִי עָמָא בִּיחַ זְשִׁרְאֵל בְּמִדְבָּרָא עֵבְרִי וְכֵן אָמַר. *Oratio, quam oravit Moses, propheta Iovae; cum peccassent populus domus Israel in deserto, respondit Moses et sic dicit.*

ptionis veritatem in dubium vocarent, inter quos RUDINGERUS, qui, „sicut,“ inquit, „alias multas aliorum Psalmorum inscriptiones alienas esse demonstravimus, neque ab antiquitate prisca, sed posterioribus Judaeis, non satis doctis, ideoque audacioribus, factos esse; ita hunc etiam Psalmum, cum titulum non haberet, ab aliquo incogitantiore Mose inscriptum puto, neque priscam antiquitatem hoc unquam sensitse. Verilimilius multo fuerit, magisque consentaneum, Antiochici temporis Psalmum esse existimare. Qui in vulgari ordine, proximo post LXXXIX. loco, hunc collocavit, is videtur clausulam secutus praecedentis de miseria generis humani et morte vastante genus humanum, cum in hoc tota querela hujus Psalmi consumatur.“ GROTIUS: „Non ab ipso Mose factus, sed ejus rebus animoque conveniens. *Τῆς αὐτοῦ λόγους εἶποι δὲ Μωϋσῆς.*“ Cf. Prolegomm. Vol. I. p. XIII. *).

*) Carminis hujus elegantiam nexumque sententiarum illustravit J. D. MICHAELIS in Nott. ad *Lovthii Praelect. de S. Poesi Hebraeorum*, p. 315. edit. Götting., p. 534. seqq. edit. Lips. Mose hunc Psalmum, cui quae Num. XIV, 26. narrantur, occasionem praebuisse putat ex ipso illius argumento nuperrime vindicare studuit J. H. PAREAU in *Instit. interpretis V. T.* p. 271. „Mosen sibi,“ inquit, „repraesentet (interpret), erectioris mentis animique virum, aetate proVectum, Israelitarum Aegyptiaca servitute oppressorum liberatorem, eorumque legislatorem ac ducem, eundemque magnitudinis divinae sensu plenum, ac popularium saluti unice intentum, qui longe maximam eorum

1. מְלִיכֵי אֱלֹהִים *Viri Dei*, i. e. ministri divini, prophetæ (Deut. XXXIV, 10.), ut Chaldaeus reddidit. Cf. Deut. XXXIII, 1. Jos. XIV, 6. Jud. XIII, 6. 1 Sam. II, 27.

1. מִצְוֶה, *Habitaculum*, h. l. est receptus, habitaculum in periculis, refugium, ut Am. III, 4. Nah. II, 12. Cf.

eorum, quos feliciter ex Aegypto eduxerat, partem sub finem diuturnarum per Arabiae deserta oberrationum immatura morte, perversitatis poena commerita, abreptum videbat, quique omnes, qui adhuc vivebant, eo quo affecti esse debent, modo inducere volebat loquentes. Itaque si in Mosis locum, quo tempore carmen hoc componebat, se quasi totum substituat, idemque cum eo cogitare ac sentire studeat interpres; haec serè ei existeret totius carminis descriptio. Moses continuo Jovam veneratus est, optimum atque unicum in afflictissima conditione refugium, quale ab omni fuerit aevo, atque omni deinceps aevo futurus erit. Hac opportunitate aeternum summi Numinis atque immutabilem durationem perpendens, cui flebilem in modum opposita esset vitae humanae brevis ac miserrima fragilitas, illam descripsit, poeta ipsis montibus, quos conspiceret, antiquissimis istis veluti terrae filiis, multo et anteriorem et stabiliorem in posterum, dum hujus tristem imaginem efferebat herba mane viridis, sed a vento urente ac mortifero antè vesperam subito arefacta. Deinde infansitam vitae hujus conditionem desleivit, iraeque divinae quamvis justae deploravit gravitatem propemodum intolerabilem. At vero, ut Israelitae ex intimo illius irae sensu melius sapere discerent, toto optabat animo, simulque enixis et spei plenissimis precibus petebat, ut Israelitarum misereatur Deus, ut iis denuo propitius laetiora largiretur tempora, quae perpefforum malorum diuturnitatem compensarent, utque brevi instantem promissae regionis occupationem prosperam esse juberet, et omnino fortunatam.⁶⁶

Cf. Deut. XXXIII, 27. מְעַבְרָה אֱלֹהֵי קָדִים *Perfugium est Deus aeternus.* בְּרַרְךָ יְיָ *Per omnes generationes,* a rerum initiis, ex quibus homines esse coeperunt, semper ad Te confugimus, quia tu es ab initio, et ante initia rerum et hominis. Ita jam consequitur, et de hac mentione aeternitatis dependet Versus secundus.

2. Dicturus de humanae vitae brevitate, prius aeternitatem Dei commemorat, ut ex comparatione, quam nostra natura caduca esset appareret. בְּשָׂרָם *In nondum,* i. e. antequam, priusquam, Pf. XXXIX, 14. LVIII, 10. הָרִים *Montium* meminit, ut Aben-Esra notat, quod ii consistunt s. in eadem statione semper manent, ac si aeterni essent, coll. Deut. XXXIII, 15. (הַרְרֵי-קָדִים) et Habac. III, 6. יִלְרְדוּ *Nascerentur,* i. e. existerent, quasi ex terrae utero aut visceribus nati. Cf. similem verbi usum Job. XXXVIII, 28. 29. et similem locum quoad sensum Prov. VIII, 24. 25. Verbum תְּהוֹלֵל (ante quod בְּשָׂרָם, priusquam, repetendum est) Alexandrinus et Chaldaeus passive reddunt (ὡς πλάσθηται, וְאִתְבְּרִינָה, et *creata esset*), quasi Conjugatio Pyl sit, quae exstat Pf. LI, 7. Prov. VIII, 24. 25. Quia tamen verbum per Zere terminatum Conjugationem Piel activam refert, rectius alii in secunda persona masculina transferunt *et antequam formasset terram.* Syrus autem in tertia pers. femin. *et antequam parturiret terra,* scil. quidquam, s. germina sua ex Gen. I, 11. 12., coll. verbo nostro in tertia feminin Prov. XXV, 23. Quomodo Hebraei inter אָרֶץ et הַבַּיִת di- stinguant, dictum est ad Pf. XXIV, 1. מֵעוֹלָם עַד-עוֹלָם אֵל אָמֵן *Jam ab aeterno usque ad aeternum tu es Deus* extitisti ante rerum omnium initia, nec umquam interi- turus es; omnium primus et novissimus; Jes. XLIV, 6. XLVIII, 12. Chaldaeus Versum hunc ita explicavit: אֲחֻלֵי קִרְמָה דְעַמָּה עֲתִידִין לְמַחֵב אֲחֻקְתָּא חֲתוּבָא עַד דְלֵא טוֹרְבָא אֲחֻבְטְלֵהּ וְאִתְבְּרִינָה אֲרַעָא וְיִתְבִי הַבַּיִת וְנִמְן עֲלֵמָא קִדִין עַד עֲלֵמָא דְאִתֵּי אִתְ הוּא *Quum manifestum esset coram te, quod populus peccaturus esset, ordinasti resipiscentiam,*

antequam montes erigerentur, et creata esset terra atque habitatores orbis, atque a seculo hoc usque ad seculum venturum es tu.

3. Tu es aeternus, nos vero mortales et caduici: *אָנָה עַד-עַד-עַד* (אָנָה *Reverti facis hominem ad contritum*, ita ut per mortem in cineres et pulverem redigatur, i. e. tu enim celeriter circumacta fatali vitae conversione, redigis hominem in nihilum. Apte usurpavit vocem אָנָה, quae habet notionem *miseri*; cf. Pf. VIII, 5. אָנָה vulgo pro adjectivo habent, *contritum* significante, quomodo Pf. XXXIV, 19. Deut. XXIII, 2. Jes. LVII, 15. occurrit; unde sic erit transferendum: *ut fiat contritus*; quod Hebraei de senectutia infirmitate intelligunt; alii vero rectius de corporis humani conversione in pulverem et cineres, et in minutissimas partes comminutione. Sed J. D. MICHAELI in *Supplomm.* p. 441. est nomen substan-

tivum ejusdem significationis cum אָנָה, quod *pulverem* notare asserit. Verum non *pulverem* vox illa notat, sed *collam terrae depresso-*rem. Quare vulgaris interpretatio retinenda: Chaldaeus: *אָנָה עַד-עַד-עַד מוֹתָא*, *redigis hominem propter peccatum suum ad mortem*. Graeca Alexandrini interpretatio talis est: *μη ἀποστρέψης ἀνθρώπου εἰς ταπεινώσει*, quod Vulgatus: *ne avertas hominem in humilitatem reddidit*. Nomen אָנָה, sub Versus 3. finem, sed אָנָה lectum, ad hunc Versum traxisse apparet, sensu minime apto. *אָנָה עַד-עַד-עַד* *Et dixisti: revertimini, filii hominum*, i. e. dicis generi hominum: redite in pulverem, e quo producti estis, prout divina habet sententia; Genes. III, 19., atque expressis verbis dicitur Pf. CIV, 29. CXLEVI, 4. Job. X, 9. XXXIV, 15. Alii: *convertimini*, i. e. poenitentiam agite, quo sensu verbum אָנָה Jerem. III, 14. 22. dicitur. Aliqui vero sic haec interpretantur, ut de succellione nascentium haec accipiant, quasi dicatur hoc: et redite in lucem alii, ut significetur vices ortus et interitus. Quia tamen praecedentia ostendunt,

dunt, de brevitate vitae et celeri interitu verba fieri, praefendum duximus prius illud.

4. פִּי אֵלֶיךָ שָׁנִים בְּעֵינֶיךָ כִּיּוֹם אֶחָד מִלִּי בִּי יָעֲבֹר. *Nam mille anni in oculis tuis sicut dies hesternus, quando praeterit, quorum verborum sensus nexusque cum iis, quae praecesserunt, vix alius esse potest, nisi hic: tempore omnino brevissimo hominum vitam concludis, quantacunque etiam sit aetas eorum; nam etiam si mille annos vivendo superet aliquis, mille anni illi, tibi, et aeternitatis tuae aestimatione, sunt instar diei hesternae praeteritae.* מִתְחַשְׁבִּין קָרָמָה בְּעֵינֶיךָ. *Chaldaeus recte* *reputati sunt obram te,* reddidit. Alterum פִּי יָעֲבֹר, *quum, quando,* significat, ut Pf. XXXVII, 24. XLI, 12. *Et sicut vigilia in nocte, i. e. nocturna, loco enim nostri adjectivi Hebraei saepe usurpant substantivum cum praepositione, ut עֲבוֹרָה בַּשָּׂדֶה, opus in agro, i. e. agreste, Exod. I, 14. Sic et Chaldaeus: יָרֵיךְ מַטְוֵה לַיְלִיא. Noctem Hebraei cum antiquiores tum recentiores in vigiliis, i. custodias, משַׁמְרוֹה i. אֲשֶׁמְרוֹה, diviserunt, vid. Exod. XIV, 24, Jud. VII, 19. i Sam. XI, 11. Thren. II, 19. Harum autem utrum apud veteres Hebraeos tantummodo tres, an semper quatuor, quot N. T. scriptores habent (vid. Marc. XIII, 35), numero fuerint, de eo et inter Judaeos et inter Christianos philologos disputatur. Vid. Buxtorffii Lexic. Talmud. s. voc. שָׁמֵר, et J. G. Carpzovii Apparatum Antiqq. Sacr. Hebr. p. 347. Tres tamen vigiliis numerasse priscos, ut singulae ternis horis constarent, verisimile sit ex Jud. VII, 19., ubi medias vigiliae mentio est facta. Pervertunt et intricatum sensum reddunt Aben-Elra et Kimchi, qui hoc Versu verba Dei ad homines, atque suffixum nominis בְּעֵינֶיךָ ad hominem referendum volunt.*

5. יִרְמָסוּם. *Inundas eos i. abripis homines ineluctabili vi mortis, instar nimbi, aut violentae eluvionis, obvia quaeque obruentis et secum abducentis. Praeterfertur aetas hominis, te abripiente, tanquam aquae ruentes in*
ela.

eluvionibus. *Effundendi* significatione verbum יָרַם supra Ps. LXXVII, 18. usurpatum vidimus, atque de *aquarum eluvione* nomen יָרַם Habac. III, 10. dicitur. Cf. similem comparationem vitae humanae brevitatis cum aquis effusis 2 Sam. XIV, 14. Sine necessitate J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 648. ex Arabico *أجرى* *abrupit; rescidit*, transtulit. *refecit eos*. Chaldaeus: *וְאִין לֹא הִיבִין* *Si non resipiscant, adduces super eos mortem.* וְאִין לֹא הִיבִין *Si non resipiscant, adduces super eos mortem.* וְאִין לֹא הִיבִין *Somnus sunt, instar somni, aut insomni evanescent.* Ludere videtur similitudine nominum שָׁנָה, *somnus*, et שָׁנָה, *annus*, q. d. שָׁנָה יִהְיֶה שָׁנָה, *anni sunt somnus.* Alexandrinus prius hoc hemistichium sic reddidit: *τὰ ἐξῆσθενώματα αὐτῶν ἔρη ἔσονται, quae pro nihilo habentur; eorum anni erunt*, ut Vulgatus posuit. Pro וְאִין לֹא הִיבִין Koehlerus (in *Repertor.* P. XVIII. p. 136.) illum וְאִין לֹא הִיבִין, quod significatione Syriaci *אין*, *contemptus est*, acceperit, Agellius vero וְאִין לֹא הִיבִין (Job. XXXIII, 20.) legisse existimat. Alexandrinae interpretationis sensum Agellius hunc facit: „nihil aliud sunt anni, quam res, quas ipsi homines repudiant, ut stomachum facientes; nam cum in senectutem pervenerint, tot malis urgentur, ut plerumque et eos alii abominentur, et ipsi sibi minime placeant.“ *בְּבֹקֶר פָּחַצִיר יִהְיֶה* *Mors instar graminis transit*, i. e. *interit*, scil. homo. *Transeundi* notione verbum יָרַם frequenter occurrere, notum. Alii *mutandi* significatione h. l. accipiunt. Ita Chaldaeus: *הִיךְ עֲסָא* *sicut herba quae succiditur, commutatur.* Quod clarius Kimchi exponit: „non aliter, inquit, ac herba, mutationes experitur homo, ac si diceret, aliquos esse, qui ipso pueritiae tempore moriantur, quemadmodum gramen, quod ante solem exortum et matutino tempore viride est, et succosum, at solis calore superveniente, repente exsiccata flaccescit.“ Sed *mutandi* significationem verbum יָרַם in transitivis tantummodo conjugationibus habet. Alii, adscita notione Arabici

اخلف, nova germina emisit exarescens herba, atque Syriaci افسد, regerminavit, verba nostra hoc modo reddunt: qui tamen mane instar herbae germinabat, aut virescebat. Verum quemadmodum apud Arabes verbum اخلف in quarta duxat conjugatione, et apud Syros in Aphel, ita apud Hebraeos in Hiphil solum regerminandi, renovandique significatum habet; vid. Job. XIV, 7. XXIX, 20. Jes. XL, 31. XLI, 1. Praeterea eum, quem supra fecimus horum verborum sensum, et aptiorem ad rem, et priori hemistichio concinnioerem esse, sponte patet.

6. Graminis instar, inquam, quod paucarum horarum spatio (*mune*) et floret, et perit, vespere autem demessum arescit, humana est vita. Sunt, qui et hoc Versu verbum גרמל germinat, virescit, transferant, quibus accensendus Chaldaeus, qui גרמי, et augetur, s. crescit, reddidit; sed cf. not. ad Vs. 5. גרמי Succidit scil. succidens; i. e. succiditur, verbo activo impersonaliter posito ut 1 Reg. XXII, 38. 2 Reg. XXI, 26. |Pf. LXXII, 2., ubi not. cf.

7. Haec ab ira tua nobis accidunt universa, haec est, quae consumit nos, hujus magnitudine territi deficiimus.

8. Tu enim ante oculos tuos statuis tibi peccata nostra, atque etiam occulta nostra latere non sinis, sed in lacem producis conspectus tui, ut poenis ea afficias. КИМЕНІ: „Vera vocis שׁמ forma esset שׁממ, cum duplici Tau, sicut קממ, sed tertiae radicalis ה syncopé fit, quando aliud ה sequitur. Lectio vero marginalis (*Keri*) verbum exhibet cum ה paragogico, ut שׁמה Pf. VIII, 7. עלמנו Occultum nostrum, scil. delictum, id enim poscit hemistichium prius et in eo facta mentio iniquitatum; eadem significatione nomen Job. XX, 11. occurrit. Alii delicta juventutis nostrae interpretantur, Chaldaeo auctore, qui גרמינו גרמינו reddidit. Verum juventutem nostram (quod proprie volunt nomine illo significari) dictum

etum esse pro *delictis juventutis nostrae*, ut per se minime est probabile, ita nullo alio exemplo firmari potest (vid. contra Pf. XXV, 7.), nec est huic loco satis aptum, utpote quod angustius pro hac sententia foret. Praeterea quum nomina aetatis, ut נעורים, זקונים, sint pluralia tantum, apparet, עלמינו scribendum fuisse, quod ipsum etiam plures codices et a Kennicotto, et a de Rossio collati, exhibent. Sed potest hoc ipsum etiam *abscondita nostra* significare, ut recte transtulit de Rossi. Veterum hujus nominis interpretationes utroque loco, et hoc, et Jobiano, recensuit J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1923.

9. Hisce peccatis nostris ira tua irritata facit, ut tam silius miseri et evanidi, et tam celeriter abeant dies vitae nostrae. Hemistichium posterius Chaldaeus hoc modo reddidit: שְׂצִינָא לִוְמֵי הַיָּמָא הֵיךְ הַבֵּל פּוֹטָא בְּסַחְרָא, *consumimus dies vitae nostrae at halitum oris in hyeme*. Quibus postremis verbis expressit Hebraei הגה sensum, a recentioribus fere neglectum, neque tamen prorsus repudiandum. Bis, praeter hunc locum, nomen illud occurrit, Job. XXXVII, 2.; ubi parum diversam a nomine קול significationem habere, hemistichiorum ibi docet parallelismus, et Ezech. II, 10., ubi *gemitum* notat, quemadmodum et verbum הגה *gemere* significat (vid. Jes. XXXVIII, 14. LIX, 11. Jerem. XLVIII, 31.). Videtur autem hoc ὠνομαστόπολημένον esse, *suspirantis anhelitum* exprimens, unde non ablona conjectura fuerit, הגה primo et proprie *anhelitum*, *halitumque* designare. Alii, nomine הגה eo, quem loco Jobiano habet, significatu accepto sensum faciunt hunc: praeterferuntur et evanescunt vitae nostrae dies sicut verbum emissum in aërem statim dissolvitur, neque revocari amplius potest. Alii, nomini הגה *cogitationis* notionem tribuentes (significat enim verbum הגה praeter alia et *meditari*), sicut *cogitatio* interpretantur. Et dicit etiam Homerus de magna celeritate ὡς ἤπτερον ἤε νόμα. Et in Hymno in Mercurium Vs. 43. ὡς δ' ὄπ' ὄρου




ὡνὸ νόημα διὰ στέρνοιο περήσει ἀνέρος. Atque Theognis juvenutis annos cogitationis instar fugere dicit hoc Versu: ἈΨα γὰρ ὥστε νόημα παρέρχεται ἀγλαος ἤβη. In Alexandrina translatione Versus nostri verba postrema ita redita leguntur: τὰ ἔτη ἡμῶν ὡς ἀράχνη ἐμελέτων, quae Vulgatus anni nostri sicut aranea meditabuntur, interpretatus est. „Lubricus,“ inquit Agellius, „est locus, et, ut puto; in LXX. additione alterius interpretationis obscuratus, nam הַיָּמִים quod ἀράχνην, araneam, transtulerunt; et ἐμελέτων, meditabuntur, ejusdem dictionis Hebraicae sunt interpretationes, et interpretem, qui ἐμελέτων vertit, puto הַיָּמִים legisse; et ἐμελέτων primae personae esse, quod clarius sic transferri posset: anni nostri tanquam si meditarer: itaque seorsim haec duo, et aranea, et meditatio, explicanda sunt, non in eandem sententiam cogenda et confundenda. Ut ergo in significatione meditandi Versum exponamus: anni nostri, inquit, tanquam syllaba et vox una prolata evanuerunt: vel annos nostros seu ego, seu homines omnes, evanescere fecimus, unica meditatione et halitu oris effudimus, qui simul atque emissus ex ore fuerit, dissolvitur; meditatio namque significat tenuem vocis emissionem: praeclare autem non vocem grandem ponere voluit; ut quae longiuscula sit, et aliquantisper in auribus etiam postquam emissa est, infonet; sed meditationem dixit, quae citissime absolvitur, et propter exiguitatem resonare non potest. Altera interpretatio est: quasi aranea, qua nihil tenuius, nihil tabidius. Unde autem araneam ex Hebraeo verterint, non facile perspiciatur, nisi forte הַיָּמִים habuerunt, quod nomen non quidem araneam, sed ἀκρίδα, hoc est, locustam, solent vertere; sed res non multum absimilis.“ In qua sententia Agellius alios vix habuerit secum consentientes. LUDOV. CAPPELLUS in Crit. S. T. II. p. 559. 607. ea verba, quae nunc in Alexandrina translatione leguntur, sic explicat: anni nostri similes sunt telis aranearum, quas meditantur, i. e. texunt. Pro הַיָּמִים Graecum interpretem הַיָּמִים

Tom. IV. Kkkkk legisse

legisse putat, illud אָרַנְיָא vero accepisse pro Chaldaico אַרְנְיָא , *aranaea*. Cui conjecturae recte Buxtorfius in *Anti-Crit.* p. 644. opposuit, אָרַנְיָא pro *aranaea* in nulla dialectorum cum Hebraea cognatarum reperiri. Sed duas unius vocis אַרְנְיָא versiones librariorum incunria in hodierno textu Alexandrinae versionis coaluisse, ut jam Agellius conjicit, Buxtorfius eo confirmat, quod et Syrus interpres, qui et alias saepissime cum Alexandrino convenit, sic reddidit: *et defecerunt anni nostri* אַרְנְיָא , *sicut aranea*. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. L. IV. Cap. XXIII. (T. III. p. 501. ed. Lips.) Graecum interpretem pro אַרְנְיָא , una litera addita, putat legisse אַרְנְיָא ut *aranaea*, quae Arabice سُوَيْ et سُوَيْ vocatur.

10. $\text{יְמֵי-שְׁנוֹתֵינוּ בְּהֵם שְׁבַעִים שָׁנָה}$ *Dies annorum nostrorum*, quod attinet (Nominativus absolutus, ut Ps. XXXV, 13.) *in iis* sunt, vel continentur *septuaginta anni*, $\text{וְיָאֵם בְּבִכּוּרֹת שְׁמוֹנִים שָׁנָה}$, *si autem cum viribus*, i. e. si firmiter aliquanto vivaciorisque naturae est aliquis, *octoginta anni*, quem terminum longissimum vitae fecerunt etiam Pythagorici, ideo primi introduxerunt climacterem novenarium, qui est hujus πυθμηνη seu radix. Dictionem וְרֵבֶם Alexandrinus $\text{καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν}$, *Vulgatus et amplius eorum*, Chaldaeus et Syrus וְרֵבֶם , *et plures* i. e. *maxima pars eorum* reddiderunt, ut sensus sit, horum ipsorum octoginta annorum majorem partem in labore et molestia transigi. Nam quod Hieronymus dicit, sensum ex illa interpretatione esse: quicquid supra octoginta annos fuerit, morbis et infirmitate transigitur, angustius videtur. Illos vero interpretes J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 2239. existimat ita transtulisse ac si וְרֵבֶם idem esset quod רָבֶם , non quidem quod aliter legerint, sed quod ignotum sibi רָבֶם ex רָב interpretati sint. Ipse vero Michaelis ex *festinandi* significatione, quam verbo רָבֶם tribuit, nostrum וְרֵבֶם *festinationem, celerem fugam* annorum

horum interpretatur, i. e. cito praetereuntes et fugientes annos. Melius tamen alii a verbi קָרַב *superbiendi* notione (vid. Jof. III, 5, et nomen cognatum Pf. XL, 5.) dictionem nostram תֹּֽעֲבֹרָה *superbire eorum*, i. e. quod maxime in iis (annis vitae) superbit; et excellentissimum est, interpretantur, ut horum verborum sensus sit talis: quodque in hac vita optimum habetur et praeclarissimum, et de quo maxime superbitur, id labor fuit et dolor. A qua sententia non multum diversus est JARCHI, qui קָרַבָּה explicat amplitudinem et honores; si quos adipiscantur in vitae suae annis, nihil aliud esse quam laborem et molestiam. Minus placet Aben-Esra, de diebus quibus vegetiores sumus atque robusti, sive de adolescentia vocem Hebraeam intelligens. Posteriorum Versus nostri verborum, בְּנֵי-גֹז חַיִּשׁ וְנַעֲפָה, sensum bene expressit Chaldaeus: אַרְוּם עָרִי בְּסִרְהֻבָּא וְטָוּסִין לְצַפְרָא, *nam trans-eunt (anni) cum festinatione et avolant mane*. Verbum גֹּז, cui Hebraei interpretes significationem בְּרִיחָה, *excisionis*, tribuunt ex conjectura, quasi congruat cum גָּז, *refecit, totondit*, explicandum potius est Arabico جاز *transivit*. Sensus est: nos et nostra omnia cito trans-eunt; quasi volatica sint, ita toti subito avolamus. Ex ejusdem verbi arabici *trajiciendi* significatu J. D. MICHAELIS (in *Epimetro* ad Lowthii Praelect. IX, de Poesi S. Hebraeor. p. 199. edit. Götting. p. 502. edit. Lips.) hunc locum sic transferendum censet: *et trajicit festine, et avolamus*, quibus verbis, quum Mosen carminis auctorem haberet, respicere eum putat ad fabulam illam ab Aegyptiis ad multos populos tralatitiam, de mortuorum trans latum mare ad insulas beatorum trajetum. Cujus tamen fabulae ab Hebraeis receptae in V. T. vestigia occurrunt nulla. Docta et solide Michaelisianam hujus loci interpretationem refutavit J. MELCH. FABER in Progr. *Mythologiam Gentilium caute ad sacrorum librorum interpretationem esse adhibendam* (Onoldii, 1785.) p. 16. seqq. Alexandrinus verba nostra hoc modo trans-

tulit: ὅτι ἐπῆλθε πρᾶτης ἐφ' ἡμᾶς, καὶ παιδευθῆσόμεθα, quae Vulgatus quoniam supervenit mansuetudo et corripiemur, reddidit. „Vocem ψῆ,” inquit Agellius, „quum LXX, transtulerint παρῦτης, mansuetudo, videntur ab ηψῆ deduxisse, quod est *silere, quiescere*, quod in senibus, motibus illis vehementioribus languelcentibus, quies et silentium succedat, cum irasci et vehementi indignatione permoveri corporis imbecillitas non sinat. Pro corripiemur in Graeco est παιδευθῆσόμεθα, quod si ad vocem Hebraeam נשׁוּ exquiramus, dicendum fuerat *πετασθῆσόμεθα*, et fortasse etiam LXX. sic verterunt. ἡ Hebraei excisionem interpretantur, ut sensus sit: *quia excelsio properat et avolabimus*; unde Symmachus vertit: *τηθῆντες γὰρ ἀφνω ἐκπετανόμεθα, excisi subito avolamus*, videlicet ex metaphora tonsionis vellerum, quae cum tonsa sunt, nonnumquam vento rapiente avolunt, aut ex metaphora messionis segetum, ut figuram herbarum retineat, quibus vitam hominis comparavit (Vs. 6.): *messio, inquit, repente venit, et tanquam demessae segetes avolamus*.“ Aquilae interpretatio est talis: ὅτι διεπέλασεν ἀνήρ· καὶ ἐπετάσθη. ψῆ, idem quod ψῆ valere existimavit, sensum vero verbi διαπελάσσω ab eo usurpati ignoro. Syrus:  quoniam venit super nos humilitas et abrepti sumus. Eum Alexandrini interpretis πρᾶτης suo  expressisse patet, quod ipsum Syrus N. T. interpretes ad Graecum ταπεινώσις exprimendum adhibere solet. Arabicum خاس (med. ي) deprimendi notionem habet, et in II. Conjug. subegit humilemque reddidit, hincque nomen  moerorem molestiamque animi denotat. Sensus tamen multo concinnior efficitur, si, Chaldaeo praeunte, nomen ψῆ ad verbum ψῆσθαι, *festinare*, referimus. Illud vero pro ψῆ, praepositione omissa, ut saepissime alias, h. l. positum esse, res ipsa docet.

11. Discrepant in dictionis *פִּירְאָהָךְ*, *secundum timorem tui*, sensu desinendo. Plerique illam sic explicant: pro timore te digno, ut sensus sit hic: quis poterit mente assequi irae tuae vim, perinde ut formidabilis tua potentia postulat eam intelligi? Alii sic explicant: quisnam est, qui norit potestatem vindictae tuae, quum *pro timore tuo*, h. e. pro eo atque te timent homines, sic in eos sit ira tua; ut quibus major inest nominis tui timor, in eis, si peccent, asperior et gravior tua ultio defaeviat. Rectius tamen, repetitis subhemistichii posterioris initio vocibus *מִי-יִירֶע*, sententia hujus Versus constituitur talis: Sed quis intelligit hanc vehementiam tanquam irae tuae adversus humanum genus grassantis? quis satis, et ita, ut timor tui, i. e. pietas postulat, eam considerat? Ex qua interpretatione hic Versus cum eo, qui proxime sequitur, aptissime cohaeret. Veteres in alia omnia abeunt. Chaldaeus: *מִן הַהָא דְּרִירַע לְאַחַבָּא עִשְׁבָּנָא רַחֲמֵיךָ אֱלֹהֵי צְדִיקָא דְּרַחֲלִין*. *Quis est qui norit revocare vehementiam irae tuae, nisi iusti, qui te timent, pacatam reddentes iram tuam?* Syrus particulam *ב* ante *פִּירְאָהָךְ* non expressit: *כִּי מִי־יִירֶע לְאַחַבָּא עִשְׁבָּנָא רַחֲמֵיךָ אֱלֹהֵי צְדִיקָא דְּרַחֲלִין*. *quis cognoscit fortitudinem irae tuae, et timorem irae tuae?* Alexandrinus denique, vocabulo *לְמַנְהוּ*, quod proximum Versum inchoat, ad hunc tracto, sic transtulit: *Τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου τοῦ θύμου σου ἐξαρτιμῆσασθαι;* *Quis novit potestatem irae tuae et prae timore tuo iram tuam dinumerare?* ut Vulgatus reddidit. „Sic distinguunt Graeci codd. antiquissimi, sic Apollinarius, sic Augustinus, sic Hieronymus quoque testatur LXX. distinxisse. Sensus est: Quis novit dinumerare iram tuam, quot vicibus illam in nos exercueris, *pro timore tuo*, i. e. ut tuo timori, tuae venerationi, tuae majestati congruebat? q. d. ex his quae saepius passi sumus, et tuam iram experti, didicimus intelligi

effabilem esse tuam potentiam, cum iratus velis de peccatoribus poenas sumere." AGELLIVS.

12. למנוח זמיונו כן הודע. *Numerare dies nostros scil. notum fac* scil. nobis, i. e. doce nos numerare dies nostros sic, quod alii explicant recte et vere, ut sciamus quam exigui sint, alii: sic, ita, scil. eo modo, ut requirit pietas s. timor tui Vs. 11. Sunt, qui למנוח זמיונו reddant pro numero dierum nostrorum, ut integri Versus sententia haec sit: pro brevitae vitae, quam nobis constituisti, sic doce nos, ut sicut illam exiguam esse voluisti, sic nobis cito sapere tribuas. Chaldaeus: לממני יומנא מן דינמני דינמני. *Dinumerare dies nostros quis diriget notum facere? certe propheta, cujus cor scaturit sapientiam.* Sed multo magis sensum Alexandrinus pervertit: τῆς δεξιᾶς σου οὐτως γυνώρισσον, καὶ τοὺς πεπαιδευμένους τῆ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ.

13. יהוה עה-מחי ותפתח על-עבריה. *Converte te Jova,* scil. ab ira tua (שוב מחרון אפה), sicut Exod. XXXII, 12. plene dicitur), ad clementiam redi, et reconciliare nobis, quo usque scil. irasceris? (apostrophe, ut Pf. VI, 4.) *poeniteat te* scil. malorum erga servos tuos, ut Exod. XXXII, 12. ותפתח על-הרעה לעמה. Cf. etiam Deut. XXXII, 36. Jon. III, 10., qui quidem locus Chaldaei interpretis obversatus est menti, Versum nostrum sic reddentis: יר עד אימתי תספפנא ותוב מן בישתא די מללחא למעבר לעברה *Converte te, Jova! quamdiu adfliges nos? a malo, quod dixisti facere servis tuis.* Alexandrinus ותפתח παρακληθητι, *exorabilem te praesta*, seu, ut Vulgatus reddidit, *deprecabilis, esto*, interpretatus est.

14. שבענו בבקר חסדך. *Satia nos mane clementia tua,* maturato exsaturare et explere nos sensu beneficiorum gratiae et benignitatis tuae. *Mane* plerique mature et tempestive, ut Pf. XLVI, 6. CI, 8. CXLIII, 8., explicant; alii vero *mane* significari exillimant tempus illud, quum perfunctis rebus adversis recreamur prospectis, quasi exactis jam aerumnarum tenebris luce redeunte.

Ita

Ita Chaldaeus: *Savia nos bonitate tua* אֲרַחֵם לִי כְּחַיִּים אֲרַחֵם לִי
in secuto quod simile est diluculo, h. e. secundum Jarchium
 et Kimchium, in die salutis, qui est diluculi instar ad
 noctem angustiae. Pro שבִּעֲנֵנו Alexandrinus שבִּעֲנֵנו enun-
 tiavit, nam ἐνεπλήσθημεν, *repleti sumus*, reddidit. „Vi-
 detur autem Praeteritum posuisse pro Coniunctivo, ut
 sensus sit, cum repleti erimus misericordia tua, illico
 exultabimus, et laetabimus.“ AGELLIVS.

15. שְׂמַחְתָּ בְּיָמֵינוּ עַד הַיּוֹם Laetifica nos secundum dies,
quibus adflixisti nos, sicut longo tempore afflixisti nos, ita
 nunc rursus longi temporis felicitate exhilara et bea nos,
 qua miseriarum illud tempus compenses. כַּ אַּנְתֶּךָ יוֹם אֵלֶּיךָ
 mensurae s. vicissitudinis, ut Threu. I, 12.; אַנְתֶּךָ יוֹם
 vero subaudiendum est pronomen relativum, quemadmo-
 in posteriore hemistichio אַנְתֶּךָ יוֹם, ut reddendum sit:
secundum annos, s. pro numero annorum, quibus mala
 sumus experti.

16. אֲרַחֵם לִי - עַבְדֶּיךָ פְּעֻלָּה Ostendatur ad nos vel
 conspicuum fiat nobis servis tuis (ut saepius praecedens
 verbum אֲרַחֵם in passivo cum לִי construitur, vid. Genes.
 XLVIII, 3. Exod. III, 16. IV, 1. 5.) *opus tuum* scil. au-
 xilii (ut Pf. XLIV, 2. XCV, 9.), i. e. ede ad famulos
 tuos evidenter virtutem efficacitatemque potentiae saluta-
 raris tuae. Alexandrinus: καὶ ἰδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου,
 καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα σου, quod Vulgatus, neglecta tamen co-
 pulandi particula, sic reddidit: *respice in servos tuos et*
in opera tua, ad quae Agellius: „Qui ad Hebraeorum
 apices emendare voluit LXX., sustulit de capite Versus
 distinctionem et, quae procul dubio, et quidem recte,
 est in Graeco, quum pro י legerint י [אֲרַחֵם]. Sensus ex
 iis: clementiae tuae obtutu respicias in servos tuos, qui
 sunt tuum opificium.“ אֲרַחֵם לִי - עַבְדֶּיךָ Et gloria tua
 scil. אֲרַחֵם לִי, *conspicua fiat filiis eorum* (servorum tuorum,
 אֲרַחֵם לִי), exhibeat se gloriosa benignitas et beneficentia tua
 tam ipsis, quam posteritati eorum.

17. וְיִהְיֶה נַעַם אֲדָכִי אֱלֹהֵינוּ עָלֵינוּ *Sitque suavitas, benignitas, favor Domini Dei nostri super nobis, benigno suo favore nos prosequatur.* Chaldaeus: וְיִהְיֶה בְּסִימָחָא רְגוּ עָרוּ מִן קָדָם יְיָ עָלֵינוּ *Sit jucunditas horti Eden a Domino super nobis.* וְיַמְעֵשָׂה יְרִיכּוּ כּוֹנְנָה עָלֵינוּ *Et opus manuum nostrarum confirma* s. stabile redde nobis, coeptis nostris adspires, ut exitum quem optamus, nostri conatus habeant. כּוֹנְנָה est Imperativus obsecrans, cum He paragogico, ut Ps. LXXXII, 8. LXXXVI, 2. Chaldaeus: יַעֲזֹבְרֵי יִדְבָּא מִנִּיהָ יִתְקַבְּדוּ *et opera manuum nostrarum ab ipso confirmentur.*

PSALMUS PRIMUS ET
NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Docet vates, quam tutus vivat ab omni malo is, qui se totum firma fiducia Deo credit custodiendum in omnibus omnis generis periculis, et se suaque omnia ei committit et permittit. Aliqui ad pestilentiae Versu sexto mentionem ita accomdant omnia, quasi tempore eo, quo grassata haec fuit in populum, Deo immittente (propter superbam curiositatem Davidis, qui eum numeraverat), et contra eam factus sit Psalmus. Quia vero diserte opponuntur, per totum carmen, fraus, vis; nocturnum, diurnum; tenebrae, meridies; occultum, manifestum; magis haud dubie concinnum, de periculis omnibus omnium in vita temporum, adversus quae universa tuti praesentur, qui sese Deo credant, Psalmum interpretari. Quamvis autem eis, qui certarum calamitatum tempore Psalmum factum existiment, non admodum repugnaverim; tamen, quia etiam sine inquisitione temporis et occasionis, qua scriptum sit, intelligi carmen potest, de his minus

minus laborandum censeo. Ceterum monendum et hoc, personarum enallages esse in hoc Psalmo frequentiores, quam in ullo alio, quae et in unius Versus (veluti 9.) diversis membris variant. J. D. MICHAELIS quidem *) duos per omnem Psalmum sibi respondere choros existimat, alterum Deo confidentium in adversis, alterum hos ad spem erigentium, eorumque admirantium felicitatem. Prior chorus loqui ei videtur Vers. 1. et 2., secundus respondere Vs. 3 — 8., denuo loqui primus in primo Versus noni hemistichio, atque inde usque ad finem Versus 13. secundus, tandem autem Deus interlocutor venire.

1. יושב בְּחַדָּר עֲלִיּוֹן בְּצֵל שְׁרֵי יְהוֹלֶנֶן. *Sedens in abscondito. Altissimi in umbra Omnipotentis pernoctabit*, s. tutus et salvus permanebit, quomodo verbum לָוֶן et Pf. XXV, 13. dicitur. Sensus: qui concredens se fidei et custodiae Dei ita absconditur in latebris praesidii et protectionis ejus, ita tutus est a malis et in periculis vitae omnibus, et quasi in umbra degit omnipotentiae Dei. *Latebris et absconditione*, בְּחַדָּר, protectionem et praesidium significari, saepe vidimus, e. c. Pf. XXVII, 5. XXXI, 21. Lowthij sententiae, verbo יְהוֹלֶנֶן vim tribuentis participii, per ellipsin pronomini relativi אֲשֶׁר, et hinc Versum nostrum, Symmacho auctore, ita transferentis: *qui habitat in secreto*

*) In Nott. ad Lowthii Praelect. XXVI. de S. Hebraeorum Poesi, p. 519. ed. Gotting., S. p. 584. edit. Lips. Lowthus ipse elegantem nostri carminis translationem et explicationem dedit p. 295. edit. Lips.

creto Altissimi, qui in umbram Omnipotentis se recepat; recte opposuit Michaelis, sensum ita prodire imperfectum, nam subjectum, ut ajunt, nos habituros sine praedicatione. Ipse sensum facit in hunc modum: quem in suam tutelam suscepit Deus, ejus curam numquam deponet. Semet in ejus domum admissus, noctu etiam, periculique tempore, hospitio ejus fruatur. *בְּ*, umbram Dei, sub qua pii diversantur, interpretatus sum *hospitium*, ex usu vocis Gen. XIX, 8. Jes. XXXIV, 15. (noctis certe tempore, de quo et Psalmus loquitur et Lotus, non umbram desideraveris, sed hospitia). Noctem periculorum tempus intelligo; noctu nempe et latrones et serae grassantur, ipsaque caligo horrida omnia et periculi plena facit. Cf. Ps. CIV, 20 — 24. Dathius quoque imaginem h. l. depromptam existimat a jure hospitii, quod in Oriente imprimis summae sanctitatis habetur. „Is, qui Deo confidit, sistitur tanquam ab eo hospitio exceptus, a quo propterea defensionem contra omnia pericula tuto possit expectare.“

2. Tales vero qui sumus, nimirum ii sumus, ut certa fiducia sic statuere animis nostris possimus, et sic Jovae dicere audeamus: tu, Jova, es propugnaculum, munitionis et receptus meus, tu es Deus meus, quo nitor. Quae quidem facillima videtur ratio hunc Versum cum eo qui praecessit, apte connectendi. Difficultatis enim aliquid inesse videtur illi *בְּ*, ad Versus initium, quod interpretes bene multi pro Participio Benoni habent, quippe quod loco vocalis terminalis Zere, nonnumquam etiam Patach admittat, ut *בְּ* Participio *בְּ* in primo Versu respondeat, et ita sit transferendum: *dicens*, i. e. dicit, scilicet is, qui sedet in latibulo Altissimi, sive: *is dicit: ad Jovam refugium meum* et quae sequuntur. Ita procul dubio Alexandrinus nostrum *בְּ* accepit, quamvis per tertiam Futuri personam, *בְּ*, reddiderit. Sed recte Aben-Elra et Kimchi *בְּ* primam Futuri personam esse monent, quam forma haec per Patach constanter notat.

notat. Hinc Chaldaeus (qui Davidem hoc Psalmo Salomonem filium alloqui putat, et hunc Vs. 9. respondere): *אמר דוד אימר ליי רחצני* Dixit David: dicam Jovae: *spes mea* etc. Non ignoro, exempla Participii Benoni vocali Patach (loco Zere) terminati adferri אבר, Deut. XXXII, 28., נטע, Pf. XCIV, 9., רנקע, Pf. CXXXVI, 6. Quae tamen nihil faciunt ad rem, quum iis mutationem vocalis Zere in Patach inferat status regiminis (cf. ALTINGII *Fundamm. L. S.* p. 122.), qui hic locum non habet. ל ante יהוה Kimchius h. l. de significare vult, ut Genes. XX, 13. ut transferendum sit: *dico de Jovâ*, nulla necessitate.

3. Ad eum, qui se divinae fidei commisit, sermonem poeta dirigit, et bono animo esse jubet, nam fore, ut ejus beneficio non modo apertis hostibus superiorem reddat, verum etiam inlidantium fraudibus, nam פה שקים, *laqueo aucupis*, insidias indicat... מבר היום a peste casuum, calamitatum, i. e. subito ingruente, vel perniciosissima, solent transferre; Chaldaeus vero ἀσυνδέτως duo illa nomina posita putavit, quae sic reddidit: ממותא, אחרוניותא a morte et tumultu. Nomen דבר, pestis (אבר, *perdidit*), Alexandrinus pro דבר, *verbum*, accepit, nam verba Hebraea τὰ ἀπὸ λόγου παραχάδους, a verbo aspero, ut Vulgatus reddidit, est interpretatus. „Sermone” vero perturbante videtur significare subitam rem et periculosam, aut ejus rei nuntium improvisum, quo perturbati expedire consilium, et in angustiâ salutis rationem inire animo confuso et trepidante non possumus. Symmachus λόγον ἐπηρείας, *verbum insultationis*, Aquila λόγον ἐπιβουλήε, *sermonem insidiosum*, transtulit. A G E L L I U S.

4. Sub pennarum ejus latibulo et perfugio latus accubabis, nihilque pertimesces: באבריו חסה לה יתחת פניו החסה Pennis suis obumbrabit tibi, i. e. ab adversis proteget te, et sub alis ejus refugium habebis, cf. de verbo חסה not. ad Pf. II, 12. Nec solum in te defendendo avis alas expandentis, sed etiam armigeri, scuto praetento aliam

alium protegentis; munere fungetur: *מגן וקנה אמת*, *scutum et clypeus veritas ejus*, veritas fidesque ejus te illi credentem et in eo sperantem tutabitur, ea enim in hoc versatur, ut quem defendendum suscepit, illius fidem ac spem minime frustretur. De nomine *מגן* vid. not. ad Pf. XXXV, 2. *קנה* hoc tantummodo loco occurrens, *clypeum* ambientem et corpus tegentem (coll. Chaldaico *מגן סביב* *circumcirca*, quod Num. I, 50. pro Hebraeo *סביב* est positum), explicant, Chaldaeo interprete auctore, qui *מגן* reddidit, quod *fovti* est nomen, a *rotunditate*, *כנה*, uti videtur. Alii nomine Hebraeo *parmam* volunt notari, in omnes parte facile *circumagendam* aut vertendam, ex, verbi *קנה* *circumendi* significato, vid. Pf. XXXVIII, 11. Alexandrinus *קנה* pro Participio verbi *קנה*, *circumdare*, habuit, reddidit enim, neglecta copulandi particula: *ὄπλω κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ*, hincque Vulgatus: *scuto circumdabit te veritas ejus*. Sed Aquila duo substantiva posuit: *ὡς πανοπλία καὶ περιφορέα ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ*.

5. Jova protegente *היה יחזק לך בלילה*, *non timebis a pavore noctis*; non terrebunt te terribimenta ulla noctium, a *sagitta* quae (ellipsis relativi, ut Pf. XC, 15. al.) *volat interdiu*. Omnino casus omnes indicat, tam qui de nocte, quam qui interdiu eveniunt, vel qui provideri humano etiam consilio et vitari possunt, et qui secus. GROTIUS: „noctū a latronibus; et interdiu ab apertis praeliis.“ Alii propter *pestilentiae* mentionem Vs. 3. et proxime sequi 6., *sagitta* intelligunt terribilem vim veneni pestilentis, et subitam infectionem tempore pestis; quemadmodum peste Graecos invadente Phoebum tela venenata spargere facit Homerus, Iliad I, 45 — 52. Ad pestem Chaldaeus quoque *sagittam* retulit: et enim hunc versum sic transtulit: *אמת וקנה מלאך מות בלילה*, *Non timebis a pavore daemonum noctu ambulantium*, a *sagitta* angeli mortis, quae *volat interdiu*.

6. מדבר באפל יהלך מקטב ישור צהרים. *A peste, quae in caliginē incēdit; ab excidio, quod vastat in meridie,* tutus eris a peste, quae in tenebris, et a lue manifesta, quae in luce meridiana et aprico grassatur. Nomini קטב J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 2181. *cuspidis* notionem adferere studuit, hoc maxime argumento nixus,

quod Arabum قسيبة *cuspidem scopi, quo jactum sagittarius dirigit,* designat. Quod quam leve sit, unusquisque intelliget ipse. Neque vero est, cur receptum *excidii; exitii* significatum repudiemus, cui et etymon favet,

nam Arabibus قطب est *secare,* atque Chaldaeis קטב *caedere* e. c. ligna (Deut. XIX, 5.); et orationis contextus locis, quibus nomen occurrit, omnibus, id est, praeter hunc locum, Deut. XXXII, 24. Jes. XXVIII, 2. Hof. XIII, 14., quo quidem ultimo loco (aliis vocalibus קטב scriptum), plane ut hic, cum דבר, *peste,* jungitur. ישור pro ישור (a שור *irruit, vastavit,* cf. Ps. XVII, 9.), ex forma quiescentium mediae radicalis; ut ירוץ, Jes. XLII, 4. et ירון Proverb. XXIX, 6., sicut etiam בור et ברר significatione conveniunt. J. D. MICHAELIS vero in *Supplem.* p. 2291. nostrum ישור ad verbum שור referendum

opinatur, cui significationem Arabici سان (pro سون) *niger fuit,* in II. Conjug. *denigravit,* tribuit; et quum nomen קטב *cuspidis* significatu accipiat, ut vidimus, posterius hujus Versus hemistichium reddit hoc modo: a *cuspidē* mortis venenata, *quae denigrat meridiem,* i. e. quae tristem facit meridiem, ac tanquam in noctem convertit. Quod aliis vix placuerit. Alexandrinus hunc Versum sic transtulit: ἀπὸ πρᾶγματος διαπορευομένου ἐν σνόρει, ἀπὸ στυπνώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, a *negotio* (i. e. re) *perambulante in tenebris, ab incurſu et daemónio meridiano,* ut Vulgatus reddidit. Graecum interpretem דבר iterum pro דבר, ut Vs. 3., accepisse patet, ישור vero pro ישור (שרים) *daemonia* interpretari solent, Deut.

Dent. XXXII, 17. Pf. CVI, 37.). Suo autem σύμπτωμα, quod pro קטב posuit, Agellius recte monet eum non incursum, ut Vulgatus transtulit, sed morbi genus acutissimo dolore et morfu stimulantis indicare voluisse. Ita et Aquila: ἀπὸ δάγγματος δαίμονιζοντος μεσημβρινοῦ. קטב morsum dictum putavit a secando et caedendo. Symmachus: ἀπὸ συγκρούματος δαιμονιάδους μεσημβρίας, קטב in univ. pro infortunio et casu improviso accepit. Syrus: *לְמַיְמֵי מֵרִידָה* a spiritu daemonis, qui est in meridie. Chaldaeus denique sic integrum versiculum reddidit: מן מותא ירי בקבלא מהלא מטיעא שידיו דמחבלין בטוהרא. *A morte, quae in caligine ambulat, ab agminibus Daemonum qui perdunt in meridie.* Daemones enim, sive Spectra, horis meridianis haud secus ac media nocte oberare credebantur, quod in Orientis terris illa diei tempore ob molestissimum solis aestum homines somno se dare solent. Cf. *das a. u. n. Morgenl.* P. IV. No. 858. p. 99. Cujus interpretationis ratio cognoscitur ex his Kimchii verbis: „Allegoricarum expositionum auctores *pestem caliginis et excidium meridiei* interpretantur de daemonibus mala inferentibus. Verba quoque Versus sequentis de infestatione daemonum dicta esse volunt.“

י. *יָפֵל מֵצָרָהּ אֶלֶף*. Quodsi a latere tuo mille cadant. יָפֵל Cadet chilia dicitur. *אֶלֶף* ἑξήκοντα, per ellipsin particulae conditionalis אֶם (ut Pf. XV, 4. XXXIV, 6. XXXIX, 12.); i. e. cadentibus mille in acie et belli impetu, aut a peste grassante. *מֵצָרָהּ* Chaldaeus recte *אֶלֶף לְמֵימֵי שְׂמָאלָהּ*, מן סטרא שמאלהּ, a latere sinistro tuo reddidit, id quod antithesis sequentis lateris dextri docet. Ita etiam 1 Sam. XX, 25. יָרָא de sinistro latere dicitur: *אֶלֶף לֹא יִבֹּא* Ad te non appropinquabit; לְמַנְקָה, ad nocendum; ut Chaldaeus addit, scil. adverbi quicquam. Kimchi; „In bellis, quibus se mutuis certaminibus conficiunt homines, erit tibi via, qua inter utramque aciem, salvus evadas, dum utrinque quam plurimos cadentes videas. Aut loquitur de

de pestilentia; qua grassante multi homines extinguuntur, ad te vero pestis non perveniet."

8. In malis illis repellendis non laborabis, Dei namque te protegentis hoc munus est; itaque nihil aliud facies, nisi ut spectator adlis, et de tuto loco stragem impiorum et vicem eorum sceleribus repensam adspicias, ut eo magis effugisse te de malis laeteris.

9. „In primo hujus Versus hemistichio interlocutio est hominis illius Deo confidentis, effectum laetae fiduciae egregie exprimens. Sed pergit statim in altero membro eadem illa persona in praedicanda securitate, quam Dei amor et cura suis cultoribus praeflat.“ D A T H E. Cf. Argument. Alii hunc Versum sic exponunt, ut nulla sit in hemistichio secundo nova personae mutatio, sed de Jova adhuc sermo sit: *quia in excelsis collocasti habitaculum tuum.* Ita Chaldaeus: במדור עלאה שדיחא ביה שכינתך *in habitatione excelsa posuisti domicilium majestatis tuae.* Sed recte Alexandrinus: τὸν ὑψιστον θεου καταφύγη σου, et Vulgatus: *Altissimum posuisti refugium tuum.* Alias conjecturas a Lowtho propositas, sed refutatas a Michaelle vid, *de S. Hebraeorum Poesi* Prael. XXVI. p. 519. not. edit. Gotting, p. 584. edit. Lips.

10. לא תאמנה אליה רעה *Non permittetur, ut obveniat ad Te malum.* Verbum אמנה, cujus prima conjugatio tamen non reperitur in V. T., conferendum est cum Arabum

أدنى *advenit tempus, hinc אמנה occurrere, evenire fecit;* sed plerumque non de laetis, sed tristibus ponitur, ut Exod. XXI, 13. Prov. XVII, 21. et h. l., atque nomen derivatum אמנה et אמנה *casus adversus* significat, Jes. XXIX, 1. Thren. II, 5. — לא יקרר פאתה *Et plaga non appropinquabit tabernaculo tuo, i. e. familiae tuae, nam אהל ut Arabum أهلي primo tabernaculum, tum homines, qui ad ascensum domum familiamque pertinent, significat, ut Job. V, 24.*

11. *Nam legatis suis mandabit de te, ut Num. VIII, 20. Secundum omnia, quae צוה mandavit Jovā Mosi ללויים de Levitis.*, Ita ל et Gen. XX, 13. reddendum: אמרי-לי לשמרה, *dic de me, frater meus est.* לשמרה בכל-דרכיך *Ut custodiant te in omnibus viis tuis,* quicquid facies aut suscipies rerum tuarum.

12. Perstitit in metaphora Vs. 11. inchoata: על Super manibus te instar infantium illi, ut nutrices, portabunt, ne offendat in lapide pes tuus. הגוף est intransitive accipiendum, ut Prov. III, 23. הגוף לא תגלה, *pes tuus non offendet.* Alfi transitive: *ne ad lapidem allidas pedem tuum.* Alienum est quod Aben-Esra et Kimchi conferunt Job. V, 23. *Cum lapidibus regionum pactum tuum,* etc. Chaldaeus: על זקפיהון ישלנה דלמא תתקל פוצרא בישא המחיל לאבני רגלה *Fortitudine sua portabunt te, ne impingat in concupiscentia mala, quae est similis lapidibus, pes tuus.*

13. על-שחל נפתח תדרה הרמס כפיר וחנין *Super leonem et aspidem gradieris, conculcabis leonem juvenem e draconem.* Dependet hoc ex eo, quod supra Vs. 11. dixit, fore ut custodiant eum angeli, quacunque ingrediantur; nulla autem esse potest via aut ingressio periculiosior quam super feris valentissimis, laevissimis et venenatissimis ingredi aut pedes ponere. Docet autem haec hyperbolica potentiam praesidii seu protectionis divinae. Ceterum *ingressio* videtur opponi *gestationi*, q. d. et gestabunt te, atque gestando tibi tutam expeditamque viam praestabunt et si ingredieris ipse, praesidio suo haec facient, quantumvis sint magna pericula et occulta et manifesta; si solum, quo ingrediendum tibi, quasi stratum esset leonibus et serpentibus; tamen praesidio Dei et Angelorum super illis ingredieris tutus. Sunt tamen, qui non de ingressione simpliciter, et quasi itinere super his bestiis, sed de conculcatione et victoria adversus hos interpretentur, atque ideo תדרה *conculcandi* verbo expriment, et sic acci-

piendum doceant: non tantum tutus praestaberis praesidio superiorum, sed etiam conculcabis et proteres vim et fraudem omnem, quaecumque tibi intentabitur. Ipsa tamen etiam *ingressionis* interpretatio hoc complecti videtur. Quae enim, subjecta pedibus nostris, calcari se, et vestigiorum nostrorum impressionem patiuntur, ea devicta sunt ita, ut nocere nihil, nobis saltem, possint amplius. רַפְּסִי et הַרְפִּי, quae ceteris omnibus, quibus occurrunt locis, *leonum* sunt nomina, hoc tamen loco Βοχηλιτύς Hieroz. P. II. LIII. Cap. III. (Tom. III. p. 149. edit. Lips.) pro *serpentina* habet nominibus, sine causa idonea, vid. not. nostr. l. c. *Aspidis*, רַפְּסִי, imagine, quidam insidias volunt significari, ut apud veteres Onirocriticos in Suida: "Οφειδὲς σκατεῖν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν λύσει, qui calcatur angues, vitat insultum hostium.

14. Jam Deus loquitur usque ad finem carminis. Fidem et spem in ipso positam, et caritatem, qua pius ipsi adhaerit, esse causam dicit, propter quam eum protegat. Verba Hebraea, רַפְּסִי בִּי פִּי, quoniam mihi adhaesit, Alexandrinus sic reddidit: ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπις, quia in me speravit, unde Cappellus illum רַפְּסִי, pro רַפְּסִי conjicit legisse, illud vero eum accepisse pro רַפְּסִי speravit, confusus est. BUXTORFIUS tamen in *Anti-Crit.* p. 645. seq. Alexandrinum sensum tantummodo paullo liberius expressisse docet: „Amare, inquit, Deum, quid aliud est, quam simul in eum sperare, considerare? Et recte Calvinus monuit, verbum רַפְּסִי, quod amare proprie significat, tantundem hic valere, ac, suaviter recumbere in Deum, ejusque gratia oblectare.“ Chaldaeus: רַפְּסִי בִּי רַפְּסִי בִּי, quia in verbo meo acquiescit. רַפְּסִי בִּי רַפְּסִי בִּי Exaltabo eum, quoniam cognovit nomen meum, i. e. me ipsum (cf. Pf. IX, 11. XX, 2.); quia me novit et colit, tutum eum praestabo. *Exaltatio* h. l. non est honoris et dignitatis, de qua sequens Versus dilerte promittit, sed in editam ac inaccessam munitionem collocatio, ubi tutus sit et praestetur aliquis, ut saepe
alias

alias in Psalmis, veluti LXIX, 30. Quare recte Alexandrinus, et post eum Vulgatus, *σπασάσω αὐτόν*, *protegam eum*.

15. Dependent haec de superioribus, et de mentione, quod noverit et colat nomen Dei. Erit igitur: *quia יקראני ויאענהו invocat me*, ut Deum suum, *ideo exaudiam eum*. *עמו אנכי בצרה*, *Cum eo ego in angustia*, praesto ei ero in periculis et angustiis omnibus.

16. *ארוך ימים אשבועהו ואראהו בישובו* *Longitudines dierum saturabo eum*, et ostendam ei salutem meam, producam ei dies vitae suae, ut exfaturetur vivendo, et exhibebo ei experiendam salutem, qua heo cultores meos.

PSALMUS SECUNDUS ET NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Exhortatur pios ad celebrandam sapientiam divinae providentiae in gubernanda vita et rebus humanis, qua non sinit diuturnam esse felicitatem impiorum, et his everlis durabilem et constantem largitur iis, qui ipso freti sunt, et pie vivunt, quorum etiam senectus sit vegeta. Ita autem agit, ut per ἀντιθέσιν opponat piorum et impiorum eventus, et ex eo sibi et impiis omnibus pollicetur statum florentem, cum impii in ipso flore suo concidant. Tempus et occasio scripti carminis definiri non potest.

1. שיר ליום השבת *Carmen in diem Sabbathi.* Habebant olim singuli septimanae dies destinatos suos Psalmos. Locum ex Tractatu Talmudico קהלים, quo carmina illa recensentur, attulit LUDOV. DE DIEU in *Crit.* S. ad h. l.

2. בון *Bonum*, i. e. par est, celebrari Jovam laudibus nostris. Alii: praeclara res est; vel: jucundum et gratum.

3. Ut

3. Ut mane, vespere, noctu et interdium praedicentur bonitas et benignitas, veritas et fidelitas tua. Sicut nos: *frühe und spät* de iis, quae continuantur.

4. De *עשׂו* et *בבל* vid. not. ad Pf. XXXIII, 2. *הגיון* aliqui significationis non diversae ab *הגיון*, *meditatio*, Pf. XIX, 15, Thren. III, 63, existimant, *meditationem* autem h. l. *carmen* esse, ut ergo *הגיון בכתור* significet *carmen cum cythara*, s. increpando cytharam; carmen, quod ad cytharam accinit poeta. Ita Alexandrinus h. l. *μετ' ᾠδῆς ἐν κηθάρα*, eodemque modo Pf. IX, 17. *הגיון סלה* *אֲשֶׁר דִּיאֲפֶלְמַאֲרוֹס* reddidit. Chaldaeus nostra verba *עלי רננה*, *עלי כנרת* *ad meditationem*, s. cantum *cythararum* transtulit. MICHAELIS in *Supplem.* p. 496, sine ratione nomini *הגיון* *chordae* significationem tribuit; ut verba nostra *super chorda in cythara* sint transferenda. Sed quum *הגיון* medium inter instrumenta musica occupet locum, quum etiam eodem, ut illa, modo ante se habeat praepositionem *עלי*, satius omnino fuerit; pro organi musici nomine illud habere, quae jam Aben-Esrae fuerat sententia. Erit igitur: *ad sonum Higgaiora cum cythara* juncti.

5. *כי שמחתני יהוה בצעלה* *Quia laetificasti me, Jova, operibus tuis*, quia voluptatem et laetitiam mihi creat contemplatio rerum tuarum in gubernandis rebus humanis. Neque enim ad naturae opera, ut multi volunt, referenda haec esse, docet reliqua carminis pars, quae tota in divina iustitia et aequitate celebranda versatur. *במעשי יריה ארצו*; *Exulto in consideratione eorum, quae efficiunt manus tuae*, dum piis et impiis hominibus iusta rependis.

6. Quam eximia sunt et singularia, quae facis, Jova! Sapientia tua est inexhausta; et in abdito posita, ut investigari eorum ratio non possit, sunt consilia providentiae tuae in gubernatione rerum humanarum.

7. Quae genus illud stultum et profanum, humana tantum sapientium, non agnoscit neque intelligit. *איש בער וחסיל*, *Virum stolidum et stultum* vatem nominare eum,

eum, qui providentiae divinae gubernationem non intelligit, orationis contextus docet. Cohaerent autem inter se continente sententia Versus 7, 8, 9., et providentiam ac iudicium Dei celebrant in evertendis impiis, sicut contra sequentes contrarium celebrant, quod conservat florentes pios, atque ita providentiam universi. Jarchius hunc Versum cum seqq. ita connectit: non penetrat hoc vir insipiens, improbos homines, etiam si ad praesens floreat et vigere videantur, tandem perituros, Vs. 8.

8. בַּפְּלִיאַת רִשְׁעִים כְּמוֹ עֵשֶׂב וַיִּצְיָצוּ כָּל פְּעָלֵי אָוֶן לְהַשְׁמָדָם. עֲרִיב עֵר. *Cum efflorescunt impii instar herbae, et cum florent (pro יִצְיָצוּ - ראם) facinorosi homines, florent ut excindantur in perpetuum (ante לְהַשְׁמָדָם repetendum יִצְיָצוּ).* Chaldaeus: וְעַתִּיד דִּישְׁמַדוֹן מִלְּהָא עַר עֲלֵמָא, *et futurum est, ut destruat eos Deus in aeternum.* Sensus: Cum speciose florent impii atque laeto germine luxuriant; minime hoc nomine beati sunt habendi illi, quum et nequaquam diuturnum hoc sit eis, et e florente statu medio suo in aeternum exitium abripiantur. Ideo comparat eos graminum et herbis luxuriantibus quidem, sed brevi etiam arefcentibus, cf. Ps. XXXVII, v. 35. 36. Posteriora verba עֲרִיב עֵר לְהַשְׁמָדָם aliqui sic interpretantur, quasi dicatur hoc: saginari impios bonis hujus vitae, non ut bene eis sit, sed ut mactentur, et fortunari cursum impietatis ipsorum, ut majores poenas sibi acceriant. Sed praefixum ל non causaliter accipi necesse est, verum consecutive solum positum potest esse, ut eventum exprimat fortunae blandientis, quemadmodum Exod. XVII, 3. *Quare eduxisti nos לְהַמִּיתָהּ, ut mors nostra consequatur?* cf. et Num. XXXII, 14.

9. וְאַתָּה מְרוֹם לְעוֹלָם יְהוָה. *Tu vero, Deus excelsus, aeternus es, imperium tuum aeternum, non desinis gubernare res hominum.* Alii sensum faciunt sic, ut haec dependeant a Vs. 7., hoc modo: neque cogitant, te, Deum excelsum aeternum esse, neque desinere gubernare res hominum. מְרוֹם vel adjectivè est accipiendum, ut Je-

rem. XVII, 12., vel pro מְרוֹם אֱלֹהֵי מִיִּי Mich. VI, 6., i. e. qui in excelsis habitas, positum, coll. Jes. XXXIII, 5. LVII, 15. Pf. LXXIII, 8.

10. Itaque aliter fieri non poterit; universos hostes tuos perituros esse, genus impium illud et facinorosum totam dissipabitur et evanescet; confirmat, quod supra Vs. 8. dixerat. יִחַדְּרֻךְ *Dispergentur*, tanquam glumae, a vento disjectae (Pf. I, 4.), evanescant. Chaldaeus: וּמַחְפְּרֵשׁוּן מִן סִיעָהוֹן דְּצִדִיקִיָּא, *et separabuntur a congregatione justorum*, scil. לְעֵלְמָא רְמָחֵי, *in seculo futuro*, ut in priori hemistichio addidit.

11. Jam loquitur poeta, recte monente Kimchio, in persona uniuscujusque piorum: illi interibunt, וְחָרָם בְּרָאִים בְּרָאִים *meum vero cornu exallabis ut orygis*, meum vero robur (חֹזְקִי, ut recte Chaldaeus reddidit) evehes et augebis, ut emineat sicut cornu orygis. רָמָא esse *orygem* veterum, s. *Antilopen Leucorygem* recentiorum; observavimus ad Pf. XXII, 22. Longa habet et acuta cornua, quibus adversarios ferit. De his Oppianus (α Βοσχηατ q. Hieroz. T. II. p. 360. ed. Lips. allatus):

Ὄξειαι κεράων ὄε μετήρορον ἀντέλλουσιν
 Αἰχμαί, κενυδαυαί — — — —

In sublime consurgunt acutis cuspidibus mortifera cornua.

Ad phrasin cf. Pf. LXXV, 5. 6. LXXXIX, 18. 25. —

בְּלִחֵי בְּשֶׁמֶן רֵעֵנִי *Madeo*, s. *humectus sum oleo viridi*, i. e. non marcido aut vetusto, sed mundissimo purissimoque; quasi oleo recenti delibutus, ita recreabor et exhilarabor. Similitudo petita vel inde, quod diebus festis et lactis capita oleo ungere olim solebant (cf. not. ad Pf. XXIII, 5.); vel ab unctione medica, ad confirmandas vires. Verbum בָּלַל Hebraeis tam transitive, quam intransitive s. re-

ciproce usurpatur, quemadmodum Arabum ج و madefecit, rigavit leviter adperso humore, et madidus s. humidus fuit significat. KIMCHI: „Verbum est intransitivum, idemque h. l. significat, ac si esset in Niphal: persuf-

sum sum. Aut si transitivè accipias, *perfudi*, scil. *caput meum*, explicandum erit. J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 180. nostra verba sic explicat: *hunctus sum oleo, virens, petita imagine ab oliiva, succi oleique plena, coll. Pl. LII, 10.* Fuere, qui בְּהִי ad verbum בָּהָה, *vetentescere*, referentes, verba nostra sic transferrent: *veterascere meum*, i. e. senectus mea, *in oleo viridi*, hoc sensu: mea senectus erit non exsanguis, sed viridis et florens vegetaque, nam *oleo succum corporis vitalem*, et *viridis*, רֵעֵקוּ, epitheto vigorem volunt indicari. Ita Alexandrinus: *καὶ τὸ γῆρας μου ἐν ἐλαίῳ πίνου* (nam quod vulgo legitur ἔλαω, mendum esse est) perquam vetustum, quum et Vulgatus habeat: *et senectus mea misericordia pingui*, jam animadvertit D R U S I U S in *Quaest. Hebraic.* L. III. Cap. XIII.); et Symmachus: *καὶ ἡ παλαιότης μου ὡς ἐλαία εὐθαλής.* Sed ad בְּהִי nostrum בְּהִי non patitur Dagesch forte, litterae ה impositum, referre. Atque ad בָּהָה rectè retulit Syrus, etsi alias plerumque Graecorum interpretum vestigia persequutus: *ἔλαω ἐν ἐλαίῳ* et *unxisti me oleo sua- vi.* Chaldaeus: *רְפִיחָה יְהִי בְּמִשְׁחָה רְבוּחָה רְטִיבָה יְהִי עִבְרָה* *unxisti me olea unctionis recentis oleae viridis.*

12. רָחַבַּט עֵינַי בְּשׂוֹרֵי בְּקָמִים עָלַי. *Adspiciet oculus meus in hostes meos, in insurgentes contra me,* oculi mei ex hostibus meis, ex eis, qui mihi insidiantur, voluptatem percipient, adspectando in ipsis ea, quae cupio et expeto. Verba *videndi* cum ב constructa Hebraeis jucunditatem s. voluptatem aliquam indicare, saepius observavimus, e. c. Pl. XXII, 18. XXXV, 21. LIV, 9. Aben-Esra sabaudit: *מֵה שׂוֹרֵי מֵאֵיבֵי בְּקָמֵי נִקְמָה* *vindictam meam ab hostibus meis*; Kimchius vero: *מֵה שׂוֹרֵי מֵאֵיבֵי* *quae optavi.* וְהִי hoc tantummodo loco occurrens, *hostem* denotat, ex verbi וְהִי *insidiosè observandi* significatione, vid. Hof. XIII, 7, et conf. cognatum וְהִי Pl. V, 9. LIV, 7., et ejusdem formae Adjectiva וְהִי, *celer*, Num. XXXII, 17., atque וְהִי, *recedens*, Jerem. XVII, 13. Aliud est וְהִי, *murus*, Genes.

XLIX, 22. Pf. XVIII, 30. Chaldaeus prius hoc hemistichium ita reddidit: *בְּקִימֵי דְמַעֲיָקֵי בְּאִיבְדָּנָא עֵינֵי לֹא יִסְתַּכְּלָה* וְאִסְתַּכְּלָה עֵינֵי בְּאִיבְדָּנָא דְמַעֲיָקֵי בְּקִימֵי *aspicit oculus meus interitum eorum, qui molestiis me afficiunt, atque qui insurgunt contra me ad nocendum.* מְרַעִים הַשְּׂמַעְנָה אָזְנִי *Improbos audient aures meae*, i. e. audient suavia auditu nuncia de malevolentibus et malefacientibus mihi. Chaldaeus: קָל חֲבִירָהוּן שְׁמַעֵן אִזְנֵי קָל חֲבִירָהוּן *audiunt aures meae vocem confectionis eorum.*

13. צִדִּיק כְּתָמָר יִפְרָח *Pius ut palma florebit, f. germinabit*, i. e. vel ab imis radicibus, ut palmae succifae, regerminabunt pii, ut aliqui faciunt; vel potius germinatione constanti et durante, ut opponatur germinantibus et virentibus herbis (Vs. 8.), quarum fluxa est, et nequaquam diuturna viriditas, palmarum vero contra. Ita Aben-Elraa: עֵינֵי לֹא יִסְתַּכְּלָה עֵינֵי לֹא יִסְתַּכְּלָה עֵינֵי לֹא יִסְתַּכְּלָה *pius similis est palmae, quae persistit plurimos annos.* Cui expositioni favent, quae sequuntur Vs. 15. De palmae longaevitae multa ex antiquioribus et recentioribus scriptoribus congeffit C. B. L. S. I. U. S. in *Hierobot. P. II. p. 335. seqq.* כְּתָמָר יִפְרָח בְּאִיבְדָּנָא יִפְרָח בְּאִיבְדָּנָא יִפְרָח *Sicut cedrus in Libano crescit f. augetur*, cedrus arbor procera, quae longe lateque ramos extendit, cf. not. ad Pf. XXIX, 5. 6. Chaldaeus Versum nostrum sic explicavit: צִדִּיקָא דִּיהָ טַהֲרָא יִלְבַּלַּכ פְּרִין דִּיהָ צִדִּיקָא דִּיהָ טַהֲרָא יִלְבַּלַּכ פְּרִין דִּיהָ *Iustus sicut palma germinat f. producit fructus* (alii legunt פְּרִין, *germinat, ramos*), *sicut cedrus in Libano augetur et radices agit.* „Utramque autem arborem, *palma* et *cedrum*, conjunxit, ut ad felicitatem designandam satis esset. Utraque arbor quidem diuturna est, utraque semper floret, sed palma fructifera est, cedrus infructifera; rursus haec ramis abundans, illa non item. Ergo florentis probi pulchritudinem et suavitatem palmae comparavit, generis et stirpis propagationem cedro Libani.“ A. G. E. L. L. I. U. S.

14. Quae consuevit adstant in domo Jovae, in atrio Dei nostri, eae stirpes florebut semper. Quos praecedente Versu *pios* vocavit plane, hos nunc *stirpes* nominat

confitas in domo Dei, i. e. confortes, templi ejus, et membra populi ejus. Hi, inquit, florent semper, numquam marcescunt.

15. Etiam ubi confenuerint, tamen adhuc germinabunt, succidi erunt, et vigeant floridi. יִנְבֹּנִין *Proventum habebunt*, scil. plantati in domo Dei, Vs. 14. Chaldaeus: תִּבְּרַב בְּמִתְרַחֲוֹן יַעֲבִדִין בְּיַד בְּשִׁיבֵי דְהַיְיָנִין, *Iterum ut patres eorum, procreabunt filios in senectute*. J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1610. adhibita significatione Arabici نَاب (pro نوب) *in orbem, per vices ire, redire*, verba nostra ita vult reddi: *adhuc redibunt*, i. e. resflorescent *in senectute*, petita ab arbore imagine, quae per hiemem moribunda vere revirescit. Sed retinenda est quae verbo נָב vulgo tribuitur, *proveniendi, fructum proferendi* significatio, reliquis, quibus occurrit locis, Ps. LXII, 11; Prov. X, 31. Zach. IX, 17. aptissima, atque certa ex nominibus ab illo derivatis תְּנוּבָה et נִיב, quae de *proventu* agrorum, *fructibusque* dicit, nemo facile in dubium vocaverit; vid. Deut. XXXII, 13. Ezech. XXXVI, 30. Mal. I, 12., Et Arabibus نَاب (pro نَاب) in Conjug. II. praeter alia significat: *stirpem caulemve exeruit planta*. Quae vero plantae fructusque producunt, eas succi plenas esse apparet, quod ipsum h. l. significatur, quum additum sit רִשְׁנִים, *pingues*, i. e. succulenti, non maroidi, cf. Ps. XXII, 30. XXXVI, 9. Jes. XXX, 23. Pro רִשְׁנִים Alexandrinus εὐπαθοῦντες posuit, quod Vulgatus *bene patientes* reddidit, id est, ut Agellius explicat, „valentes, robusti, εὐπαθεῖν enim, ut auctor Graecus exposuit, est σφοδρῶν, ἀνυλάξεν, *valentem esse, vigere*.“

16. Vigor ille etiam propterea conservatur eis, ut testimonium dicant, quum in aetate longa hoc experti sint, quod Jova, *petra mea*, rectus sit, et nihil sit in ipso injustitiae, quae deserat bonos, et beet impios; id enim indicatur h. l. nomine עֲלִיחָה, sive, ut in margine notatur legendum esse, עֲלִיחָה, eadem significatione.

PSALMUS TERTIUS ET NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Celebratur Deus Jova ut rex et defensor terrae suae, qui non patitur, neque passurus sit, opprimi templum suum et veros consortes ejus, sed conservet hoc sanctum et inviolabile perpetuo. Num Davidicus sit, post regnum recuperatum compositus, an ad Maccabaeorum aetatem referendus, sacris per Judam Maccabaëum restitutis, haud facile definiri potest.

1. יהוה מלך באמה לבש 1. *Jova regnat, majestatem, i. gloriam induit, exornatus est ornatu regali magnifice, majestas et gloria totum eum occupant; cf. Ps. CIV, 1. Aben-Esra לבש observat esse Praeteritum formae יהיא et אהב. — לבש יהוה Indutus est Jova majestate; anadiplosis, ut Vs. 3. Aut, ex Aben-Esrae sententia, sequens עו, quod per accentus cum sequenti verbo cohaeret, etiam cum hoc postro est construendum; quemadmodum Jes. LI, 9: עו התאמר לבש ירעו יהוה indue robur brachii, Jova! Fortitudine accinxit se ad oppugnandos delendosque hostes suos: אף-תבון חבל בל-חמוט Etiam stabilis erit orbis, nec movebitur. Jarchi: „Dum Jova regnabit, laetabitur terra, adversus impetum fluctuum (Vs. 3.) ab eo firmata.“*

Alii haec cum praecedentibus connectunt, hoc modo: armatus est Jova totus robore et potentia ea, qua orbem terrarum firmavit, ita ut loco non moveatur; non autem loco movetur terra, quamdiu durat, Ita יָסֵדֵן erit ἐναλλαγῆ futuri pro praeterito.

2. Ab omni aeternitate conditum est solium tuum, et manet firmum perpetuo, sicut tu es aeternus, expers originis et finis. יָסֵדֵן, *Ex tunc*, i. e. ab aeterno, nam quia *tunc* nullum certum tempus definit, ideo positum *ex tunc*, pro, *ab aeterno*, cf. Proverb. XVIII, 22., et D R U S I I *Observatt.* L. VI. Cap. XVIII.

3. Murrura aquarum horribilia sunt, flumina ruunt impetu vehementi cum fremitu. Significatur potentia impetusque horribilis hostium, ut saepe alias exercitus numerosi, omnia instar fluvii inundantes, fluminibus comparantur, veluti Jes. VIII, 7. 8. XVII, 12. 13. Jer. XLVI, 7. 8. Simili imagine ad adumbrandum irruentem Graecorum exercitum usus est VIRGILIUS *Aeneid.* II, 494. seqq. „כִּי אֶפְאַֿז לֵעָדֹמֶיךָ obscurius, de quo valde dissentiant interpretes, Conjicere si velis, *sonum inter murrurque labentium fluminum*, et *fluctus ambigere possis*: etymon si quaeras, vicerint sine dubio *fluctus*, nempe *tundentes se invicem* ac tanquam *colluctantes*, ab Arab. كَو pro كَو, *tundere*, *trudere*, unde in VI. كَو كَو truserunt, *compresseruntque se invicem*. Quinque codd. Kennicottiani וְכִיִּים vel וְכִיִּים habent, sed id eodem redit, nam et כָּוֵן est *tundere*, Num. XI, 8., Arabibusque in VI. *colluctari*, unde et كَو كَو pugna.“ J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 441., qui et veterum interpretum commenta recensuit atque pensitavit.

4. Quantumvis vero vehementer fremant et ruant aquarum et fluctuum i. e. hostium (cf. Vs. 3.) impetus horribiles, superat tamen longe vim et robur horum omne, potentia Dei excelli, Jovae, quae longe est
ma-

major et terribilior. Praefixum כָּ ante קָלוֹהּ, quod et ante מַשְׁבְּרֵי-יָם est repetendum, h. l. *prae* est reddendum, et comparationem infert: *prae vocibus aquarum multarum et validarum, prae fluctibus maris, validus est in excelso Jova.* Geierus praefixum כָּ h. l. pro causali *propter* habet, verba vero מַשְׁבְּרֵי-יָם אֲדִירִים in Nominativo accipit: *validi sunt fluctus maris, unde sensus prodit hic: fluctus marini sunt tremendi, et quidem ob sonos aquarum validissimarum, tanta ventorum, vi collisarum. Minua id quidem commode; nec enim propter strepitum aquarum fiunt fluctus, sed, inverso ordine, propter fluctus fit strepitus.*

5. עֲרִיחָהּ נֶאֱמַנָה מֵאֵר. *Testimonia tua fida sunt valde, i. e. quae testaris verbis tuis, quae promittis, ea verissima sunt omnia; neque fallunt aut frustrantur unquam.* יְהוָה לֹאֲרָהּ יָמִים לְבִיחָהּ נֶאֱמַר-קִדְשׁ יְהוָה לֹאֲרָהּ יָמִים *Domui tuae decet sanctitas, Jova, in longitudinem dierum, domum tuam et populum tuum violare nemo impune debet, ullis seculis, itaque speramus fore, ut deinceps arceas ab illa violationem et profanationem omnem, ut integra conservetur perpetuo.* קִדְשׁ, *sanctum, h. l. inviolatum et intactum significat, et quod violari non debet.*

PSALMUS QUARTUS ET NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Sunt preces ardentes, ut Deus tandem justissimam vindictam suam exerat adversus eos, qui populum ejus tam impie, crudeliter, insolenter persequantur, et jus, et justitiam omnem tollant et pervertant, de quo et miserabiliter queritur: refutat simul profanos et minatur eis iram Dei; se vero et alios hortatur ad toleranter expectandam ultionem Dei, quam invocat, et certo istis impendere prædicit. Qua ipsa nixus expectatione, tum etiam commentatione opis perpetuae divinae, quam expertus sit, et se et populum confirmat (de se enim uno loquitur, cum populi causam simul agat), inprimis vero justitiae Dei, qui sic judicet, ut non patiatur esse impunita facinora insolentis et crudelis impietatis.

„Hunc etiam (ait RUDINGERUS) *ἀντιοχειακὸν* Psalmum Graecorum liber Davidi adscribit, et rectè, ut opinor: nam etsi ad Antiochicum etiam tempus referri potest, ut qui contra vim regis et populos illius factus videatur; magis ta-
men

men consentaneum est, de Davidis exilio, quod exulavit tempore Abfalonico, Psalmum interpretari, ut accuset consilium et iudices illius temporis, Achitophelē et gregales ejus, sicut Psalmus LXXXII., quem hic peculiariter retexit et exaggerat: nam contra externorum facinora non esse factum, res satis ostendit, sed contra domestica et intestina populi Judaici. Multo minus commode aut verisimiliter alii Saulico et Ithobethico tempori carmen accommodant. Sed quo minus omnino Davidem, aut alium quendam singularem hominem hoc Psalmo de suis miseriis conqueri statramus, vetant Versus 5. et 14., qui populum universum ab improbis vexatum et adflictum sistunt; et describitur grassatio impiorum violenta et publica, usque ad neces et caedes, nulla status, sexus et aetatis habita ratione (Vs. 5. 6.): Infligi haec vulnera populo a magistratibus iniquis et tyrannicis, haud obscure innuit Vs. 20. Pati denique haec omnia populum religionis et pietatis causa colligi potest ex *populi haereditatisque Dei*, et *justorum* atque *sanguinis innocui* titulis, quibus adflicti et vexati passim insigniuntur. Quae omnia apprimē congruunt diris et funestis cladibus, quas Antiochi Epiphaniis saeva impiaque tyrannis populo Judaico attulit *). Babylonici exilii miseris

*) VERNER tempus editi hujus Psalmi fixit mox post obitum Judae, in praelio cum Bacchide, duce Sy-

riis, de quibus forsitan cogitare aliquis possit, Psalmus minus convenire videtur. Neque enim dispersi aut deportati populi ullum in eo indicium apparet, neque Chaldaei religionis causa populum Judaicam oppresserunt et everterunt.

1. אֱלֹהֵי נַקְמָה *Deus ultionum*, i. e. ut Syrus reddidit, אֱלֹהֵי נַקְמָה וְיָדֵי נַקְמָה, *Deus ultor*, vindex et punitor omnis impietatis. Chaldaeus: אֱלֹהֵי מְרִי פִירְעָנְתָּא, *Deus, dominus ultionis*. אֲדַפְּלֵךְ *Adfulge*, praebe te conspicendum, specie illustri, exere atque ostende justitiam et potentiam tuam. Est Imperativus, ut Ps. LXXX, 2. Sed Alexandrinus pro Praeterito (ut Dent. XXXIII, 2. Ps. L, 2.) accepit, et ἐπαρρησιασατο transtulit, quod Vulgatus libere egit reddidit, id est, tanquam severus justusque iudex scelestorum occulta crimina detexit, et in apertum pro-

Syrorum; gloriose occisi (1 Macc. IX.), hoc potissimum argumento motus, quod initium carminis dicat, Deum jam tanquam vindicem populi sui se coepisse ostendere. „Quae optime,“ inquit, „in signata tempora conveniunt. Quemadmodum enim Jova populum per Judam vindicare adgressus erat, et plenissimae liberationis spem prudentibus fecerat; ita, Juda mortuo, totum illud opus videbatur interruptam, et effectum cariturum: quare Deus denuo erat quasi precibus et votis excitandus; ut, sicut tanquam vindex effulserat, ita pergeret, et ad finem produceret vindictam.“ Sed quod Venemae אֲדַפְּלֵךְ Vs. i., quod, uti אֲדַפְּלֵךְ Vs. 2. Imperativum esse vix est dubium, pro Praeterito capit et Versum primum ita vertit: *Deus ultionum Jehova, Deus ultionum adparuit illustris*, initium carminis affectibus pleni facit admodum languidum. Illa verb-interpretatione non admissa concidit unicum argumentum, quo Venemae sententia de tempore editi Psalmi nititur.

protulit, reosque convicit. Hebraei ad modum orantis accipiunt: *appare*, manifestare, tanquam sol exoriente, detege impiorum scelera, unde Aquila reddit *ἐπιφάνηθι*, *appare*. AGEELLIUS.

2. אֶפְרָה *Effer te*, exurge, de consensu ad tribunal interpretandum, quae editiora esse solent, q. d. conscende tribunal sublimis tui, et repende superbis et violentis illis quod meretur superbia ipsorum,

3. Quamdiu permittes, ut impii tam sint elati et inflati, et ita se efferant, atque exsultent tam insolenter rebus secundis suis? Ultima hujus Versus verba Chaldaeus sic reddidit: *quousque mali בְּשִׁלְחָהּ רָחֵם רָחֵם יִשְׂרָאֵל sedebunt in tranquillitate?*

4. Videtur hic Versus interpretandus esse sic, ut dependeat de interrogante particula עַד-כִּי *quousque*, in praeced. Vs., hoc modo: quamdiu feres protervas et praefractos vocēs crepare coetus illos impios et facinorosos? Alii tamen ut narrationem simplicem hunc etiam Versum interpretantur, ut sit sicut sequens 5. et 6. אֶפְרָה *Eruclant*, ex imo pectore tanquam redundantia ex jugi fonte verba proferunt, non sine timore quodam et sono vocis. Cf. not. ad Ps. XLV, 2., et usum hujus verbi Ps. XIX, 3. LIX, 8. אֶפְרָה *Durum*, s. collective *dura*, petulantēs et fastuosos sermonēs indicat, et simul in pronuntiando adversus bonos poterviam. Chaldaeus: אֶפְרָה, *contumelias*, posuit, ut Ps. XXXI, 19.; ad quem loc. cf. not. Verbum אֶפְרָה Alexandrinus et Vulgatus simpliciter *loquuntur* reddunt, Chaldaeus vero: אֶפְרָה אֶפְרָה *loquuntur verba ignominiae*. Proprie videtur notare, *se ipsos vel de se ipsis dicunt*, gloriantur de facinoribus suis. Hinc Jarchi אֶפְרָה, Kimchi אֶפְרָה, *efferrunt se*, exponit; sed verbum deductum esse dicit ab אֶפְרָה, *qui summus est in arbore ramus*, Jes. XVII, 6, 9. q. d. *efferrunt sese instar rami altissimi*. A. SCHULTENS in *Animadverss. philologg.* ad h. l. explicat: *ut Emiri se ge-*
Tom. IV. M m m m m

runt (ab Arab. *قاسم*), imperant, quemadmodum *قاسم* et ipsi Arabum philologi *قاسم*, dominatus est, interpretantur. *לל* etiam multitudinem et copiam significat, ideoque coetus facinorosorum videntur intelligendi.

5. Populum tuum opprimunt, et alligunt graviter peculium terrae tuae.

6. *אלמנה וגר יתרגו* Viduas et hospites interficiunt tam iudiciorum, quam violentiae injuriis, hospites autem etiam in terra Israelis non minus, quam Israelitas; neutris enim pepercerunt magistratus illi.

7. Atque insuper dicere audent: Deus non videt haec; Deus Jacobicus non curat, neque scit, quid a nobis geratur.

8. At in vobis ipsis nihil est mentis et intelligentiae, qui haec dicitis. Audite ergo, doceri vos finite. *בְּעֵרִים*, *Brutos*, et *בְּסִילִים*, *stultos* vocat, qui rem omnibus ad intelligendum propositam, et indiciiis tam certis exploratam, sua ipsi cupiditate ac furore coecati non intelligant, Deum omnia videre et intelligere. *בְּעֵרִים בְּעַם* *Bruti in populo*, i. e. quibus in populo nullus est insipientior; stultissimi hominum, quomodo saepius exprimitur superlativus gradus, veluti Jos. IV, 15., similis constructio Jud. V, 9., Proverb. XXX, 30. Vid. GLASSII *Philol. S. P. L.* p. 41. ed. Dath.

9. An qui aurem condidit nihil audiet? qui oculos finxit; non cernet? Num credibile est, auctorem horum ipsum carere sensibus iis, quos indidit aliis? *הַנִּטֵּעַ* *Num plantans*, similis forma Participii constructi est Pf. CXXXVI.

6. Chaldaeus praemittit *הַאֲפִשׁ*, *num possibile est*, ut qui aurem condidit etc. Repetitur vero *ה* interrogativum ante *לל*, ut Vs. 10. Particulam *תא* conditionaliter pro *si* quidam h. l. accipiunt, male; nam *interrogative* significat, quoties *He interrogativo* succedit, ut Pf. LXXVII, 10. LXXVIII, 20. Job. VI, 5.

10. *הִיטֵר גוֹיִם הֲלֵא יוֹסִיף* *An qui castigat gentes, nonne arguet, vos profanos et violentos? An putatis*

impunitam permittarum in vobis aliquid eum, qui omnium populorum totius orbis facinora ulciscitur et poenis persequitur? Aut nihil intelligere eum, המלמד אדם רעה, qui docet hominem scientiam (apostropelis, qualis Pf. VI, 4. 2 Sam. V, 8. coll. 1 Paral. XI, 6.), qui solus docet homines sapere, a quo venit omnis intelligentia et sapientia. Aliqui haec non tam de intelligendo, quam cognoscendo et sciendo interpretantur, et quod nihil fiat, quod ipse nesciat. Sed illud est copiosioris sententiae, et praecedentibus congruentius.

11. Imo omnes etiam motus cordis humani introspicit et novit Jova, nullae cogitationes hominum latent eum. Neque novit tantum has, sed vanas et inanes esse novit universas, et nihil posse prorsus. Alii verba כִּי־הָמָה הַבֵּל sic capiunt: quod ipsi scilicet homines (est enim pronomen masculini generis) vanitas (cf. Ps. XXXIX, 6. 12. LXII, 10.); hac sententia: Deum non modo hominum cogitata nosse, sed etiam ipsum hominem vanum esse scire, qui saepe numero ea verset animo, quorum perficiendorum ille potestas adempta sit.

12. Beatus, quem tu castigas et instituis, quem tu doces intelligere sapientiam administrationis et providentiae tuae, id enim ה. ל. significari nomine הַדְרָתְךָ, legis tuae, colligi potest ex iis, quae proxime sequuntur.

13. לְהַשְׁקִיט לוֹ מִיָּמֵי רַע עַד יִבְרָה לְרַשָּׁע שָׁחָה Ad quietem dandum ei, i. e. ut quietem ei concedas a diebus mali, donec fodiat impius fovea. Sensus nexusque cum iis quae praecesserunt: beatus, quem tu docuisti, ut instructus a te scientia sanctorum sciat toleranter ferre miseras calamitosi temporis, et discat agnoscere, non esse perpetuas castigationes tuas, sed expectet placide animoque tranquillo, donec poenae merita et destinata impios apprehendant et abripiant. לְהַשְׁקִיט Alexandrinus τοῦ κραῖναι αὐτῷ, et Vulgatus ut mitiges ei, reddidit, i. e. ut, cum res adversae undique tanquam venti et tempestates perstrepuunt, illum summa animi quiete confert.

ves. שֹׁחַה, *foveam*, aliqui in genere interpretantur de insidiis, quibus capiatur poenis destinatus; haud scio tamen, an de *sepulchri fovea* interpretari sit commodius, quum *mors* etiam, et in medio quidem flore aetatis aut in mediis conatibus facinorum, sit una ex poenis destinata impietati, ut docetur Pf. XLV, 15. L, 24.

14. Neque enim unquam Deus negliget suos, numquam ille prodet peculium suum, et populum eum, quem habet proprium et suum.

15. Explicat et confirmat, quod Vs. 14. dixerat: כִּי-עַר-צַדִּיק יָשׁוּב מִשֹּׁפֵט. *Quia ad iustitiam revertetur iudicium*, i. e. iudicium tandem iustum et rectum fiet, ut recreentur sancti, erepti violentiae, et puniantur tollanturque impii. וְאַחֲרָיו *Et post illud* scil. iustum iudicium, quod proxime praecedit. Alii, ut Aben-Esra et Kimchi: *et post illam*, iustitiam. Imo alii: *post Deum*, ex Vs. 14., sed sine necessitate. Subaudiendum est verbum substantivum יִהְיוּ, *erunt*, ut 1 Sam. XII, 14. 2 Sam. II, 10., וְלִכְרֵי, *ibunt*, ut 1 Reg. XIV, 8., h. e. illi adhaerebunt, idque sequentur et collaudabunt כָּל-יִשְׂרָאֵל *omnes recti corde*, vid. Pf. VII, 11. XI, 2. XXXII, 11. Sensus: suo tempore iusta iudicia exercebuntur approbantibus bonis et piis omnibus.

16. מִי-יָקוּם לִי *Quis consurget mihi*, i. e. ut adsit mihi, est enim קוּם verbum praegnans, ut Genes. IV, 8. Exod. II, 17. 2 Sam. XXIII, 10. לִי alii *pro me* reddunt, ut Exod. XIV, 15. Jud. VI, 31. עִם-מְרֹעִים *Cum improbis*, i. e. mihi, s. pro me, cui cum improbis certandum est. Chaldaeus: מִן יָקוּם לִי לְאַחֲרָא קְרָבָא עִם מְרֹעִין *quis assurget mihi ad gerendum bellum cum sceleratis?* Cf. similem phrasin Pf. LV, 19.

17. Respondet jam sibi ipsi vates ad exclamatoriam interrogationem Vs. 16. Nisi Deus adesset mihi ope sua, jam sane, amissa vita, aggregatus jacerem mortuis. כִּמְעַט *Parum absuisset*, quin habitaret in *silentio anima mea*, i. e. jacerem גַּמָּן, silens inter mortuos.

hi enim silent et quiescunt, nihil est motus in his, nihil soni aut vocis. Latini poetae de mortuis eadem figura utuntur, et sunt *silentes umbrae* Virgilio, et *silentium consilium*.

18. Quando enim jamjam labi et concidere mihi videor, neque consistere me posse diutius existimo, tum tua me bonitas arreptum sustinet et fulcit. *מטה רגלי*
Motus est pes meus, actum de me nunc est; proverbialis locutio, vid. Deut. XXXII, 35. Ps. XIII, 5. XXXVIII, 17.

19. Quando animus meus curis perturbatur plurimis, in mediis aerumnis meis, te consolante recreor et exhilaror. Nomen *שרעפי*, quod praeter hunc locum Ps. CXXXIX, 23. occurrit, Chaldaeus utrobique *cogitationes* (*מחשבות* et *הרהורי*) reddidit. Alexandrinus h. l. *ὀδύνας*, et altero Psalmorum loco *ρῖβους* posuit. Propria nominis significatio non potest definiri, quum ceterae dialecti ea careant.

20. Tu ergo, Deus, aderis innocenti mihi, deinceps etiam, et propullabis a me injurias et vim impiorum. *היחברך בסם היום* Num enim *consociabitur tibi socium perditionum*, i. e. quomodo enim fieri possit, ut conveniat tibi cum folio et tribunali perverso et iniquo, violentoque tali? num fas est, de te credi, quod cum iniquis principibus et iudicibus societatem inieris, ut illis populum tuum vexare, diripere et perdere liceat te vidente atque nihil prohibente, perinde atque si cum illis foedus inieris, et eorum iniquae potestati faveas? Ad constructionem verbi cum Suffixo Kimchi confert, *יגדך* Ps. V, 5. Est vero illud futurum *Pyal*, posito *Kamez chatuph* pro *Kibbuz*, ut *כלי* Ps. LXXII, 20. Ante *עמל עלי-הק* repetendum *היחברך*, num consociabitur tibi *singens molestiam pro statuto* s. jure, vel *afflictionem pro lege*, i. e. quomodo fieri possit, ut ei suffrageris, qui pro jure vim et injuriam usurpat, pro legibus fraudes condit, et perniciem struit. Ita *על* saepius significat *pro* (sensu *surrogationis*), ut Deut. XXIV, 16. XXV, 6. Levit. XVII, 11.

al. Symmachus tamen *κατὰ προτάγματος*, *contra legem*, reddidit, sicut et aliqui *præter statutum* interpretantur verba על-ידי-ה', ut sit: *contra jus et fas, et contra legem Dei*, perniciem cogitat, comminiscitur et struit. Alii: *secundum statutum*, i. e. *de more et consuetudine*, seu *instituto eorum*, qui hanc sibi legem faciunt, ut noceant omnibus. Ita על usurpatur. Jos. XXI, 9. על-פי *Secundum mandatum Jovæ per Moysen*. Cf. Ps. CX, 4. Num. I, 18. Accusat autem judicia et juris administrationem ac consultationes de vi.

21. יגדדו על-נפש צדיק *Conglobantur*, turmatim exeunt et irruunt quasi milites et succenturiati (cf. verbum Gen. XLIX, 19. Jerem. V, 7. Mich. IV, 14:) *adversus animam justii*; judicia illa et congregationes ad deliberandum sunt concursationes violentorum, vni in his exercent, non jus et justitiam. ודם נקי ירשיעו *Et sanguinem innoxium per sanguinaria sua decreta velut impium damnant*, Ps. XXXVII, 33. Proverb. XVII, 15. Chaldaeus: *sanguinem innocentem דין הקטול יחיבון דין הקטול damnant judiciò mortis*, ut Jerem. XXVI, 11.

23. Rependet poenas meritas violentiæ et injuriis, quas usurpant mali illi, perdet eos in facinribus ipsorum, et eodem modo, quo ipsi alios; convertet in ipsos, quæ scelerata struunt aliis; id enim significatur verbis ונפש יגדדו עליהם אה-אונם *redire faciet super eos iniquitatem eorum*. יכרעם יצמיחם *Et malo suo perdet eos: malum ipsorum* vocat, quod in bonos anoliuntur, q. d. illis artibus peribunt, quibus justos perdere volebant. Alii: *propter malitiam eorum excindet cor*; ו *propter*, ut Ps. V, 11. IX, 15. XXXII, 3.

PSALMUS QUINTUS ET NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Invitatio est et exhortatio ad pios, ut declarent studium pietatis suum, in agendis gratiis, in adorando et celebrando Deo, et subjiciendo se potentiae ejus, monetque illos, ne adversus compellationem atque invitationem ejus contumaciter aut praefracte aliquid faciant. Quod et ne facere velint, deterret eos Psalmus Dei ipsius voce, proposito exemplo poenae gravissimae, qua Deus usus fuerit adversus majores populi Judaici in solitudine, qui vocantem Deum contemserint, et ei obtrecharint, imo tentare etiam eum ausi fuerint, quibus propterea, a terra promissa exclusis, in locis desertis illis moriendum fuerit. Alexandrinus interpres Davidi hoc carmen tribuit, ex traditione haud dubie, quam ipsam epistolae ad Hebraeos scriptor IV, 7. sequutus est. Forsan initiis illis tabernaculi in Sionio exsurrecti, et arcae in hoc introductae est consignatum. Certae tamen temporis, quo editum sit carmen, notae in illo apparent nullae.

1. *Jubileus petrae salutis nostrae*, i. e. ei, qui est propugnaculum nostrum, in quo tuti sumus.

2. *Veniamus ante faciem ejus*, comparamus coram eo, *Jes. XXXVII, 33. Mich. VI, 6.* Alii, ut *Vulgatus: praecurramus faciem ejus*, quod interpretantur: maturemus, ne moremur. בתורה *Cum confessione*, i. e. celebratione et gratiarum actione. Kimchi: ut confitemur ipsi bonum, quod fecit nobis. Vid. *Ps. XXVI, 7. XLII, 5. V, 14.*

3. *Rex magnus super omnes Deos*, i. e. superans, qui pro Diis habentur, aut sic appellantur, universos. Sunt, qui principes et magistratus h. l. intelligant, qui et nominantur *Dii*, vid. *Ps. LXXXII, 1. 6.*

4. *Cujus in manu, potestate, sunt pervestigationes terrae, et altitudines montium ipsi*, terrae imae et montium cacumina, infima, et summa, abstrusa et eminentia omnia. מחקרי-ארץ *Pervestigationes terrae* sunt abditissima terrae penetralia, et quae in intimis ejus recessibus continentur, quicquid investigando et scrutando e terra erui potest; cf. cognatum nomen חקר *Job. XXXVIII, 16.*, item rem et verbum *Jerem. XXXI, 37.* De nomine חושפות vid. ad *Num. XXIII, 22.* et *Job. XXII, 25.*

5. *Cui est mare, nam ipse fecit hoc*, particula ו ante הוּא h. l. αὐτοῦ αὐτοῦ videtur; ideo sunt ejus propria et in potestate ejus, quia ipse creavit et condidit; cf. *Ps. LXXXIX, 11.*

7. 8. *Populus* i. grex pascuae ejus, i. e. cui se pastorem praebet, cf. *Ps. LXXX, 2. Jer. XXIII, 1.* *Et oves manus ejus*, i. e. quos ducat et regat manu sua, cujus ipsemet curam habet, non mercenarius.

Verba,

Verba, quae sequuntur, היום אם בקולו השמעו, alii interpretantur hoc modo: *utinam hodie*, i. e. statim *voci ejus obediatis*, quemadmodum אם *obsecrantis* particula est et Exod. XXXII, 32. 1 Paral. IV, 10.; alii vero, אם *pro conditionali* particula accepta, conjungunt cum Versu 8.; hoc pacto: quando igitur audieritis vocem pastoris hujus, hodie, et quamdiu sonat, vocantis, praecipientis, et ducentis vos, nolite ad hanc obdurare corda vestra, sicut olim factum fuit in solitudine deserta, in locis *Meriba* et *Massa* nominatis. מריבה et מצפה Alexandrinus non ut nomina sed προσηγχορικῶς interpretatus est παρακίρασμα, et πειρασμόν. Sed docet historia, haec προσηγχορικὰ Moses indidisse illis locis, ut fierent illorum propria, vid. Exod. XVII, 7. Num. XIV, 22. Deut. VI, 16.

9. אשׁר אִשׁר *Ubi*, ut Num. XX, 13. Jes. LXIV, 10. Ps. LXXXIV, 4. בְּהִנֵּנִי בָּם-רְאִי בְּעֵלַי *Exploravit me* quid possem, *etiam viderunt opera meum*, i. e. quom vidissent tamen tam multa argumenta hujus rei, in iis, quae mirabiliter feceram coram ipsis.

10. אַרְבַּעִים שָׁנָה מֵאֵינִי בְּדֹר *Quadraginta annis*, ab exitu ex Aegypto usque ad transitum per Jordanem (Num. XIV, 32. XXXII, 13.) *fastidium habeam in generatione* scil. patrum vestrorum (Vs. 9.), molestiam mihi attulerunt illius aetatis homines illi, quibus et propterea infensior fui, quod tam essent intractabiles, itaque אֲמַר עַם הַזֶּה *Dixi: populus errantes corde illi sunt, et illi non cognoscunt vias meas*, sic de iis flatui, esse genus perversum et vecors; quod quid a me fieret, et quid postularem, non attenderet, nec velit cognoscere. Epistola ad Hebraeos Cap. III, 9. contra textum Hebraeum, et Graecam etiam translationem dirimit hoc comuna a sequentibus, particula *ὅτι* interposita, et ad praecedentia refert, ut sit: cum viderint per quadraginta annos mirabilia facta mea. Sed esse hoc mendum in epistola ad Hebraeos, cum vetera exempla demonstrant, tum, quod paulo post, in fine Capituli III, 19., ita ut in Hebraeo

braeo est, sententia refertur, et illa direntio, tanquam correctione facta, tollitur.

11. Post אָפֶשׁ, subaudiendum לְהַיָּחֵם, quibus iratus juravi. אִם-יָבִיאוּ אֵל-מְנוּחָתִי. *Non introibunt in requiem meam, non pervenient ad loca quietis a me paratae, non videbunt terram promissam, in qua, sede facta, tandem acquiescerent.* אִם *Si!* est. h. l. jurantis per apostrophen, vid. Num. XIV, 30. Dent. I, 35; Pf. LXXXIX, 36. Est hujus etiam Psalmi caufala ita abrupta, ut mutilus videri possit, sicut in Psalmis duobus aliis, LXXVII. et LXXXI. observavimus, et infra in Pf. CXIV. videbimus, qui itidem subito desinunt in media commemoratione eorum, quae Israelitis in illo quadraginta annorum itinere eyenerunt.

PSALMUS SEXTUS ET NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Hic Psalmus pars est carminis longioris, quod David composuit, quum arcam legis ex aedibus Obededomi solenni pompa deduceret, et in arce sua Sionitica in sede ei paratâ collocaret. Legitur hoc carmen 1 Chron. XVI, 8 — 36., et particula, quae hunc Psalmum constituit, Vs. 23 — 34. ibidem, in qua tamen nonnulla mutata sunt, et accommodata sollemnitati, cui fuit destinata. Non enim videtur repudianda esse traditio, quae conservata est in Graeca versione, adhibitum fuisse hunc Psalmum in dedicatione templi secundi post reditum ex Babylonico exilio, *ὅτε ὁ οἶκος ἀνοδομήετο μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν*. Recte quoque ibidem additur: *ᾠδὴ τῷ Δαυὶδ*. Quippe David vere auctor ejus dicitur, cujus verba sunt omnia, ut ex laudato Chronicorum loco constat. Praesules vero Judaeorum reducam ex Babylonico exilio quaedam in iis consilio suo accommodate immutarunt. Talis cento est Psalmus CVIII. ex
Da-

Davidico LXII. et LV. ab aliquo rhapsodo confutus, et diverso tempori accommodatus. Quando enim non habuerunt poetas, qui peculiare Pfalmos facerent, apparet eos tales rhapsodias usurpasse. Nostrum Psalmum cum Chronicorum libro comparavit, atque de utriusque editionis discrepantiis disputavit G. B. REDDINGIUS in *Observatt. philologico-critt. de Psalmis his editis*, p. 94. seqq.

1. שִׁיר חָדָשׁ *Carmen novum*, et exquisitum, cf. not. ad Pf. XXXIII, 3.

5. Exterarum gentium dii non sunt dii, sed מְלִילִים, *res nihili*, figmenta inania (ab מַל, negandi particula, neque enim audiendus J. D. MICHAELIS, qui in *Supplem.* p. 89. *deploratum, foedum, falsum, Deum*, ab Arabico *أل*, *gemere*, vel *أل*, *alteratus, corruptus fuit, foetuit* interpretatur), quemadmodum Amos. V, 5. מְנִן, *vanitas*, et הַאֱלֹהִים *deus verus* sibi invicem opponuntur.

6. Omnia ejus praeclara sunt et ornata, omnia potentiam arguentia et referentia בְּמִקְדָּשׁוֹ *in sede sancta ejus*, quod et de coelo et mundo verum est, quod opus ἀεὶσμον propterea primus appellavit Pythagoras, et de sacratio et sede arcae, vel de templo secundo, ad quod Davidicum illud carmen accommodatum est, ut in Argumento monuimus. In Chronicorum libro 1 Cap. XVI, Vs. 27. וְהָיָה בְּמִקְדָּשׁוֹ וְהָיָה בְּמִקְדָּשׁוֹ legitur בְּמִקְדָּשׁוֹ. Sed בְּמִקְדָּשׁוֹ interpretamentum esse כְּמִקְדָּשׁוֹ, ab illo, qui Davidicum carmen accommodavit templo secundo, Reddingius recte observavit.

7. Sicut supra Vs. 3. vates Israelitas commonuerat, ut veri Dei laudes inter omnes gentes disseminarent; ita

nunc ipsas etiam gentes commonefactas exhortatur, ut promte id exsequantur.

8. *שאו מנחה Ferte munus*, s. collective *munera*, cultus et obsequii vestri, more Orientalium, qui sine muneribus ad Reges non solent admitti. Pro *ובאו להצרתיו*, *venite in atrium ejus*, scil. non sine muneribus, in Chronicis *לבפניו ובאו* *venite ante eum*, sistite vos oculis ejus.

9. *השתחוה ליהוה בהדרה-קדש Adorate Deum in ornatu sanctitatis*, vid. not. ad Ps. XXIX, 2.

10. *אף-חמון חבל-בל-המוט* Vid. ad Ps. XCIII, 1. Docet, populum Israeliticum regem habere eum, qui terram in medio mundi, et aquis mediis ita fundarit, ut firma sit et maneat, id est, omnino potentissimum. Ceterum hoc Versu et eo qui proxime sequitur, quaedam aliter sunt posita, quam in Chronicis, de qua transpositione vid. Redding. l. c. p. 97.

11. *הים ומלאו Mare et plenitudo ejus*, quid autem hac formula significetur, mox in Versu sequenti, tanquam *ἀπερὸς ἕως ἄκρας* explicatur. *וכל אשר-בו* *ager et plenitudo ejus*, quod idem et cognoscitur ex Ps. XCVIII, 7., ubi haec repetuntur.

13. *בא לשפט הארץ Venit ad judicandum terram*, i. e. ad regnandum, *judicare* enim figura hebraea *regnare* significat, quanta praecipua pars imperii sit juris et iudiciorum administratio. Verba ultima *באמנתו* ----- *ישפט* in Chronicis non leguntur.

PSALMUS SEPTIMUS ET NONAGESIMUS.

A R G U M E N T U M.

Ejusdem fere argumenti hoc Psalmus est cum superiore: celebrat Dei potentiam et majestatem agnoscendam ab omnibus gentibus, quae, abjectis idolis, hunc unum verum Deum colere deberent et adorare. Piiis omnibus, qui hunc Deum Sionium colant et venerentur, ab eo protectionem, et gratiam promittit, et hoc nomine laetari eos jubet, et beneficentiam ejus celebrare.

Sicut praecedentes duos Psalmos, ita hunc etiam et sequentes aliquot, usque ad CI, occasione consecrati templi secundi vel factos vel illi accommodatos esse suspicari licet, ex Graeco titulo [Psalmi XCVI. (cf. Argument. ejusdem Psalmi), quum et similes sint argumento, et in hoc nullo ordine Psalmorum, conjuncti tamen continuo ordine legantur. In Graeca Alexandrina translatione huic Psalmo praescriptum est: τῷ Δαυὶδ, ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίσταται, *ipsi David, quando terra ejus restituta est, ut Vulgatus reddidit.*

„*Restitutam terram*“ inquit AGELLIVS, „sic intelligendum puto, quando a fluctuatione et agitatione stabilita est atque firmata, sedatis bellis, quibus prius concutiebatur. Non alienus ab hac sententia videtur Graecus auctor fuisse, quem Eusebium puto, ejus enim haec verba sunt: Ἐπειδὴ ἐν τῇ τῶν Ὁ ἔρμηνεία φέρεται ἢ ἐπιγραφή, ἐροῦμεν ὡς πολλαῖς συμφοραῖς παρεπεπτωκῶς ὁ Δαυὶδ ποτὲ μὲν ὑπὸ τοῦ Σαοῦλ ἠλαύνετο, καὶ τὰς ἐρήμους μετεδίωκεν, τὰς δὲ περὶ τοῖς ἀλλοφύλοις διατριβὰς ποτὲ δὲ ὅτε πολέμοις ἐσχόλαζε, τὸν προκειμένον οἶμαι Ψαλμὸν κατ' ἐκείνον ἤσε, καθ' ὃν κατέστη ἡ γῆ αὐτῶ, ὁμοῦ καὶ τῆς διανοίας αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας ἐν εὐταξίᾳ καὶ εἰρήνῃ, καὶ γαλήνῃ καταστάσεως, μετὰ τὴν πάντων τῶν ἐχθρῶν ἀναίρεσιν. Quoniam in LXX. interpretatione haec inscriptio fertur, dicemus Davidem, cum in multas calamitates incidisset, et nunc a Saulo fugatus deserta loca sectaretur et cum Philisthaeis commoraretur, nunc bellis gerendis vacaret, praesentem Psalmum, ut ego sentio, eo tempore cecinisse, cum ei terra restituta est, animo ejus et regno per quietem, et pacem ac tranquillitatem constituto, sublatis omnibus ejus inimicis.“ Quodsi vere Davidicus sit hic Psalmus, eodem modo, quo superior, secundi templi dedicationi accommodatus fuerit.

1. De נֶבֶל vid. not. ad Pf. LXXII, 10.

2. נֶבֶל וְעָנָן עַל הַרְעָמִים Nubes et caliga circa eum, ἐν δὲ διὰ θυῶν, nubibus caliginosis ab omnibus partibus circum-

cumfunditur, harum satellitio stipatur majestas ejus. Talis εἰδωλοποιία de densis nubibus, inter quas de coelo descendit Deus, est et Ps. XVIII, 10. De verbis, quae proxime sequuntur, vid. not. ad Ps. LXXXIX, 15.

3. Antecedit eum flamma vultatrix, quae grassatur in hostes ipsius circumcirca, ut incendat et consumat eos. Huic simile est Ps. XVIII, 9.; etiam XXIX, 7. et saepe alias ab igne et fulmine, tonitruo et tempestatibus demonstratur potentia Dei. Fulmina atque tonitrua tanquam antecursores et antesignani fiuntur Jovae expeditionem suscipientis.

6. הגידו השמים צדקו. *Annunciant coeli justitiam ejus.* Coelis alii, post Chaldaicum (אנגלי מרומא), intelligunt *coelites*, divinae justitiae praecones; alii significari hoc putant: justitia ejus opplet omnem rerum universitatem, coelum et terram; sicut hyperbole poetica: *sama super aethera notus*, et: *sublimi feriam vertice sidera*.

7. Pudeat ergo perversitatis suae omnes, qui idolis serviunt, qui sculptas imagines, res fictas et nihili, colant.

8. Haec cum audit Zion dici de Deo suo et adventu ejus, laetatur hoc nuntio, et omnes terrae Judaicae urbes exultant gaudio. De בנתה יהודה vid. not. ad Ps. XLVIII, 12. Laetantur למען משפטיה *propter judicia tua*, i. e. amplitudine et justitia regni tui. *Judicia pro regno*, cf. not. ad Vs. 13. Ps. praeced.

10. אהבי יהוה שנאו-רע. *Vos, qui diligitis Jovam, odisse velitis pravum*, i. e. fugite deorum fallorum cultum; hoc enim peccatum, hanc impietatem h. l. generali mentione *pravi* indicari, cum ex Versu 7., tum vero ex toto argumento Psalmi cognoscitur. Apostrophe in oppositione ad cultores idolorum Vs. 7.

11. אור צדק לצדיק ולישרי-לב שמחה. *Lux facta est justo, et rectis corde laetitia* scil. facta est, i. e. pios manet felicitas, rectosque et probos gaudium et laetitia.

Quod

Quod in altero hemistichio חַיִּים, idem in praeore חַיִּים vocatur, quoq; res secundas notari, vix monitu opus, vid. Esth. VIII, 16. Pf. CXII, 4. Jes. LIX, 9. Alii *lumen* accipiunt h. l. de sereno vultu Dei, qui est gratiae et benignitatis ejus, quomodo et consequentur haec apud ad praecedentia, in quibus promisit piis defensionem adversus impios et liberationem a Deo. וְיָיָהּ Satum, h. l. destinatum, paratum indicare videtur. Alii: *lux dispersa est iustis*, quod *spargere* etiam de radiis luminis dicit possit. Alexandrinus reddidit Φῶς ἀνέτειλες, quod ipsum Vulgatus, Arabs et Syrus sequuti sunt. CAPPELLUS in Crit. S. p. 566. et 935. ed. Vogel-Scharfenberg. Graecum interpretem וְיָיָהּ legisse conjecit, praesertim quum et Pf. CXII, 4. וְיָיָהּ אֱלֹהֵינוּ לְיִשְׂרָאֵל legatur. Sed observavit Buxtorfius in *Anti-Crit.* p. 583., illum וְיָיָהּ sumpsisse pro וְיָיָהּ, quum literae homogeneae ו et ה pronuncians et audiendo facile inter se commutari potuerint. „Sic,“ addit Buxtorfius, „Joel. IV, 11. וְיָיָהּ juxta quosdam ponitur pro וְיָיָהּ, *festinate*; et pro eo, quod 2 Reg. II, 13, legitur וְיָיָהּ, Jesaj. XXXIX, 2, legitur וְיָיָהּ. Et sic etiam quidam Hebraeorum acceperunt, hoc loco. Aben-Jechija scribit: *Ajin* in וְיָיָהּ est loco *Chet*, quia litterae gutturales inter se permutantur, estque his idem quod וְיָיָהּ.“

PSALMUS OCTAVUS ET NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Et hic Psalmus Jovam ut regem omnibus gentibus adorandum celebrat. Tanta est similitudo et sententiarum et elaborationis, et eorundem verborum etiam ex uno in alterum transcriptio et repetitio in his Psalmis aliquot, ut quod de unius argumento et occasione dicitur, aequè ad omnes videatur referendum. Ideo et hunc initiis et consecrationi templi secundi factum esse censemus.

1. וְיָמִינוּ דְרוֹעַ קְדָשׁוֹ *Salutem ipsi praestitit dextera sua et brachium suum sanctum*, dextera potente sola sua, suo solo brachio, non ullius alterius ope, salutem sibi peperit. Sibi autem salutem aliter non parit Deus, quam vincendo hostes suos et populi sui, qui sunt simul et ipsius hostes.

3. Ostendit se non esse oblitum affectionis benignae et misericordiae suae erga domum Israelicam, et qua gratia et fide eam complectatur.

7. יִרְעַם הַיָּם *Fremat mare*, mare affonnet et admurmuret congratulando, et quicquid in hoc vitam degit, haec enim est מְלֵאָה *plenitudo ejus*, cf. Ps. XCVI, 11.

8. Quemadmodum Ps. XCVI, 12. *exultat ager et canunt arbores*, ita hic flumina exhortatur, ut יִמְחָאוּ-בָּהּ *ut applaudant manibus*, ad hominum exemplum, regibus recens creatis plaudentium, vid. 2 Reg. XI, 12. Cum nomine feminino קְדָשׁוֹ conjungitur verbum masculinum per Archaismus; vid. SCHROEDER *Instit.* p. 273. et GESNER *Lehrgeb.* p. 716.

PSALMUS NONUS ET NONAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Celebratur et in hoc Psalmo, ut in superioribus, potentia Dei Israëlici et Zionici, tum vero etiam justitia et misericordia ejus, quam praestet et praestiterit populo suo, quod semper preces ejus audiverit, et inter poenas etiam misericordiae tamen suae non consueverit oblivisci. Sunt, qui propter ea, quae leguntur a Versu 6. usque ad finem, difficilibus temporibus populi Psalmum factum putent, et exhortationem ad preces fieri eas, quibus petant se liberari. Nos tamen, propter similitudinem, quam habet cum Psalmo XCVI., et ceteris ejus generis, nihil de hoc faciendum censemus ab illis diversum, et referimus hunc etiam Psalmum inter eos, qui consecrationi templi secundi, et arcae in hoc introductioni, facti sunt. Neque vero caruerunt illa etiam laetitiae tempora suis difficultatibus, quare nec his aliena est illa ad preces exhortatio.

1. יהוה מלך ירבו עמיו *Jova regnat*, hic rex est gloriosissimus et potentissimus noster, *contremiscant* ad majestatem ejus *gentes* omnes; hic rex יושב כרובים, *Cherubis* insidet et *invehitur*. Deus per aëra Cherubinibus invehi dicitur, ubi potentia et majestas ejus describitur, vid. Pf. XVIII, 11. LXXX, 2.

2. ויהוה הוא על כל העמים *Et excelsus est super omnes populos*, omnes populos potentia et majestas ejus sibi subjectos habet.

3. קדוש הוא *sanctus est*, Versu quinto et nono repetita, interlocutio sunt alterius chori. Quod ex initio Versus quarti apparet, in quo וינו מלך pendet a verbo יהוה hujus Versus. ДАТНЕ.

4. ועוז מלך משפט אהב *Et robur* i. e. potentiam *regis* scil. יהוה (ex Vs. 3. repetendum) *celebrent*, *ius diligentis*, cujus potentia nihil habet violenti. Dicitur hoc: hic idem rex et potentissimus est, et simul etiam justissimus et clementissimus: hic Deus est terribilis aliis, sed populo suo gratiosissimus et benignissimus. אמה כזנבת *Tu aequitatem constituis*; rectum justumque imperium usurpas constanter.

5. השתחוה להרים רגליו *Adorate ad scabellum pedum ejus*, i. e. explicante Aben-Elra, convertite vos venerabundi versus locum arcae ejus (quae ipsa et Pf. CXXXII, 7. Thren. II, 1. 1 Paral. XXVIII, 2. eo nomine indicari videtur), i. q. infra Vs. 3. השתחוה לה קדשו, et Pf. CXXXVIII, 2. אשתחוה אל-היכל קדשו. Quare et h. l. Chaldaeus sic reddidit: וסגירו לביה מקדושה *procumbite ad domum Sanctuarii ejus*. Nihil tamen prohibet, hoc simpliciter de regio folio Dei, per εἰδωλοποιῆσαι poeticam, intelligere.

6. ואתרו בכהניו ושמואל בקראי שמו קראים *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus et Samuel in invocantibus nomen ejus*, quod vulgo sic explicant: sacerdotes et invocatores Dei maxime fideles

fideles et eminentes, *inclamabant eum, ipseque respondit eis*, exaudivit eos. Praepositionem ב ante כְּהֹנֵי וּקְרָאִי infervire volunt h. l. periphrasi superlativi, ut supra Pf. XCIV, 8., ubi not. cf. Rectius tamen praefixo ב h. l. simpliciter Nominativum exprimi statuitur, hoc modo: *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus, i. e. sacerdos ejus, et Samuel in invocantibus eum, i. e. invocans eum, clamabant ad Jovam etc.*, quemadmodum Pf. LIV, 6. dicitur דֹּמִינָא דְּבְרֵי בְּתַמְכִּי נִפְשִׁי *Dominus est in sustentantibus me, i. e. sustentans me.* Vid. ibid. not. Quaerunt, quomodo Moses hic inter sacerdotes referatur, quum tamen illum sacerdotis munere nunquam functum esse constet. Bene vero AUG. PFEIFFER in *Dubii Vexatis* ad h. l. p. 622. observavit, uti altera periphrasis בְּקְרָאִי-שְׁמוֹ ad solum Samuelem spectat, cui additur, ita priorem illam de *sacerdotibus* ad solum pertinere Aaronem, cui adjecta est; Mosen vero praepositum esse sine periphrasi et absolute, utpote alias eminentissimum. Quodsi vero dictione בְּכְהֹנֵי etiam Mosen includi velis, לְהַן h. l. sensu latiore de *quovis Dei ministro* accipere necesse est, quemadmodum nomen illud et alias *quemvis regiminis administrum*, aut virum primarium, qui regem libere accedere potest, significat, veluti 2 Sam. VIII, 18., quo loco qui כְּהֹנֵי vocantur, iidem 1 Chron. XVIII, 2. *primores לְיַד הַמֶּלֶךְ juxta regem* appellantur. Hinc et Job. XII, 6. כְּהֹנֵי vocantur ministri regii. Cf. 2 Sam. XX, 26. et 2 Reg. X, 11., ubi כְּהֹנֵי *regis* esse proxima admissiois amicos ejus, inde colligitur, quod conjunguntur cum *magnatibus et familiaribus* (מִיָּדְעֵי)

ejus. Et Arabibus كاهن est *administrator alieni negotii*. Vid. J. D. MICHAELIS *Supplementa*. p. 1217. Possumus autem haec, quod ad *σωρευεται* attinet, sic concinnare, ut hic sextus Versus non dependeat a praecedente quinto, qui est tanquam intercalaris Versus, sicut et in fine repetitur; sed sit novum caput in commemoratione bene-

beneficiorum Dei, quae populo contulerit. Igitur sic continuabitur cum praecedentibus, ut interferantur hujus sententiae verba: ostendit et in precibus populi audientis bonitatem et misericordiam suam.

7. בְּעֶמּוּד עֵינַן יִרְבֵּר אֱלֹהִים. *In columna ignis locutus est ad eos*, scil. Israelitas suos per Moſen. Columnari nube non tantum duxit populum Israeliticam in solitudine deferta; sed etiam Deus ipse, eadem specie, demisit se in tabernaculum, et hac ibi se conspiciendum populo praebuit, et cum Moſe in hac imagine ibidem locutus est, ut diſerte ſcribitur Exod. XXXIII, 9. Sylleptice autem אֱלֹהִים eſſe interpretandum, res ipſa docet. Non enim de columna neque ad populum, neque ad Aaronem locutus eſt Deus, ad Samuelem multo minus, qui illis temporibus nullus adhuc fuit, quum in ſolitudine illa tantum hanc oſtenderit populo; ſed cum Moſe ſolo, et per Moſen cum populo locutus eſt. Cf. et Exod. XXV, 22. XXIX, 42. Num VII, 89. Nam etiam אֱלֹהִים ad קְרָאֵי שְׁמוֹת, Vs. 6, ſubjicitur, γερουσιᾶς referendo; ſic tamen etiam non poteſt res ad alios, quam ad Moſen referri; cum Samuele enim Deus locutus eſt quidem, ſed non de columna, et per viſa tantum, aut Urim etiam et Thummim. שָׁעָרֵי עֵינָיו חָזְקוּ לְמִן שֵׁרְבָנֵי הַיָּם *Servabant foedus ejus, et ſtatuta, quae dedit eis*, ſervabant religioſe, quae ſanxerat et mandaverat. Hoc alii dictum putant de Moſe, Aaronem et Samuele, alii non ſolum de tribus hiſce viris, verum etiam de fidelibus invocatoribus in populo univerſis, illorum virorum temporibus, quod verum puto.

8. יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אָתָּה עֲנֵתָם. *Jova, Deus noſter, tu exaudiebas eos*, illos fideles tuos, qui te invocarunt. Neque enim Aben-Eſrae et Kimchii placet ſententia, ad Moſen et Aaronem (Vs. 6.) haec referentium; hoc ſenſu: tu exaudiebas eos, quum pro Iſraele orarunt, et in faciem ſuam prociderunt, Num. XVI, 22. — אֵל נִשְׂא הָרִיחַ לָהֶם מֵעַל יְרֵכָם *Deus condonans eis fuiſti et ulciſcens in facta eorum*, ſcil. etiam ſi peccata eorum ulciſcebaris.

Sensus: parcebas eis, etiam quando culpam et peccata eorum ulcisceris animadversione tua, temperando nimirum justitiam misericordia. Sunt tamen, qui suffixum ad עֲלֵי־יָדַי non active, sed passive sumendum putent, ut significantur facinora, quae alii adversus tres illos viros Vs. 6. nominatos patrarunt (quemadmodum יָצַח Gen. XVI, 5. Jerem. LI. 35. est *injuria, qua ego affectus sum*), ut sensus sit hic: clementem te illis praebuisti, et ultus es quae contra ipsos committebantur. Aliqui γενικῶς et simpliciter interpretantur haec de populo universo, et hoc dici volunt: parcebas bonis, et animadvertebas in impios. Sed quam primo loco posuimus sententia poetae consilio haud dubie magis est consentanea.

PSALMUS CENTESIMUS.

ARGUMENTUM.

Exhortatur populum, ut conveniat in Zionio ad Deum adorandum et celebrandum. Et si hebraeus titulus, מִזְמוֹר לְתוֹרָה, *laudatorium* facit hunc Psalmum, et gratiarum actionem (nam תוֹרָה, *confessio*, celebrationem etiam et gratiarum actionem significat, ut Vs. 4. Pf. XCV, 2.); invitatio tamen potius est, et conclamatio ad celebrandum, quod in Zionio praestetur, quam celebratio, aut gratiarum actio ipsa, quales sunt in aliis Psalmis. Quia vero nomen תוֹרָה etiam *sacrificium gratiarum actionis* significat (ut Levit. VII, 2. Jerem. XVII, 26. Pf. LVI, 13.); sunt, qui hebraeam inscriptionem de sacrificio illo interpretentur, ad quod hunc Psalmum accinuerint. Ita Chaldaeus, שְׁבַחָהּ עַל קִירְבָּן הַתּוֹרָה, *Psalmus pro sacrificio eucharistico*, reddidit. Mihi vero tales inscriptiones et interpretationes non de occasione, qua poeta Psalmum fecerit, testari, neque argumentum indicare videntur, sed de usu tantum docere, ad quem posteritas eos Psalmos adhibuerit.

ב. עברו את-יהוה בשמחה *Colite Jovam cum laetitia*, i. e. praestate Jovae ministerium cultus vestri alacres et cum laetitia.

3. הוא עשנו ולו אנחנו *Ipse fecit nos*, i. e. populum et rem publicam nos constituit (quomodo haec phrasia Dent. XXXII, 6. 15. usurpatur, et Jes. XXI, 23. Israëliticus populus מְעֵשָׂה *opus manuum Jovae* vocatur) *et ipsi*, i. *ipsius igitur sumus*, quod mox clarius explicat, dum addit: עָמְנוּ וְצִאָן מִרְעֵיחוֹ, ut supra Ps. XCV, 7. Quod pro לו in textu legitur, לָא, ejusdem voculae diversa tantummodo scribendi ratio est, qualis et Levit. XI, 21. XXV, 30. Jes. IX, 2. observatur, quibus locis itidem לו, *ei*, in textu לָא scriptum est. Ita promiscue scribitur אָנֹכִי et אָנֹכִי, *hic*, Job. XXXVIII, 11. Ezech. XL, 10, 12., nec non אֲנִי et אֲנִי, *ubinam?* Genes. XXVII, 33. XLIII, 11. Job. IX, 24. XVII, 15. Qui illud לָא nostro loco pro negandi particula *non* accipiunt, frustra laborant, ut tolerabilem verborum nostrorum sensum exsculpent. Eorum alii: *ille fecit nos, non ipsi nos*, i. e. ipse fecit nos populum suum, nos ipsi non perfecimus hoc. Alii, auctore Jarchio: *ipsa Deus nos fecit, elegit, dum adhuc non eramus*, quod miror AURIVILLIO etiam placuisse in *Dissertat. de varietate lectionis vocum לו et לָא in Codice Biblico (in ejus Dissertat. junctim edit. a J. D. Michaelis, Goett. 1790.)* §. XII. p. 489. seqq., ubi plura interpretum commenta relata invenies. Cf. et CAMPEG-VITRINGA *Observat. SS. L. III. Cap. XVIII. §. VII.* — Ex veteribus soli Chaldaeus et Hieronymus recte verba nostra interpretati sunt; ille enim וְיָדִי לִי אֲנִי, *hic ipsius nos sumus* posuit. Reliqui autem veteres, Alexandrinum (καὶ οὐκ ἡμεῖς) sequuti, לָא pro negandi particula male habuerunt.

PSALMUS CENTESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Profitetur Davides primum, qualem se praestare velit regem populo, et deinde, qualem praestiturus sit familiam suam et subjectos etiam ditiori suae universos: ita se administraturum pollicetur regnum, ut nemini faciat injuriam, et foveat bonos, eisque beneficiat, repellat vero a se, et expellat impios. Carmen a Davide editum esse, statim atque regni duodecim tribuum administrationem auspicatus est; colligitur ex Versu 8., ubi extirpaturum se ait ex *urbe Jovae*, per quam Hierosolymitana urbs videtur intelligenda, sceleratos omnes. Illam vero urbem tum demum obtinuit Davides, postquam ei omnes tribus ex communi sententia regnum detulissent, 2 Sam. V.

1. Primus hic Versus *πρόθεσις* totius Psalmi videtur, quae argumentum ejus proponat, ut sit sicut illud: *Aetna mihi carmen erit; et: Arma virumque cano.* Ita sententia talis erit: de recta et justa regni mei administratione canam, et hoc carmen tibi, Jova, pangam tibi, quae haec voveo. *הַסֵּדֵר יִשְׁמַעְלֵךְ* indicabit, quomodo erga bo-

nos, quomodo erga malos sese sit praestiturus, quae illis clementiae gratia, quae his poenae, a iuris et iudiciorum severitate, debeantur.

2. אֲשַׁבֵּילָהּ בְּדַרְךָ הַטֹּבִים *Prudenter agam*, s. animum advertam *in via* s. *ad viam integrum* (ut Pf. XVIII, 33.), vel, ut alii, *ad viam integri*, coll. Prov. II, 20. Gen. XVII, 1. Prudentiam usurpabo necessariam, ut vitam degam cantam atque inculpatam. Verba מְהֵי מְבוֹא אֵלַי varie exercent interpretes. Aliqui ea sic transferunt: *quando*, quaeſo, *venies ad me?* i. e. quando opem ferēs, ut recte et prudenter agere possim? Nimirum *venire Deum ad aliquem* dicunt tunc, quum peculiari beneficio et documento gratiae se alicui quasi intuendum praebet, quando opem suam ei submittit, coll. Exod. XX, 21. Alii vero opem Dei ad regnum Davidi promissum referunt, atque particulam מְהֵי non pro *interrogandi*, sed simpliciter pro temporis particula accipiunt, ut Davides profiteatur, quid facturus sit, *quum Deus ad ipsum venerit*, i. e. ad regnum eum evexerit. DANIUS adventu Dei h. l. translationem arcae sacrae ex aedibus Obed-Edomi in arcem Davidis Sioniticam (2 Sam. VI. 1 Chron. XV, 16.) significari existimat. Interrogationem: *quando tandem ad me venies?* explicat optative hoc modo: utinam ego quam primum hujus felicitatis particeps siam, ut praesentiae tuae symbolum, arcam foederis, in aedibus meis possideam. Quale votum cur hoc ipso loco insertum sit, non facile intelligitur. Mihi quidem simplicissimum videtur, particula מְהֵי non interrogative accepta, haec verba: *quando ad me venies*, πρότασιν facere, hac integri Verſus sententia: omni conatu hoc agam, ut praestem me integrum et inculpatum; *quando ad me venies*, *ambulabo in cordis mei integritate intra domum meam*, i. e. ut, quando ad me venies, visendi causa, qualis ego sim, et quo loco sint mea, reperias me talem scil. integrum et inculpatum; quasi dicat: ante oculos tuos ita verſabor, ut numquam non reperiar talis. Ceterum מְהֵי eadem, qua

qua hic, ratione occurrit Prov. XXIII, 35. *כחי אקייץ* quando *expergifcar*, denuo illud quaeram. *אזסיף אבקשני עוד* In familia mea, i. e. domi, q. d. publice privatimque.

3. Dixit, qualem se praestare velit; nunc deinceps de familia et populo promittit, et profitetur, quales hos praestare velit. *לא-אשיה לבגור עיני* Non ponam ante oculos meos, non proponam mihi, ut finem, aut exemplar aliquot imitandum *ב-בא-בלעל* res et factum malum, cf. XLI, 9. — *עשה-סטים שנאחי* Facere declinantium odi, facinorosorum facinora impia odi. *עשה* Facere, Infinitivus nominascens, ut apud Latinos: *scire tuum nihil est*. Sic Prov. XXI, 3, Coh. XII, 12. *סטים* Declinantium a via integra, Vs. 2.; vel, quia nomen post talem Infinitivum non subjective, sed objective accipi solet: *facere declinationes*. Nomen praeter hunc locum semel tantummodo, Hof. V, 2. occurrit, ubi tamen *שטים* scribitur. Cf. cognata nomina Num. V, 19, Pf. XL, 5. — *לא ידבק בי* Non adhaerebit mihi scil. quod praecessit: *facere declinationes*, i. e. nihil haerebit in me facinororum illorum, non communicabo mecum horum quicquam. Sed qui *סטים* declinantes transferunt, sic accipiunt: *non adhaerebit mihi declinantium quisquam*, non patiar facinorosos mecum esse.

4. Discedere a me jubeo, excludo ab omni usu mecum, qui est animo perverso et pravo. Alii hunc Versum sic conformant, ut de Davide interpretentur, qui iterum profiteatur, se nihil mali aut pravi admissurum in corde suo, quum hoc et jam ante, Vs. 3., confessatus sit. *לא ארע* Malum non agnoscam, i. e. nec malum hominem inter notos et amicos habiturus sum, cf. Jes. LVIII, 3, Pf. I, 7. et ibi not. Nomen *רע* Chaldaeus *בישא* concupiscentiam malam reddidit; quod minime probandum, quum de hominibus pravis sermonem esse appareat.

5. *מלשני בסתר רעהו* Lingua profuidentem in occulto proximum suum. Hebraicum *לשון* i. q. Arabicum *لسان*,

incessavit, et profcidit lingua. Chaldaeus *לשון שלישי* loquentem lingua tertia reddidit, quae formula Chaldaeis delatorem significare solent. „Lingua tertia est lingua delatoris, quae quasi tertia est inter hominem et focium ipsius, patefaciendo arcanum“, inquit DRUSIUS in *Quaest. Ebraic.* L. I. Cap. IV. Aliam illius appellationis rationem minus probabilem asserunt Talmudici, vid. BUXTORFII *Lexic. Chald.* coll. 1160. Cf. Sirac. XXV, 14. Ceterum *מלושני* juxta literas f. Chetib est *מלושני*, Participium Pihel, *מלושן*, ad formam *משפס* Job. IX, 15., adhibito Cholem pro vocali brevi (Patach sub ה) et Dagesch; juxta puncta autem, f. Keri, Patach et Dagesch contracta sunt in Cametz, pro *מלושני*. *Jod* in fine paragogicum est, ut in *אסרי*, *ligans*, Genes. XLIX, 11, et *המגפירי*, *exaltans*, Ps. CXIII, 5. Vid. et Ps. CXXIII, 1. — *אוחו אצמית* *Eum exterminabo*, poenis debitis perdam. Kimchi subaudit: *e conspectu meo*, ut non amplius ad me redeat. *גבה עיניו* *Allum* f. *elatum oculis*, i. e. fastuosum et superciliosum. Cf. Ps. XVIII, 28. Prov. VI, 17. XVI, 5. 18. Coh. VII, 8. — *ירחב לבב* *Et latum corde*, i. e. insolentem et ambitiosum, neque illis modestiae finibus et praescripto contentum, cf. Prov. XXI, 4. XXVIII, 25. — *אוחו לא אוכל* *Eum non possum*, subaudi *אוחו*, *ferre*, quod ipsum additum est Jerem. XLIV, 22. Prov. XXX, 21., omissum vero, ut h. l., *Jef. I, 13*; *Eum non sustinebo*. Alexandrinus verba hebraea sic videtur pronuntiasse: *אוחו לא אוכל*, transtulit enim: *ούτοις ου συνήσθισον*, *cum hoc non edebam*, ut Vulgatus reddidit, quod et Syrus sequutus est. Chaldaeus: *עמית לא אדור* *cum ea non habitabo in mundo*.

6. *עיני* *Oculi mei* scil. intenti sunt, circumspiciunt, cf. Ps. XXXIV, 16. LXVI, 7. *בנאמני ארץ*, *In fideles terrae*, in eos qui spectatae sunt fidei. Locutio quasi superlativa, qualis *רבעי ארץ* Ps. XXXV, 20., ubi not, vid. *לשכה עמרי* *Ad habitandum mecum*, i. e. ut sedeant mecum ministri. aut consilii adfessores. coll. Ps. CXIII, 8.

Sensus: circumspicio homines fidelissimos et veracissimos, ut tales mecum habeam, et in confesso consilii mei. **הוֹלֵךְ בְּדֶרֶךְ הַמִּיִם הוּא יִשְׁרָתֵנִי** *Ambulans in via integra, qui integrae est vitae, is ministrabit mihi*; non servilia ministeria, sed curationes politicas significari, res ipsa docet. Qui vitam degunt honestam et innocentem, ex iis gubernationis ministros mihi deligo, tales curabunt in regno mihi.

7. **לֹא יֵשֵׁב בְּקֶרֶב בֵּיתִי עֹשֶׂה רַמְיָה דְּבַר שְׂקָרִים לֹא-יִבּוֹן** *Non sedebit in medio domi meas faciens fraudem, qui mendacia loquitur, non consistet coram oculis meis.* Genus subdolum et mendax, qui fraudes struunt et dolos, verbis et factis, tales non patiar locum reperire in familia mea, non patiar eos apud me sedem figere. Interpretantur enim ultima Versus nostri verba plerique: *non stabilietur coram oculis meis*, i. e. stabilem sedem non reperiet apud me, non aget radices in domo mea, etiamsi forte in familiam irreperit. Alii verbo **כִּיִּן** *stabiliri*, prosperari intelligi existimant, ut sit: non succedet ei res, non crescet aut fortunabitur apud me, non promovebuntur a me res ejus. Chaldaeus: **לִיחַ רְשֵׁי לֹא-חֲפִנָּה** *non erit ei facultas comparendi coram oculis meis.*

8. **סִינְגֻלִּים מַטּוּתִינִים** (**ל** est *distributivum*, ut Jos. VII, 14. Ps. LXXIII, 14. Jer. XXXIII, 2.); quod alii tempestive, alii, primo quoque tempore, sine mora, interpretantur. GROTIUS: „Hoc ideo dictum, quod mane judicia exercebantur, cf. Jerem XXI, 12. 2 Sam. XV, 2.“ Ego idem puto esse quod *singulis diebus*, i. e. assidue, quod alias **כָּל-הַיּוֹם**, veluti Ps. CII, 9. **כָּעֵר יְהוָה** Chaldaeus recte **מִן יְרוּשָׁלַם קְרָתָא דִּי**, ex *Hierosolyma, urbe Jovae*, reddidit. Cf. Ps. XLVI, 5. XLVIII, 2. 9. LXXXVII, 3. Alii collective pro **עָרֵי יְהוָה** *urbibus Jovae*, i. e. Israeliticis, cf. 2 Sam. X, 12., accipiunt. Sensus: magno studio extirpabo facinorosos et sceleratos omnes, ne civitas Jovae sacra, ejusque sedes, quicquam habeat talium hominum.

PSALMUS CENTESIMUS
SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Populi Babylone captivi preces hoc Psalmo continentur, primo deplorantis suas aerumnas, deinde optantis et preecantis, ut Jova tandem placatus Sionem restituat, et captivos liberet, ut gloria ejus celebretur. Carmen vel sub exilii finem, vel primo post reversionem tempore, et inter initia instaurationis, editum.

1. Inscriptio carminis, *תפלה לעני* *Preces afflicti*, i. *miseri*, ל, nota Genitivi, ut in formula *מוטרי לרור*, vid. Vol. I. Prolegomm. p. XLV. Sunt, qui transferant: *preces pro-afflicto*, existimentque, hunc Psalmum ut precum formulam quandam praescriptam populo in exilio, a propheta quodam inter concaptivos, qua uterentur pii interexfules, quando angèrentur desiderio liberationis, quod, ut fieri solet, tanto gravius eis factum est, qua prior fuit terminus promissus. *Afflicto*, *עני*, populum Israeliticum exilii miserii afflictum intelligendum esse, recte monuit Kimchi. Monendum omnino, sicut in omnibus Psalmis posteriorum temporum, ita in hoc etiam, per enallagen personarum, de toto populo, ut de uno homine, verba fieri. *כִּי יִעָטֵף* *Quando tristitia obruitur*, vid. de hoc

hoc verbo not. ad Pf. LXI, 3. — וְלִפְנֵי יְהוָה יִשְׁפָּף שִׁחוֹ
Et coram Jova effundit sollicitudinem, s. querelam suam.
 De שִׁחָ vid. not. ad Pf. LV, 3.

3. אֶל-חֲסוֹמֵר בְּנִיהַ מִמֶּנִּי Cf. not. ad Pf. XXII, 25. —
 לִי Die, tempore, quo *angustia* est *mihī*, ellipsis
 relativi, ut Pf. LIX, 17., et hemistichio proximo.

4. כִּי-כִלּוֹ בַעֲשׂוֹן יָמַי, *Nam consumiti sunt fumi instar,*
 qui a vento dissipatus, disparet, et nullum vestigium re-
 linquit, *dies vitæ meae.* Pro בַעֲשׂוֹן legunt et hic codices
 plures בַעֲשׂוֹן, ut Pf. XXXVII, 20., ad quem loc. not. cf.
 In altero hemistichio ambigitur de nomine מִזְקָר, quod
 alii *materiam ignis, s. lignum igne adustum* (coll. Arabico
 وَقُوت) interpretantur, Alexandrino auctore, qui Φρύγιον
 reddidit; quod *Vulgatus cremium* reddidit; alii vero, post
 Kimichium, *focum* (coll. feminino מִזְקָרָה, Levit. VI. 2.);
 quod si *sumas, de lapillibus foci* intelligendum erit, qui,
 quod perpetuo uruntur, ita consumuntur. Vel intelligun-
 tur *lateres*, qui sunt et ipsi coctione ulli, et quasi tolla
 saxa, ut hic idem dicatur, quod Pf. XXII, 16. יָבֵשׁ בְּחָרָשׁ
 כְּחִי *Offa mea, עצמותי, i. e. vigor, et robur corporis*
mei universum, ut Pf. XXXI, 11. LI, 10.

5. הַפָּה כַעֲשֵׂב וְיָבֵשׁ לְבִי *Percussum est* scil. aestu so-
 lis (de quo verbum נָבָה, *laesit, percussit*, et Jon. IV, 8.
 Hof. IX, 16. Pf. CXXI, 6. dicitur) *velut herba, et exaruit*
cor meum, i. e. qualis herba sole adusta, sic ego miser
aerumna contabui. *Percussum est cor meum,* pro: ego
 sum percussus, ut illud Ennii apud Gellium (VII, 2.):
quem credidit esse meum cor, pro: quem ego credidi. Et
 Homerus Iliad. A. Vs. 395. ἀκρότην Διός, *cor Jovis,* pro
 ipso Jove posuit. כִּי שִׁבְחָתִי מֵאֵל לְחַמִּי *Nam adeo moe-*
lus et infirmus sum, ut oblitus sim et per oblivionem
deserim a Comedendo panem meum, id quod evenire so-
let insigni animi perturbatione et trillitia percussis, cf.

1 Sam. I, 7. 8. XX, 34. 1 Reg. XXI, 4. Dan. VI, 19. Job. XXXIII, 20. Ita apud Homerum Iliad. Ω, Vs. 129. 130. Thetis Achilli dicit: *Fili mi, quousque flens et dolens arrodes cor, μεμνήμενος οὐδὲ τι στρού, οὐτ' εὐνήε, neque memor cibi, neque cubilis?*

6. מְקוֹל אֲנַחְתִּי הִבַּקָה עֲצָמֵי לְבַשְׁרִי. *A voce gemitus mei, a dolore, in gravissimos et clamoros gemitus erumpente, adhaeret os meum cuti meae, nam בֶּשֶׂר non solum carnem, verum et cutem exteriorem significare, ut*

Arabum ⁵¹¹ بَشَرٌ et ⁵¹¹ بَشْرَةٌ, recte jam Kimchi observavit, cf. MICHAELIS *Supplem.* p. 236. Sic Plautus: *pellis et ossa sum macritudine, carne scilicet interjecta consumta.*

7. De קָאָא et כֹּס vid. BOCHARTI *Hieroz.* P. II. La II. Cap. XXIV. et XX. (Tom. III. p. 40. seqq. et 14. seqq. edit. Lips.), et not. ad Levit. XI, 17. 18. Verisimillima est onocrotali et noctuae s. bubonis interpretatio, quarum avium voces ejulatui similiores sunt, quam can-

tui. Et quemadmodum noctua Arabibus أم الخراب, *mater rudera*, dicitur, ita et h. ל. כֹּס הַרְבּוּא habetur, quod inter rudera et in solitudine degit. Sensus est: ejulando factus sum sicut una ex avibus, quae solitudines incolit; sicut onocrotalus aut bubo, nihil sono non triste et funestum. Pro כֹּס in codd. nonnullis כֹּס legitur, quod ipsum jam Hieronymum in suo codice reperisse, patet ex hoc *Epistolae ad Sunniam et Fretellam* loco (T. II. p. 653. edit. Benedict.): *In Hebraeo pro nycticorace verbum Bos scriptum est.* Ita verborum nostrorum sententia haec erit: *sum ut proculcatio ruinarum, i. e. ut ruinae, quae pedibus calcantur.* Lectionem receptam commendat hemistichiorum parallelismus, quippe qui in altero hemistichio avis nomen requirit, quod respondeat קָאָא in membro priore.

8. שָׁקַדְתִּי *Vigilavi, i. e. ita me curae et aerumnae exagitant, ut somnum capere non possim, numquam dor-*

mio. Verba נחיה צפור נחיה Hieronymus recte trans-
tulit: *sui sicut avis solitaria*, etenim צפור h. l. non *passerem*
significat, sed *avem* in genere (cf. BOCHARTI *His-*
roz. P. II. L. I. Cap. XXI. Tom. II. p. 721. edit. Lips.).
Et recte monuit Bochartus (p. 730. seqq. l. c.), intelligen-
dam esse avem nocturnam, veluti *noctuam*, vel *bubonem*.
Eo enim primum pertinet, quod noctem infomnem se
agere noster dicit; nocturnis vero avibus et lucifugis vi-
gilias fere perpetuas tribuunt omnes scriptores; loca
plura congescit Bochartus l. c. Deinde צפור נחיה , *avis*
solitaria, merito dicitur *bubo*, vel *noctua*, quia in de-
sertis locis degit, ut Versu praecedente dictum. Hinc

Damir: *Noctuarum plures sunt species*, وكلها تحب
 $\text{الخلوه بانفسها والنفر}$ *quae omnes seces-*
sium et solitudinem (propr. ו *segregatum esse*) *amant.*
Sed et ideo *bubo* vocatur *avis solitaria*, quia gregale non
est animal, sed solivagum. Unde VIRGILIUS *Aeneid.*
IV, 462.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Visa queri, et longas in fletum ducere voces.

Cum quo Virgiliano loco noster etiam in eo convenit,
quod solitariam suam avem Psaltes על-גג , *supra tectum*,
describit. Quamvis enim bubones et noctuae in desertis
locis nidificent; noctu tamen ad urbes et ad loca culta
nonnumquam se conferre, et ex aedium tectis et culmini-
bus feralis suum carmen occentare, in more habent. Hinc
OVIDIUS in *Ibin* Vs. 223.

Sed in adverso nocturnus culmine bubo.

Et VIRGILIUS *Georgic.* I, 403.

— — — — — *de culmine summo*

Nequicquam seros exercet noctua cantus.

Pro נחיה in codd. quibusdam, a Kennicotto et de Rossio
notatis, נחיה , *vagabunda*, reperitur. Quod ipsum et Sy-
rus expressit: *sicut avis* נחיה , *quae volat super te-*

cto. Utramque lectionem combinavit Chaldaeus: *sicut avis בְּחֹרֵיהָ*, *בְּפִרְחָהּ וְנִירָהּ*, *quae volat et vagatur solitaria.* Sed בִּזְרָהּ requirit Masora impressa ad Jes. XIV, 31. et Hof. VIII, 9.

9. מִהֶלְלִי *Insanientes in me*, infano modo mihi insultantes. Suffixum resolvi potest subaudita praepositione, ut Pf. XVIII, 40. קָמִי, *insurgentes contra me.* בִּי כִּי בָעִיר *Per me jurant*, dicendo: accidat mihi, quod Judaeis, si fallo. Sensus: a meis miseriis argumenta et exempla sumunt, si quid mali imprecari volunt, vel sibi, ut jurantes, vel alteri, ut maledicentes; execrationum formula sum. Cf. Jes. LXV, 15. Jerem. XXIX, 22.

10. כִּי-אֶפְרַח בְּלֶחֶם אֶכְלֶתִּי *Nam cinerem instar panis manducavi*, i. e. luctus quippe pro victu mihi est. *Cinns* pro luctu, qui inter cineres, et in sacci veste et squalore in terra procumbentium usurpabatur, cf. 2 Sam. XIII, 19. Jes. LXV, 25. Ezech. XXVII, 30. Job. II, 8. XLII, 6. Hoc igitur, dicit, est hunc cibus meus; nam cinere pro pane uti nemo potest. Ita autem hoc accipere, quod panem de cinere immundum comederint, mihi quidem minus videtur consentaneum. Sicut enim Pf. XLII, 4. dicitur: *lachrymae mihi panis s. cibus sunt* (ad quem 1. not. cf.); ita haec etiam h. l. accipienda. Codd. aliquot בְּלֶחֶם, *cum pane*, s. *pro pane*, exhibent.

11. Idque mihi evenit מִפְּנֵי-זַעַמָּה, *propter indignationem tuam.* Verba נִשְׁאַחֲתִי וְחָשַׁלְתִּינִי, *extulisti me et projecisti me*, duplici sententia accipiunt et interpretantur; primum de sublacione, quae fit infliccionis causa, hoc modo: quemadmodum qui vult rem aliquam majore cum impetu deorsum in terram projicere, illam prius in altum attollit, sic tu me sublimem extulisti, ut vi majore, et ex alto praecipitem dares. Extulisti me ad summum dignitatis et felicitatis fastigium, nunc vero in extremas miseras dejecisti. Quod si numquam meliorem fortunam essem expertus, aequiore profecto animo haec ferrem mala; summum quippe genus infelicitatis misero est,

fuisse aliquando felicem. Cf. Thren. II, 1. Secunda sententia est; verba sic esse accipienda: in ira tua velut turbine *sustulisti me* (Jes. LXIV, 5. Ezech. III, 14. Job. XXVII, 21.), *et projecisti*, similitudine desumpta a vento rapido, qui obvia quaevis, etiam homines, abripit, tollit, et perdit, qualem turbinem descripsit LUDOLPHUS in *Hist. Aethiop.* Lib. I. Cap. V. et *Commentar. ad Hist. Aethiop.* p. 102. seq.

12. יָמַי כְּצֶל נְטוּי *Dies mei sicut umbra extensa*, s. *inclinata*, quae scil. sub vesperam continuo fit major et tenebris propinquior, mox etiam evanida, discedente sole, cf. Jud. XIX, 8. Jerem. VI, 4. Pf. CIX, 23.

13. וְאַתָּה יְהוָה לְעוֹלָם הָשֵׁב *Tu vero, Jova, in aeternum sedebis*, i. e. tui similis manes, et constans in aeternum miserando, etenim de misericordiae aeternitate, non essentiae Dei, ut Pf. XC., haec capienda esse, docet Versus, qui proxime sequitur. וְזָכְרָה לְךָ נָחַר *Et memoria tua per omnes generationes*, memor es foederis tui et promissionum tuarum in perpetuum. Pro וְזָכְרָה in nonnullis codd. כְּסֵאֶךָ, *thronus tuus*, legitur, quod ipsum et Aben-Esra in suo codice reperit. Sed observavit jam Kimchi, mendum hoc esse, natum ex confusione nostri Versus cum simili Thren. V, 19. Cf. BUXTORFFI *Anti-Crit.* p. 840. Et וְזָכְרָה veteres omnes exprimunt.

14. Tu ergo exurges tandem, quod certissime spero futurum, et miseraberis Zionis, quando (כִּי) tempus miserendi advenerit. Alii: tempus enim adest miserationis promissae, venit tempus, quod tu praefiniisti, quo subvenias Zioni. Et certe *causalis* particulae כִּי significatio ob ea, quae sequuntur, praeferenda videtur. *Tempus praefinitum* s. *promissum*, מוֹעֵד, scil. a prophetis, maxime autem a Jeremia, XXV, 11. 12. XXIX, 10.

15. כִּי-רָצוּ עַבְדֵיךָ אֶת-אֲבָנֶיהָ *Nam volunt servi tui lapides ejus* (Zionis). Quidam servos intelligunt Cyrum et Darium, ut sensus sit hic: adest tempus Zionis restaurandae (Vs. 14.), nam quos ad hanc rem perficiendam

tibi delegisti ministros, bene cupiunt illius ruinis. Usui tamen loquendi magis est consentaneum, *servis* s. *cultoribus Jovae* populum Israeliticum intelligere, qui, etsi deploret rudera Zionica, et lugeat moles vallas ejus, delectatur tamen iis saxis, quibus haec aliquando conlinit, cujus ruinae ipsi lacrae sunt. *אֶת-עֲפָרָה יִהְיֶנּוּ* Et *pulveris ejus*, i. e. quod in ruinis illa jacent, *miserentur*. *עָפָר*, Pulverem Zionis aliqui solum ejus interpretantur, sed rectius alii *rudera* ejus significari censent, de quibus nomen *עָפָר* et Neh. III, 34. IV, 4. usurpatur; qua ratione etiam Seneca ait in Troade: *ars illa pollens oribus et muris, Deum, nunc pulvis altus*. Item Horatius de Troja: *Ilion fatalis incessusque iudex et mulier peregrina vertit in pulverem*.

16. Tunc, quum Jova hoc praestabit, ut Zion instauretur (Vs. 17.), gentes exterae, et omnes reges terrae ejus gloriam submisse colent.

17. Hic Versus de Vs. 16. pendere videtur: omnes reges terrae venerabuntur Jovam, quod respexerit ad preces etc. Nominis *עֲרֵר*, praeter hunc locum semel tantummodo, Jerem. XVII, 6. occurrentis, significatio incerta est. Plerique a verbo *עָרָה*, *nudavit*, interpretantur *nudatissimum*, i. e. omni auxilio destitutum. Quod ipsum Chaldaeus spectasse videtur, qui *רַמְצֵרִין*, *desolatorum*, nec non Syrus, qui *pauperum* transtulit. Alexandrinus sensu generaliiori *ταπεινός* reddidit. Sed ad *עָרָה* nostrum nomen referre non patitur linguae analogia, quae docet, geminatam ejusmodi formam peculiarem esse verbis, quorum secunda radicalis vel defectiva est, vel quiescit, ut recte monuit SCHNURRERUS in *Dissertat.* p. 167. Jarchius *vociferantem, clamantem* explicat, ex significatione verbi *עֲרֵר*, *vociferantur*, Jes. XV, 5. Juniperi significatio, quam huic nomini vindicare studuit Ol. GELSIUS *Hierobot.* P. II. p. 195. seqq., nec Jeremiae loco satis apta multo minus nostro convenit; incondita enim phrasis: *preces juniperi*. J. D. MICHAELIS in *Supplement.* p.

1971. nomen ערער eadem significatione capiendum censet, quam habet Arabum ^{s c}عُرْعُر, gallina sylvestris, meleagris (das Perlhuhn), quae est avis per deserta vagari solita, et semper querula, tristem sonum et monotonicum edens. Schnurrerus l. c. moribundum interpretatur ex Arabico عُرْعُر, reciprocare spiritum in gutture instar moribundi; quod quidem conjecturis ceteris omnibus anteponendum videtur.

19. Quae res postea literis mandabitur, atque ita memoria haec ad posteritatem propagabitur. Argumentando persuadere conatur Deo, ut impetret, quod petit. In altero hemistichio עם נברא, *populus creatus*, non est *recreatus*, ut aliqui volunt, sed: qui tum erit, et extabit creatus, s. populus, qui successurus est aetati illi, qui adhuc nascendus est, i. q. דר אחרון, quod praecedit. Ita Chaldaeus: עמא דעחר לואחברא, *populus qui in futurum creandus est*.

21. בני המיתה Morti destinati (cf. Pf. LXXIX, 11.), non a Deo, sed ab hominibus, id est, qui nunquam putabantur se recollecturi, ut fierent populus, atque etiam, ut servi, jam essent in manu hostium, qui de ipsis facere possent, quod vellent.

23. Tum, quando magno numero convenient Hierosolymis populi, et reges et regna multa, ad communem cultum serviendi Jovae.

24. ^{ררה} Viam, aliqui de variis exsilio migrationibus interpretantur, Chaldaeo auctore, qui hunc Versum sic reddidit: אסתנה מן טורה ראורה בלוחא חילי אסתקרון יומי, *afflicta est a labore itineris exsilio vis mea, abbreviati sunt dies mei*. Quod sequutus Aben Esra, „poeta,“ inquit, „hoc dixit sub persona piorum, qui exules erant in terra longius remota, quum venerit tempus salutis, quod morituri videantur in via, antequam Hierosolymam veniant. Afflixit scil. hostis per viam virtutem meam, i. e.

stineris longitudine et vexatione demigrandi, diversaque loca et regiones commutandi; itaque acciliis viribus absumtisque diebus vereor, ne me prius vita deferat, quam salutis et liberationis tempus adveniat. Magis contentaneum tamen videtur, *viam* h. l. de cursu vitae accipere, et nomen ad עַבַּד *Deum* intelligere, hoc sensu: exercet nos Deus in hoc cursu nostro, in praesente conditione nostra, graviter, et debilitat vires nostras; labore et dolore praecidit nobis de tempore vitae nostrae. Alexandrinus hunc Versum sic reddidit: Ἀπεκριθῆ αὐτῷ ἐν ὁδῷ ἰσχυρός αὐτοῦ, τὴν ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν μου ἀναγγεῖλον μοι, unde Vulgatus: *Respondit ei in via virtutis suae: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* Pro עַבַּד, afflixit, legit עָבַד, pro כְּחֵי porro τὰ Chethib, כְּחֵי, pro קָצָר pronuntiavit קָצָר, *abbreviatio*, ex Versu denique, qui proxime sequitur, desumpsit duas voces אֲמַר אֱלֹהִים, eas vero legit hunc in modum אֲמַר אֱלֹהִים, *dic mihi*, (quod ipsum et Syrus expressit) pro אֲמַר אֱלֹהִים, *Dico Deus mi.*

25. Verba אֲמַר אֱלֹהִים - חַיֵּי עַבְדִּי Chaldaeus recte trenstulit: אֲמַר אֱלֹהִים מִן עַלְמַי, *ne tollas, s. auferas me e mundo, ne mori aut interire me finas, ut verbum הָעֵלִיּוֹת et Job. XXXVI, 20. usurpatur.* Integri hemistichii prioris sententia haec est: ideo (quod tam graviter afflicti sumus) querentes dicimus: mi Deus, ne tollas me in medio cursu meo, pendente adhuc incompleta promissione tua. בְּדוֹר שְׁנוֹתָיָהּ *Per omnem aetatem permanent annuiti.* Quomodo allegetur aeternitatis mentio, hoc loco clausula Psalmi (Vs. 29.) demonstrat; sic enim argumentatur: Deus aeternus est, et semper idem manebit, ideo nec promissa sua fallent, aut vicissitudini ac mutationi obnoxia erunt, nec populus ejus unquam peribit.

26. לְפָנֵינוּ *Antea, olim i. e. dudum ante nos, ut Deut. II, 12. 2 Par. IX, 14. Chaldaeus: מִן שְׂרֵיטָא דְאַחְבָּרִי מִן שְׂרֵיטָא דְאַחְבָּרִי a principio, quum crearentur omnes creaturae.* Alexandrinus κατ' ἀρχαίς, Vulgatus *initio.* הָאָרֶץ יְסֻדָּהּ *Terram fundasti, et in basibus quasi suis eam constituisti.*

Jes. XLVIII, 13. LI. 13. Pf. XXIV, 2. Recte Aben-Esra haec ad Verbum praecedentem referenda observat, ut nihil dicatur aliud, quam hoc: ante coelum et terram, ante has creaturas tuas fuisti; tu es omnibus rerum initiis antiquior. Kimchi: „Ac si diceret: *sicut permanes sine fine* (Vs. 25.), *ita etiam primus es, sine principia; tu namque coelum et terram secisti.*” וַיַּעֲשֶׂה רִיבֹהוּ שָׁמַיִם Potente tua manu ipsum quoque coelum est conditum et firmatum.

27. הָמָּה יֵאָבְדוּ *Ipsi coeli et terra* (Vs. 26.) *interibunt.* Sunt, qui post Kimchium, hypothetice haec sumenda putent, hoc modo: *ipsi etiam coeli et terra perituri essent, si velles*, propter loca Jerem. XXXI, 36. Pf. CXLVIII, 6. Coh. I, 4, quae loca tamen non de aeterna sed constanti hujus universi conservatione usque ad constitutum a Deo finem mundi loquuntur, nec alio sensu, quam promissio illa Genes. VIII, 22. intelligenda sunt. Nam mundum hunc interiturum credidisse priscos Hebraeos, patet ex Jes. LI, 6. Job. XIV, 12. Et vetus haec est opinio, inter plures antiquitatis populos recepta. Vid. Grotius *de Verit. Relig. Christ.* L. I. §. XXII. p. 115. 116. ed. Jenae 1726., et ejusdem Annotatt. ad 2 Petr. III, 7. וְהָאֵתָּה תֵּעָמָד *Tu autem stabis, permanebis* sine omni mutatione, sine aut interitu. וְכֻלָּם כַּבְּגָד יֵבֶלֶי *Et universitas eorum, i. omnia illa sicut vestis, quae vetustate dissuitur et rumpitur, veterascent.* בְּלִבוֹשׁ תַּחֲלִיפֵם *Tanquam amictum, mutabis eos, et mutabuntur, i. e. mutabuntur sicut vestis, quae usu deteritur, quando tibi visum fuerit, mutare ea tollereque.*

28. וְאַתָּה הוּא *Tu vero ipse idem es et semper permanes immutabilis, etiam promissis et voluntate*, Jes. LIV, 9. 10. וְשָׁנֹתָיִךָ לֹא יִתְמוּ *Et anni tui non absolventur unquam aut finem habebunt.* Sicut namque ante conditum mundum extitisti (Vs. 26.), ita etiam post eundem (Vs. 27.) extiturus es.

27. Unde saltem בני-עבריה *fili fervorum tuorum*, tametsi, qui nunc vivimus, praesentia expectatae salutis et liberationis nostrae ex hoc exilio non fruermur. Aliis *soboles fervorum Jovae sunt Israelitae, Abrahami, Isaaci et Jacobi posterii*. יושבי *Habitabunt* subaudiunt alii: *Zionem instauratam*, alii, post Chaldaeum et Syrum: *terram patriam*. Ita Kimchi: „reduces facti tempore liberationis semper in terra sua habitabunt, nec unquam iterum inde deportabuntur ipsi aut posterii eorum.“ Rectius tamen ex altero hemistichio repetitur לפניך, *coram te*, quod Alexandrinus bene est τοῦ αὐτῶα interpretatus est; nam quemadmodum Ps. LXXII, 5. לפני ירח *coram luna*, et ibid. Vs. 17. לפני-שמש *coram sole*, significat: *quamdiu luna et sol durabunt*; ita h. l. *coram Jova* idem erit, quod: *quamdiu Jova permanebit, i. e. perpetuo*. Et similis dicitio א-פניך Ps. XVI, 11. in altero ibi hemistichio נצח, *semper* explicatur. Sententia igitur haec erit: *soboles fervorum tuorum, populus tuus numquam peribit*. Alii haec ut preces interpretantur et non ut praedictionem.

PSALMUS CENTESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Celebratio beneficiorum multiplicium Dei, quibus afficit populum suum privatim et publice; inprimis tamen celebrat gratiam et misericordiam Dei et paternam affectionem erga homines in ignoscendo et tolerando imbecillitatem ipsorum. Huic enim et describendae et celebrandae maximam partem Psalmi impendit, quibus attexit postea et de potentia Dei regia. Atque ita et homines omnes, et creaturas Dei universas, exhortatur et evocat ad societatem celebrandi tam beneficum et potentem Deum, et simul etiam angelos et coelestem exercitum, quorum munera Vs. 20. 31. luculente describit. Hebraea inscriptio habet, esse *Davidis Psalmum*. Quod si ita est, sicut non videtur habere causas magnopere dubitandi, omnino laetis temporibus illum scripsisse apparet. Atque alii quidem post initia regni Israëlici, pacato jam regno, aut bellis saltem interquiescentibus, factum carmen existimant; alii vero ad
laeti-

laetitiam illam initiorum Zionii, post introductam arcam, referunt. Sed quum diserte commemoret peccatorum remissionem (Vs. 2, et 8 — 10.), veri simillimum fuerit; tranquillata conscientia, post preces Psalmi LI. hanc gratiarum actionem a Davide editam esse, quando post mortem pueri ex Bathseba nati (2 Sam. XII, 20.) remissum sibi peccatum statuit. KIMCHI et hunc Psalmum, ut praecedentem CII., scriptum existimat sub persona exulum Judaeorum, sic ut quisque cordatus ac pius inter illos Deo laudes et gratias exsolvat pro beneficiis in exilio sibi praestitis, et liberationem constanter expectet. Nec sane absona fuerit conjectura, vetus aliquod Davidicum carmen exilii tempore totius populi usibus accommodatum fuisse, quum et ea beneficia, quae Deus et Mosis, et universo populo Israelitico praestitit, in hoc Psalmo passim celebrentur. Simile exemplum carminis Davidici senioribus temporibus accommodati vidimus Pf. XXIII. Cf. Vol. II. p. 656.

1. בְּרַחֵם אֱמֶת יְהוָה Bene precare Jovae, i. e. celebra Jovam. Verbum בְּרַחֵם si de hominibus erga Deum dicitur, celebrare et laudare significat, atque gratias agere; vid. not. ad Pf. XXVI, 12. XXXIV, 3. Nomini נַפְשִׁי in priori hemistichio respondet in altero כָּל-קַרְבִּי omnia interiora mea, i. e. quicquid in me est facultatis et virium intimarum, id univ. celebret numen sanctissimum.

2. *גמליי* *Retributiones ejus* h. l. pro *collationibus ejus*, i. e. beneficiis, quae contulit et confert, ut Ps. CXVI, 12. 2 Paral. XXXII, 25.

3. Suffixa feminina ad nomina *עוונות* et *חוליות* ad nomen *נפש* Vs. 2. referenda sunt. Pro *ה* positum est syllabicum *כי*, ut Vs. sequ., Ps. CXVI, 19. CXXXV, 9. Cf. SCHROEDERI *Instit. L. H.* Reg. CXXXII. c. Quod Participio *סלה* praepositum est, *ה* demonstrativum, h. l. per ellipsin pronominis relativi *אשר*, usum recipit relativum, ut Vs. sequ. *המעצרכי*, nec non Deut. VI, 8. Ps. XLIX, 7. LXVI, 9. Transferendum igitur: *qui condonat omnes iniquitates tuas*, ita ut nulla profus punienda reservetur. Cf. Ps. XXXII, 1 — 5. Nomine *חוליותי*, *infirmities tuas*, plures interpretes non tam corporis, quam animi aegritudines intelligendas censent, propter suffixum ad *נפש* referendum; et hoc modo nomen illud erit *επιεξιγγοσις peccatorum* in priore hemistichio. Haud scio tamen, an sequens Versus ostendat, de corporis potius, quam animi malis, atque de morbis, haec esse interpretanda, certe morbum esse minime excludendum. Si non errat conjectura supra proposita de tempore Psalmi, et quod post preces Psalmi LI., et occasione illa, hunc scripserit, nimirum summas animi aegritudines, propter peccatum, et ex sensu irae Dei, pertulerat, in quibus verisimile, etiam corporis morbum eum contraxisse; hoc quidem certum, in tantis animi aegritudinibus corpus etiam non potuisse bene esse affectum. Nomen vero *נפש*, ad quod suffixum pertinet, non solum *animum*, verum totam hominis personam comprehendere, notissimum.

4. *הבואל משחת חייבי* *Qui redimit de fovea vitam tuam*, qui ab interitu et sepulchro vindicat vitam tuam. *המעצרכי חסד ורחמים* *Qui coronat te*, cingit et ornat omnibus a partibus *clementia et misericordia*, qui beneficiis misericordiae suae multiplicibus adest laboranti tibi.

5. Nominis *עריה* significatio h. l. non est satis certa. Chaldaeus interpretatus est *ימי סבתיכי*, *dies senectutis tuae*,

tuae, et si עָרִי idem significaret quod עַר numerus, mul-
 titudo annorum (coll. Arabico ع, *seculum*). Alias עָרִי
 ornatum, ornamentum significat, ut Exod. XXXII, 5,
 2 Sam. I, 24. Jes. XLIX, 18. Hinc Aben-Efra et Kim-
 chi h. l. et Pf. XXXII, 9. nomen illud *genas, malas, ma-*
xillas notare conjecerunt, ab *ornatu* sic dictas, quod to-
 tam faciem ornent, eique venustatem concilient, quemad-
 modum et לְחִי *maxilla* est a radice Aethiopico לְחִי, *venu-*
stus, formosus fuit, in Conjug. VI. *ornavit se*. Ita ad
 verbum transferendum esset: *qui satiat bono malas tuas*,
 i. e. qui victu bono satiat te largiter. Alii per metony-
 miam *genam* h. l. pro ore positam putant. Tale quid spe-
 ctavit haud dubie Alexandrinus, qui ἐπιδύλαυν σου, atque
 Syrus, qui *corpus tuum*, reddidit. Sunt
 etiam, qui *ornatu* h. l. *animam* significari existiment,
 ut noster locus conveniat cum Pf. LXIII, 6. *Adipe et*
pinguedine חֲשַׁבַּע נַפְשִׁי *satiatur anima mea*. J. D. MI-
 CHAELIS ut Pf. XXXII, 9. ita et h. l. nomen hebraicum
juventutem interpretatur (vid. supra Vol. II. p. 823.), et
 Versum integrum sic transferendum censet: *qui satiat ju-*
venilem aetatem tuam bono, facitque, ut senescentis ju-
ventus renovetur aquilae in morem. In altero Versu he-
 mistichio verbum חֲחַדְשֵׁנִי aliqui pro secunda persona ha-
 beht, transferuntque hoc modo: *ut renoveris, aquilae in-*
star, pueritiâ tuâ. Sed ita verbum illud ad *animam* per-
 tineret, ut cum suffixo feminino ad נַעֲרִיכִי etiam verbo
 feminino חֲחַדְשֵׁנִי dicendum fuisset. Melius itaque Alexan-
 drinus et Vulgatus reddiderunt: ἀναναιωθῆσεται ὡς ἀε-
 τῶν ἢ νεότης σου, *renovabitur ut aquilae, juvenus tua*;
 facta hic, ut alias passim, constructione non ad *numerum*
 aut *terminationem* masculinam nominis נַעֲרִים (nam etiam
 נַשִׁים, *mulieres*, et עָרִים, *urbes*, feminina sunt, Aben-
 Efra monente), sed ad *sensum* et cognatum נַעֲרִי, *cujus*
 Pluralis extat Jerem. XXXII, 20.; vel, quae Kimchii est
 .sen-

sententia, subaudito ante nomen plurale נעִרְרִיבִי alio singulari, הוֹלֵרָה, *renascentia* f. *qualitate*. Similis generis ac numeri discrepantia reperitur Gen. I, 14. וְהָיָה מֵאֲרֶבֶת, et Pf. LVII, 2. יַעֲבֹר הַיָּמָה. Cf. SCHROEDERI *Syntax. Reg.* LXII. et GESSENI *Lehrgeb.* p. 720. — כַּנְּשָׁר *Instar aquilae*, novis plumis indutaë. Neque enim in aquila juvenus renovatur aliter, quam cum veteribus pennis novae succedunt; quomodo Romanis serpens *senectam exuere* dicitur, cum veterem pellem deponit. Conferendus locus Jes. XL, 31. *Sperantibus in Dominum instaurabuntur vires, succrescent pennae sicut aquilarum.* Loquitur propheta, haud aliter quam noster vates, de aquilarum plumis, quæ post *ψλωσίν* redintegrantur, unde fit, ut aquila vegetior, adeoque etiam junior esse videatur. Ceterum alii utrumque Versus hujus hemistichium connectunt hoc modo: qui bonis te latiat, et hoc modo instaurat aetatem tuam, ut conservetur vegeta et vigen, sicut aquilae, etiam in senecta tua. Alii vero ad praecedens colon posterius hoc non aggregant, sed ut ἐπεξήγησιν praecedentis interpretantur, ut sit: qui facit, ut semper maneat juvenis, nunquam senescere videaris; non multum discrepante sententia.

6. Qui jus et justitiam praestet iis, quibus injuria inferitur, et qui vi aut fraude circumventi opprimuntur. עֲשׂוּקִים *Qui vim patiuntur*; nihil autem tam est contrarium juri, quam vis; complectitur vero haec h. l. utramque, et manifestam, et occultam, id est, violentiam et dolos. Alii simpliciter et generaliter interpretantur, ut sit: qui exercet justitiam, conservando pios et perdendo impios. Repetitur eadem sententia Pf. CXLVI, 7.

7. יוֹדֵיעַ דַּרְכֵי לַמָּשָׁה *Notas fecit (Futurum loco Praeteriti)* sicut Exod. XV, 1. Jos. VIII, 30. Pf. CVI, 19.) *vias suas Moysi*, patefecit se et voluntatem suam Moysi, certiore ejus notitiam petenti, Exod. XXXIII. 13. seqq.; יִשְׂרָאֵל עֲלִילוֹתָיו *Israëlitis facta sua* (nota fecit), poten-

potentiam suam Israelitis demonstravit admirabilibus factis suis.

8. אַרְךְּ אַפַּיִם וְרַב־חַסֵּד *Tardus ad iram et multus gratia*; non est ad irascendum puniendumve proclivis, irritatus autem ad iram misericordia eam temperat, et superat in ipso bonitas et misericordia iram et vindictam.

9. Irritatus autem peccatis nostris, non tamen in aeternum saevit puniendo, לֹא לְנֶצַח יִרִיב, *non in perpetuum objurgabit*, s. *objurgare solet*; sicut autem increpare, sic etiam rixari et objurgare Dei, punire est, et animadvertere; nam dicere Dei facere est; cf. Jes. III, 13. Jerem. II, 9. Hof. IV, 1. — וְלֹא לְעוֹלָם יִשׁוּר *Nec in aeternum servabit* scil. iram, אַךְ לְנֶקֶם; quomodo verbum נָטַר, *servare*, per ellipsin saepe dicitur de eo, qui animum iratum diutius retinet, injuriaeque memoriam non facile deponit; vid. Levit. XIX, 18. Jerem. III, 5. 12. Nah. I, 2.

11. Immensa est misericordia ejus, et tanta, quanta est coeli supra terras eminentia, erga eos, qui timent coluntque eum religiose.

12. כָּרַחַק מִזֶּרֶחַ מִמֶּעַרֵב הִרְחִיק מִמֶּנּוּ אֶת־פְּשָׁעֵינוּ *Secundum elongari*, i. e. quanto intervallo distat oriens ab occidente, tam longe etiam abstulit a nobis delicta nostra, ut nihil apud nos reum, aut reatus, maneat, nobisve noceat, aut amori ejus erga nos obstet, aut officiat.

14. כִּי הוּא יָדַע יִצְרָנֵנוּ *Nam ipse novit fingi*, s. *figmentum nostrum*, quale opus simus, id est, qualis massa, et tanquam testacei quidam, e terra et luto facti. Sensus est: non animadvertit in nos severius, sed rationem habet imbecillitatis et miseriae nostrae, novit enim, quales simus et quam sit conditio nostra misera et infirma. Malunt tamen alii: *figmentum nostri*, i. e. cogitationes, quas animo nostro fingamus. Ita Chaldaeus: *concupiscentiam nostram malam, quae ad peccata nos inducit*; coll. Gen. VI, 5. VIII, 21. Deut. VIII, 21. Kimchi: „nam in natura hominis est, ut peccet.“ Sed priorem illam interpretationem commendat hemistichii sequentis parallelismus,

quo itidem fragilitatis mentio est: *memor est, nos esse pulveris instar.*

16. Homo, et res humanae et vita aetasque ejus gramine similis est, floretque sicut flos in campis (Vs. 15.), qui, cum vento asperiore afflatur, concidit statim et perit, וְלֹא יִכְיֶרְנֵה עוֹר מְקוֹמוֹ, *nec agnoscit eum amplius locus ejus*, i. e. ita ut locus, in quo excrevscens constitit, non habeat amplius inquilinum suum. *Non agnoscere* h. l. idem quod non habere. Vel potest, subaudito Participio: *agnoscens* (cf. STORRII *Observatt. ad Anal. et Synt. Hebr.* p. 410. not. et p. 412. cf. GEBENII *Lehrgeb.* p. 797.) locutio haec impersonaliter accipi, hoc modo: ut, quo loco constitit, non appareat amplius, aut agnoscat.

18. לְעֹשֵׂיהֶם *Aut faciendum ea*, i. e. qui mandatorum ejus sic meminerunt; ut praestent, quod illa postulant et jubent.

20. לְשֹׁמְרֵי פְקוּדֵי דְבָרָיו *Obediendo voci verbi ejus*, promti ac parati ad capeffenda jussa ipsius, simul ac nuntu quasi voluntatem vobis significat. Infinitivus cum praefixo Lamed hic format Gerundium in do, ut לְאָמַר *dicendo*, לְבַקֵּשׁ, *quaerendo*, Coh. VIII, 17. Cf. Deut. XXVI, 17. XXX, 20.

22. בְּכֹל-מְקוֹמוֹת מְמִשְׁלָתוֹ *In omnibus locis domini ipsius*, non in una tantum terra Israelitica, aut urbe Hierosolymitana, coram arca foederis, sed quam late patet ipsius imperium, per universum orbem terrarum.

PSALMUS CENTESIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Celebrat potentiam, sapientiam et providentiam Dei in creatione universitatis rerum, in ordine atque conservatione rerum omnium conspicuam. Quodsi Davidicus sit Psalmus, quod quidem disertè dicit inscriptio Graecae versioni praescripta, Zioniorum initiorum fuerit. Magis tamen verisimile est, carmen hoc factum esse in laetitia instaurati templi secundi, quemadmodum qui sequitur Psalmus, numero CV., etiam ipse non est Davidicus, sed cento tantum ex Davidico, ut Zionio non possit factus videri. Ad Davidicum quidem praecedentem aggregati hic et sequens videntur tantum propter commune initium. Omnino vero illi Psalmi omnes, qui initiis templi secundi scripti sunt, aut videri possunt in ea laetitia publica facti esse, celebrant beneficia Dei, vel erga genus humanum in genere, vel erga populum Israeliticum *).

3.

*) Psalmum hunc vernacule transtulit, et commentario illustravit D. J. POTT in libro, cui titulum fecit: *Tom. IV.* P p p p *Per.*

3. *עֲלֵינוּ מַיִם עַל־מַקְרָה* *Qui contignat aquis superib-*
ra conclavia f. *coenacula sua*. *עֲלֵיהָ* idem est, quod Ara-

bum *عَلِيَّة*, *coenaculum* in superiore parte aedium, a reliquis aedibus sejunctum, et secessibus destinatum, licet januam versus illas habeat, plerumque clausam, coecam praeterea scalam, per quam descendi, et per peculiarem coenaculo portam exiri in plateam potest, vid. SHAWIT *Itinerar.* p. 188. transl. teuton., qui pluribus de hac re egit, et J. E. FABRI *Archaeolog. Hebr.* p. 442. Eadem significatione Hebraeum *עֲלֵינוּ* Jerem. XXII, 13. 14. 1 Paral. XXVIII, 11. 2 Paral. III, 9. occurrit. Sic igitur et noster Deo tribuit sua coenacula, suos secretos a mortalibus secessus, aqua, glacie, nubibus, grandine contabulata. Arabibus etiam supremum coelum, sedes beatorum,

tanquam propria poëtis voce *عَرْفَة*, *coenaculum*, dicitur. Vid. Sur. XXXIV, 36. Chaldaeus: *דְּמַלְלַת בְּמֵימָה הִיא* *Qui operit aquis instar structurae*
trabium porticus suas.

4. Duplex est hujus Versus interpretatio, quum praedicata in subjectum, ut Dialectici appellant, et subjecta in praedicatum converti possint, et sint haec in Hebraeo *ἀμφίβολα*. Hebraei, ut Jarchins, Aben-Esra et Kimchi, interpretantur sic, ventis Deum uti pro nunciis, et ignis
etiam

Versuch über den Schöpfungshymnus Genes. I., seinen Nachhall Ps. CIV., und die Noachische Fluth (Berol. 1799. 8.), Epist. IX. X. XI, p. 245. — 300. Nostrium Psalmum Vir Doctissimus inchoandum censet Versibus 19 — 22. Psalmi CIII., ab hoc divellendis, rationibus pluribus, quas longum est hic afferre et perpendere. Cf. THEOD. FRITZ *Commentat. in Psalmum centesimum quartum*, Argentor. 1821. in octon.

etiam ministerio, atque ita ministris utrisque; ut ad occasionem mentionis de ventorum quali adrigatione, in Versu præcedente, hoc insuper de ventis ignisque ministerio adjiciatur. Ita hæc erit hujus Versus sententia: tui ministri sunt venti, turbines, et tempellates, quos mittis, quo libet tibi; pro nunciis et legatis hiis uteris: ignis flammâ flagrantis similiter ministrâ est tibi, utrisque imperas, utrique parent tibi, venti et ignis, fulmen et procellæ. Sed epistola ad Hebræos, Cap. I, 7., eamque sequuti multi, et inter alios Lutherus, de iis Spiritibus, qui Angeli a Theologis vocantur, hæc interpretantur; et epistola quidem ad Hebræos ideo ad angelos hæc refert, ut hinc doceat, hos esse creaturas. Secundum hanc igitur interpretandum Versus sic erit; creat sibi spiritus, creat ignem flammeum; qui sint nuncii et ministri sui. *Spiritus* autem aut *ventos*; רוחו, nuntios illos appellatos volunt, quod sint expertes corporis, quum vento et spiritu nullum sit corpus, ut ita dicam, ἀυλώτερον. Alii duplex prædicatum hujus Versus per comparisonem Angelorum cum *ventis* et *igne flammante* de illorum velocitate et efficacia in agendo intelligunt. Ita Chaldaeus:

וַעֲבַד אֱמָתָיו כְּרִחְבֵּי הַיָּם כְּרִחְבֵּי הַיָּם שְׂפָשְׁפֵי הַיָּם כְּרִחְבֵּי הַיָּם אֲשֶׁר מַעֲלֵהָם *Qui facit nuncios suos veloces sicut ventum; ministros suos fortes sicut ignem flammantem.* Alii: illos, qui sunt angeli, facit esse ventos; vestiendo eos substantia venti, ut cum Salomo *valvas ligneas aurum* fecisse dicitur, quando eos substantia auri vestivit, 2 Paral. IV, 18. 22. Simplicissimum tamen videtur, hæc, ut Hebræi faciunt, ad procellas et fulmina referre, quæ alias etiam Deo ut ministros tribuunt Psalmi, v. c. CXLVIII, 8.

6. Nunc enumerat, inquit Kimchi, quomodo a creationis initio terra aquis contacta fuerit. Incongrue namque hoc alii de *diluvii aquis* accipiunt, neglecto profus Psalmi consilio, quod est, creationis opera et beneficia prædicare. Suffixum ad תַּרְסֵס referunt quidam ad *terram*, quæ quamvis Vs. 5: præcesserit in genere semineo, ra-

rius tamen etiam masculino genere occurrit, ut Gen. XIII, 6. Ier. IX, 18. Ps. CV, 30. Ita verba hebraea sic erunt transferenda: *abyffo tanquam veste operuisti eam terram.* Sed possumus suffixum illud masculinum etiam ad ארץ referre (quod aequè masculinum est, e. c. Jon. II, 6. Hab. III, 10. Ps. XLII, 8., quam femininum, Gen. VII, 11. Ezech. XXXI, 4.), hoc modo: *ad abyssum quod attinet, velut amictum eam obduxeras, aut ut tegumentum imposueras terrae,* quomodo verbum ארץ et Deut. XIII, 9. Ezech. XXIV, 7. XXXI, 15. Hab. II, 14. usurpatur. Sensus vix dubius esse potest: aquae operiebant terram totam, sicut vellus corpus tegit atque induit; mergebatur terra aquis ita, ut montes etiam aquae superarent, non minus quam diluvionis aquae, Gen. VII, 19. 20.

7. מן-בְּעֵרְתָּהּ. *Ab increpatione tua,* b. e. a severo mandato, quasi cum interminatione conjuncta, ut Nah. I, 4. Ps. IX, 6. XVIII, 16. Jarchi: „Quum diceres: *congregentur aquae* (Gen. I, 9.); ab ea voce se congregant ad locum, quem constituisti illis, Vs. 8.“ מן-בְּעֵרְתָּהּ אֶרְצָה. *A voce tonitru tui,* i. e. a voce iustar tonitru super illam voraginem edita. Est enim *tonitru*, saepe nominatur in Psalmis *vox Dei* (cf. Ps. XXIX, 3.), hoc tamen loco non de tempestate ulla, de qua et nihil est in historia Mosaica, sed de voce mandantis Dei, ut *σιδωλοποιία* poetica hoc accipiendum. Sensus est, ad vocem mandantis Dei, tanquam ad tonitru, terrefactas aquas concessisse statim quo iuberentur, atque ita id elementum, quod est terrori omnibus, ad mandata creatoris sui trepidasse.

8. יַעֲלֵה הַרִים וְיִרְדּוּ בְּקַעֲוֹת. *Montes efferre se, et vales subsidere coeperunt.* Dicuntur haec sic, sicut de eluvionis aquis decrescentibus, OVIDIUS *Metamorph.* I, 344.

Flumina subsidunt, montes exire videntur.

Talem enim speciem res habet aspectantibus, quasi non aquae, sed montes, et fundus alvei moveatur, et hic fidat,

illi vero surgant. Possumus et simpliciter interpretari: montes eminere, et vallium ima apparere coeperunt. Sed alterum, ut ποιητικώτερον, poetam magis congruit. Alii vero, Chaldaeo auctore, ad aquas haec referunt, hoc modo: conscenderunt montes, et petiverunt valles, sursum deorsum ruendo, ut pervenirent ad loca assignata alveorum suorum. Vel: praecipites per montes et valles ruebant, petebantque loca ima, eis assignata. אל-מקום Ad locum, quem constituisti illis, cf. Gen. I, 10. Nomen מקום in statu constructo ponitur ante particulam relativam, ut Gen. XXXIX, 20. XL, 3. Levit. IV, 24. זה, *Istum, quem*; pronomen demonstrativum hic relative accipitur, vel saltem relativum includit, ut Vs. 26. Ps. LXXIV, 2. Prov. XXIII, 22. Videtur hoc colon rectius referri ad solas aquas, quam ad montium et vallium loca, quae sedem suam numquam mutarunt, sed aquae iussae sunt cedere ex iis locis, quae in his, ante alveos suos, occuparunt, et sequitur sic commodius ad hoc Versus proximus. Secundum alios tamen esset: ita locum postea suum obtinuerunt singula, montes scilicet, valles, et aquae, quem eis assignaras.

9. Limites suos pepigisti aquis, quos non transgrediantur, neque terram extantem iterum obruant. Hi vero limites sunt mari litora, et ripae fluminibus, quibus intra alveos suos continentur.

10. Scaturire facis fontes, בְּתַלְיִם, *in torrentes*, i. e. de quibus rivi promanant, et flumina existunt, quae inter montes labantur fluxu perenni. Priora Versus verba alii faciunt sic: scaturire facit fontes *in convalibus*, vel *per valles*, quum תַּל *et torrentem*, seu *rivum*, atque ita *fluvium*, et *alveum* etiam horum, qui in vallibus est, atque ita etiam *valles* et *convalles* significet, vid. Gen. XXVI, 17. Jes. LVII, 5. Videtur tamen etiam propter Versus proximos 11. et 12. magis esse consentaneum, ut *torrentes* et *fluvios* interpretemur. Ita ante כִּי relativum אֲשֶׁר erit subaudiendum. Qui vero *valles* reddunt, eos

cum Alexandrino post יהלכין subjectum, מי, subaudire necesse est.

11. Sic ישקי potum praebent scil. fontes et torrentes, secundum Aben-Efram, vel, secundum Kimchium, aquae, inter montes decurrentes. In ויהו *Vau* est paragogicum, cf. not. ad Pf. L, 40. ישקרו צמאם *Frangunt sitim suam*, i. e. restinguunt eam, unde nomen אשר *annonam* putant dictam esse, quod ea fames frangitur, Gen. XLII, 1. פראים *Onagri* (vid. BOCHARTE *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. XVI. Tom. II. p. 216. not. 5. edit. Lips.) pro silvarum feris (species pro genere), quae opponuntur bestiis in agris seu campis, הנה שרי, et cicaribus. *Onagrum* vero h. l. ideo ponere voluit, quod quum valde fera bestia in extremis locis solitudinum versetur, sitim magnam ferre necesse habet. Laudat igitur Dei bonitatem, qui etiam solitudines aridas et montosas rigasset, ut haberent ferae, quod biberent.

13. משקה הרים מעליהם *Qui rigat montes e coenaculis suis* (vid. ad Vs. 3.), desuper pluendo. *Montium* nomine plerique synecdochice intelligunt totam terram, atque ita simul agros et camporum a quora; eminent autem in terra montes, ut, hac consideratione, pars terrae haberi possint praecipua. Et sane non montes tantum, sed agri etiam, et hi quidem magis, a Deo fertiles redduntur. Alii tamen montium mentionem eo referunt, quod ubi flumina non sunt, ibi pluviis opus sit. Quae sequuntur, מפרי מעשיה השבע הארץ, *de fructu operum tuorum satiatur terra*, aliqui, post Aben-Efram, intelligunt de *arborum fructibus*, quibus satiatur homo, incola terrae. Quae metonymia tamen durior videtur. Recte vero Kimchi monet, idem, quod priori hemistichio, hic dici, sed aliis verbis. *Opera Dei* h. l. sunt *nubes*, quemadmodum *coeli opera Dei* nuncupantur Pf. VIII, 4. CH, 26. Et respondet עליוהם פד מעשיה. *Fructus vero nubium* est *pluvia*, qua siticulosa terra rigatur et saturatur.

14. Nomen עֵשֶׂב h. l. omne genus herbarum completitur, tam pharmacorum, quam ciborum. לְעֵבְרָה הָאֲדָמָה In ministerium hominum, quae usibus hominum inserviat, i. e. in usum victumque hominum, ut לְעֵבְרָה בֵּיתָהּ יְהוָה in ministerium, in usum, domus Jovae, 1 Paral. XXIII, 24. 28. 32. XXVI, 3. Infinitivus לְהוֹצִיא pro tempore finito ponitur, verbo substantivo הָיָה omisso, ut Hof. IX, 13. אֶפְרַיִם לְהוֹצִיא Ephraim educturus est. Cf. Proverb. XIX, 8. Vid. N. G. SCHROEDERI Syntax. Verb. LXXXVII, 2. n., STORRII Observatt. p. 421., et GÆSENIJ Lehrgeb. p. 782. Itaque haec verba sic erunt transferenda: *producere solet Deus panem e terra.* Alii post עֵשֶׂב distinguunt, ut referatur ad praecedens membrum, atque ad pecorum pabulum; verba vero לְעֵבְרָה הָאֲדָמָה interpretantur *ad operam hominis*, i. e. ad agriculturam (ut infra Vs. 23. Gen. II, 5. II, 23. 1 Paral. XXVII, 26.), quomodo לְהוֹצִיא Infinitivi significationem retinebit: *ad producendum* s. ut producat panis etc. Ita haec erit Versus integri sententia: *producis gramina herbasque ad pabulum pecori et jumentis, quorum opera ministerioque utentes ad agriculturam homines sibi etiam e terra victum producant.*

15. וַיִּינֶן יְשׁוּעָה Et vinum scil. e terra producis (Vs. 14.), quod *laetificat* cor hominis. Subaudiendum est pronomen relativum. לְהַצְהִיל פְּנִים מִשְׁמֵן Ad exhilarandum faciem magis quam oleo. לְהַצְהִיל Proprie: *ad jubulare faciendum* (cf. Kal. Jes. LIV, 1.). Sed Chaldaeus, qui reddidit: לְאַהֲרָא אִפְסָא מִן מִשְׁחָא *ad illustrandum faciem prae oleo*, verbum צָהַל sumsit significatione *lucendi*, ut conveniat cum צָהַר, quemadmodum לְ et דְ saepe invicem permutantur. Sic מְלוֹחַ et מְרוֹחַ, Job. XXXVIII, 32. idem significat. Et לְ pro דְ poni volunt in מְפַלְשֵׁי pro מְפַרְשֵׁי Job. XXXVII, 16. Hinc Aben-Esra et Kimchi nostrum verbum h. l. לְהַאֲדִיר, *ad illuminandum*, explicant. Mens poetae est: Deus quoque e terra vinum producit. cuius beneficio cor hominis sic recreatur, ut et
facies,

facies, in qua laetitia cordis sese prodit, hilarior efficiatur, magisque splendescat, quam si oleo esset peruncta. Alii verba להצחיל פנים כשמן non conjungunt cum his, quae proxime praecedunt, sed Infinitivum, ut Versu 14. להוציא, pro tempore finito accipiunt, ut, verba ita sint interpretanda: *faciem exhilarat ex oleo*. Ita Dathius: *ex oleo facies ejus splendet*. Quod ipsum et Grotio placuit, qui haec פלימוי verba adduxit (*Hist. Nat. LXIV. Cap. 22.*): *Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei*. Verbum ריטער, *fulcit*, i. e. corroborat, de pane dicitur, et Gen. XVIII, 5. Jud. XIX, 5. Cf. Pf. CV, 16. et ТН, ГАТACKЕРИ *Adversaria Miscellanea* L. II. Cap. XVI. p. 357., nec non Cap. XVII., quo hunc et locos plures alios nostri carminis illustrat.

16. Verbum ישבעו, *saturantur*, supra Vs. 13. de pluviae satietate seu copia usurpari manifestum, ut hoc etiam loco idem significare, non sit a veritate dissentaneum. עצי יהוה *Arbores Jovae*, h. l. non proceras et eximias interpretandas puto, ut Pf. XXXVI, 7. *montes Dei* sunt altissimi, sed feras seu silvestres arbores, quae non cultura hominum allaborante, ut sativae, sed sua sponte de terra excrescunt, atque ita solo Deo curante, ut sint *arbores Dei* ferae illae etiam propterea, quod ipse eas conseravit, et nullus hortulanus. Quod ipsum debet alterum hemistichium. Hinc recte Chaldaeus: *arbores, quas creavit Dominus*. Cf. СТОБРИИ *Observatt. ad Anal. et Synt. Hebr.* p. 259. not.

17. חסידה ברושים ביהם *Ciconiam, quod attinet abietes domus ejus*, ciconiae in abietibus nidos sibi extruunt. Ciconiae enim non solum in aedium fastigiis, verum etiam in summis arboribus nidulari solent. Vid. BOCHARTI *Hieroz.* T. III. p. 90. ed. Lips.

18. De יעלים, *ibicibus*, vid. BOCHARTI *Hieroz.* T. II. p. 289. seqq. ed. Lips., et de שפנים, *muribus montanis*, ibid. p. 409. seqq.

19. *Fecit lunam pro statis temporibus*, i. e. ut recte Chaldaeus explicavit, *ut per eam numerentur tempora et festa.* Cf. Genes. I, 14. 16. Verba שמש ידע מבוואו aliqui sic capiunt: *Solem quod attinet novit* scil. Deus *occasum ejus*, cura sua efficit, ut, sicuti oriatur, ita etiam *occidat* sol, noctisque ac diei vicissitudines constanter durent. Ego vero adstipulor iis, qui sic interpretantur: *sol novit occasum suum*, s. locum et tempus occasus sui; profopopoeia admodum elegans, qualis et Ps. XIX, 5. 6. 7. Job. XXXVIII, 12.

22. *Colliguntur*, i. e. recipiunt sese ad lustra sua; quomodo verbum יאסף et Deut. XXII, 2. 2 Sam. XVII, 13. Jerem. XLVII, 6. usurpatur. Cf. STORRII *Observatt.* p. 36.

24. Plena est terra קננייה *possessionibus tuis*, i. e. donis copiarum opulentiae tuae, quae penes te sunt.

25. Et non terra tantum, sed mare etiam ingens illud et vastum, quantumvis sit magnum, totum tamen scattet innumerabilibus animalium generibus. רחב ימים *Spatiosum manibus*, latissimum ex omni parte, vid. Gen XXXIV, 21. Jud. XVIII, 10. Jes. XXII, 18.

27. *Tempore suo*, i. e. opportuno, quando opus est eis.

29. *Avertis faciem tuam, perturbantur*; cum subtrahis eis adspectum benignum tuum, ne pascantur a te et conserventur amplius, tum perturbantur et dolent, in fame et penuria omnium. Alii non de pastu et esca haec accipiunt, sed de conservatione et fottu spiritus vitalis, de quo tamen mox dicit peculiari- ter hemilichium proxime sequens.

30. *Immittis spiritum tuum* i. e. vitalem, animantibus a te inditum (Genes. VII, 21. 22.), *creantur nova animantia, atque ita, nova hac veluti regeneratione, renovas faciem terrae.* Specierum propagatio, et ortus vices, post interitum, quasi novam terram, aut creationem novam hujus repraesentat.

Animadvertere tamen licet, esse, qui non de propagatione specierum haec accipiant; sed de unis et iisdem, ut loquuntur, individuis, quae, Deo subtrahente vitalem spiritum, concidant et aegrotent, et mox inhalando ipso iterum, tanquam in vitam redeant et convalescant; quod tamen posterius Versus hemistichium refutare videtur.

31. *שמח ירה במעשיו* *Laetetur Jova de operibus suis*, sicut ab initio rerum, quum omnia condidisset, delectatus est iis, quod vidit ea bona esse, Gen. I, 31.

32. Solo adpectu suo terram ejusque incolas terret, ut tremant; contactu tantum suo vaporem exprimit montibus, ut fument anxii prae timore. Exilimant respici his ad ea, quae facta sunt in monte Sinaitico, et ad hunc, cum Deus eo descenderet, Exod. XIX, 18. Sed videtur *γεννητός* de fulmine et terrae motu accipiendum, quibus terret terram et homines.

33. Contra vero tollantur tandem e medio profani omnes, qui non agnoscunt hunc Deum, et contemnunt opera ejus. Quod accommodari potest conjecturae supra in Argumento propositae, de tempore et occasione scripti Psalmi. Si enim initiis templi secundi inflaurati scriptum est carmen, multi adhuc eo tempore fuerunt hostes exteri populi Judaici et Dei Zionii, qui oppugnantes populum hunc, simul etiam Deum ejus oppugnarent. Contra horum igitur profanitatem ardor pietatis, de commemoratione hac potentiae et beneficiorum Dei in tota rerum natura incalescens, haec precatur.

PSALMUS CENTESIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Celebrantur beneficia, quae Deus genti Judaeae contulit, eaque percenset a tempore promissionis factae usque ad introductionem et occupationem terrae Canaanicae, quae est historia annorum plurium, quam quadrigentorum, cujus historiae est hic hymnus epitome quaedam, et maxime quomodo sint in Aegyptum deducti, et inde liberati. Instituitur autem haec narratio ad celebrandum beneficia Dei, ut de horum memoria excitetur pietatis studium in populo erga tam beneficum Deum, et ut servent mandata ejus; ut habet clausula Psalmi.

Hujus Psalmi primi Versus quindecim etiam inchoant eum Psalmum, qui refertur 1 Chron. XVI, 8 — 22., et ibi, post constitutos cantores novos, primum a Davide Asapho datus scribitur, qui post introductam arcam in Zionio accineretur. Sicut igitur, si hic centesimus quintus totus ibi, et solus, perscriberetur, non esset res dubia, hunc Psalmum et initijs Zionii factum

factum, et primum ibi a cantoribus novis decantatum esse; ita nunc, quum initium tantum, usque ad Versum 15. ibi recitetur, et reliqua ferme omnia Psalmi illius, qui est in libro Chronicorum, in Psalmo XCVI. scripta extent, atque insuper, quae in hoc nostro post Versum 15. usque ad finem leguntur, nova sit prorsus, et quorum verbum nullum est in Psalmo Zionio 1 Chron. XVI.; planum nimirum hoc fit, hunc Psalmum CV. neque esse Davidis, neque eum, qui in Chronicorum libro perscriptus legitur, sed initium tantum Davidici illius habere, usque ad Versum 15., reliqua autem ab alio auctore ad Davidica illa attexta esse: ideoque, etiam si quindecim Versus Davidici sunt, propter sequentia tamen non potuit Davidis. nomen carmini praescribi, id quod et hac de causa non factum est in nonagesimo sexto, cujus tamen pleraque sunt Davidica. Dubitari autem vix potest, hunc etiam Psalmum eadem occasione factum, qua in Graeca Alexandrina translatione annotatur factus XCVI. (cujus Argumentum cf.); id est, hunc etiam in templi illius secundi initiis, et consecratione hujus decantatum, et ex Davidico illo, qui est 1 Chron. XVI., quindecim primos Versus ad secundi templi consecrationem a rhapsodo, propter argumenti et occasionis similitudinem assumptos esse, quibus postea, quae sequuntur de suo, attexuerit. Ceterum hunc Psalmum cum eo carmine, quod in Chronicorum libro extat, contulit et illustravit G. B.

B. REDDING in *Observatt. Philologico-Critt. de Psalmis bis editis* p. 82. seqq.

1. קראו בשמו *Appellate* s. *compellate nomen ejus*, i. e. expresso nomine ejus, seu nominatim ei gratias agite, appellantes eum Jovam, quo nomine ipse sese indicavit Mosi. Qua *celebrandi* lignificatione haec formula et Deut: XXXII, 3. Jer. XII, 4. occurrit. הוֹדִיעוּ בְּעַמִּים הוֹדִיעוּ עָלֵינוּ *Nota facite inter gentes facinora ejus*, i. e. celebrate praeconiis vestris admirabiles res ejus, gestas ab eo nobiscum; ad omnes populos proclamate admirabilia facta ejus; ea enim nomine עָלֵינוּ indicantur, ut Ps. IX, 12. LXVI, 5. CIII, 7.

2. שִׁירוּ בְּכָל-כְּפִלְאוֹתָיו *Exspatiamini* (cf. not. ad Ps. LV, 3.) scil. commentando *in omnibus mirabilibus ejus*, sonate verbis vestris universa, quae fecit nobiscum mirabiliter. Pro eo infra Vs. 5. זְכֹר וּבְכָל-אֲחֵרֵי אֲשֶׁר עָשָׂה dicitur.

4. דַּרְשׁוּ יְהוָה וְעֹזוֹ *Quaerite Jovam et potentiam ejus*, quo posteriore nomine alii *potens* illius *auxilium* intelligunt, alii vero *arcam Sacram*, praesentiae potentissimae Jovanae symbolum, quae ipsa nomine עֹז et Ps. LXXVIII, 61. CXXXII, 8. אַ Chron. VI, 41. al. significatur. Sedes arcae vero est locus cultui divino destinatus, ut sententia haec sit: convenite ad locum consecratum cultui ejus. Respondet בְּקֶשֶׁת פָּנָיו, quod h. l. proxime subjicitur, de cujus formulae sensu cf. not. ad Ps. XXIV, 6.

5. מִשְׁפַּטֵּי-פִיו *Judiciorum oris sui* nomine alii sententiam poenae divinae adversus Pharaonem et Aegyptios pronunciatam, alii pronunciationem legis, et moralis, et Levitici cultus intelligunt. Sed apposite monuit Reddingius, quum vates Versu 15. demum dicere incipiat de foedere, quod Jova cum Patriarchis pepigit; statuendum potius esse, poetam in generalioribus hic adhuc haerere, atque adeo hoc Versu gentis suae historiam universe spectare.

6. בחירוֹ *Electi ejus*, quos ex ceteris nationibus omnibus in populum sibi peculiarem selegit.

7. בכל־הָאָרֶץ מִשְׁפָּטָיו *In universa terra judicia ejus.* *Judicia* h. l. significant regnum metonymice, quum sint munus regni praecipuum. Sensus est: ipse regnat et dominatur, exercet judicia sua per orbem terrarum universum.

8. Numquam oblitus est foederis sui, cum Abrahamo initi, et Isaac atque Jacobo confirmati (Vs. 9.); semper ostendit se meminisse promissionis a se factae, quam durare voluit ad omnem posteritatem: דָּבַר צִוָּה *Verbum quod mandavit*, respondet עָשָׂה בְּרִיתוֹ in priore hemistichio. Pro זָכַר i Chron. XVI, 15. extat זָכַר, *commemorate*, celebrate, ut excitetur populus ad celebranda beneficia insignia, quibus Jova Israelitas ornavit. Sed praeserendum videtur quod nostro loco legitur, ut pergat vates in enarratione beneficiorum divinorum.

10. וַיִּצְמַדְהָ לְרִצְקֶךָ לְחֵק *Et constituit illud foedus, ratum firmumque fecit repetendo Jacobo in statutum*, i. e. ut decreti instar fieret immutabilis, quo se astringeret.

11. חֶבֶל נַחֲלֹתֵכֶם *Funem hereditatis vestrae*, i. e. tanquam portionem hereditariam, quali fune menfario (Zach. II, 5.) vobis assignatam. Cf. not. ad Deut. III, 4.

12. Idque promisit מִחֵי מִסְפָּר *quum adhuc essent homines numeri*, i. e. numero pauci, faciles numeratu, quod sit de paucis; ut Gen. XXXIV, 30. Deut. IV, 27. Jerem. XLIV, 28., et e contrario infra Vs. 34. Sic et Horatius dicit: *nos numerus sumus*. Pro בְּרִיתוֹם i Chron. XVI, 19. בְּרִיתוֹם legitur, quod ipsum et h. l. in pluribus codd. extat, et Chaldaeus etiam ac Syrus exhibent. בְּרִיתוֹם, ait Reddingius, „magni Critici praetulerunt, et revera primo obtutu longe praestare videtur; nam in sequentibus etiam de Israelitis in tertia, quae dicitur, persona sermo est: at vero, quia tot codices, et versiones vetustiores in utroque loco habent, quod in textu libri Chronicorum vulgatum est, et praeterea Hebraei

braei personas saepe mutare solent, denique quia lectio
 כְּהוֹתֵם difficilius est, eam solam Davidicam censerent.
 Quam autem feriori editori minus commodum videbatur,
 sic legere, ejus loco substituit כְּהוֹתֵם. — *Tan-*
quam parum aliquid et vilis conditionis, coll: Prov. X,
 20. Alii s' h. l. non putant esse similitudinis, sed confir-
 mationis, *vere, plane* exprimendum, ut 1 Sam. X, 27.
 2 Sam. III, 34. Cf. NOLBII *Concordant. Particular.*
 p. 356. Male de tempore hoc vocabulum accepit Kim-
 chi: *quum brevi tempore in terra Canaan fuissent, fame*
migrare inde coacti nunc ad Philistaeos, nunc ad Aegy-
ptios. וְגַרְיִם נָה. *Ac praeterea advenat, aut peregrini in*
ea, terra Canaanis, Vs. 11. 23. Gen. XXIII, 4. Promi-
 fit illis se daturam terram Cananaeam, eo tempore, quo
 familiae eorum paucis adhuc constarent hominibus, qui
 in ea regione, tanquam hospites peregrinabantur, nulla
 cognatione, adfinitate aut amicitia muniti. Sunt, qui
 integram sententiam Versu 14. demum absolvi putent,
 hoc sensu: dum oppido pauci essent, non tamen per-
 misset ulli, opprimere eosdem. Praestat tamen, huc
 Versum cum praecedentenectere. coll: Gen. XV. 9.
 seqq.

13. וַיִּהְיוּ לְכֹהֵן *Et ambulaverunt*, vagati sunt patres
 nostri, ut hospites et peregrini, מֵאֶל-גֹּיִם, *de una*
gente ad aliam, quarum in una etiam terra Cananaea
 plures erant, Gen. XV, 19 — 21. Deut. VII, 1. Alii
 haec verba ad vitam pastoritiam Patriarcharum spectare
 existimant, coll: Hebr. XI, 9. מֵאֶל-עַם אֲחֵר *De uno regno, e.*
c. Philistaeorum, ad populum alium, ve-
luti Aegyptiorum, Gen. XII, 10. XXII, 23., ut vita eo-
 rum, in libro Geneseos a Cap. XII. usque ad finem libri
 descripta, pluribus testatur, e. c. Gen. XII, 1. 8. XIII, 18.
 XX, 1. XXIII, 4. Una eademque sententia tribus hisce
 versiculis 12. 13. 14. continuatur.

14. Non tamen passus est Deus, ut quisquam quic-
 quam damni aut mali eis inferret, imo in reges quosdam,
 ipsorum.

ipforum causa, animadvertit, veluti in Pharaonem, Gen. XII, 17., et Abimelechum XX, 3. 7. 18., testatus ita, singulariter illos sibi delectos esse. Antè Versum, qui sequitur, subaudiendum est לֹא־מֵר, unde et Arabicus interpres,

قايلا, *dicens*, addidit.

15. אֵל-תַּבְּעֵנִי בְּמִשְׁחֵי יָדַי Ne tangatis, laedetis (Gen. XXVI, 11. 29. 2 Sam. XIV, 10. Ruth. II, 9) *unctos meos*, i. e. insignite mihi dicatos consecratosque. *Uctos* vocat poeta patriarchas ex more aetatis suae, non temporis ipforum, qui numquam uncti fuerunt. Sed quoniam tempore Davidis ungebantur sacerdotes et prophetae (vid. 1 Reg. XIX, 16.), quum vellet dicere patriarchas sacerdotes fuisse veri Dei, ac proinde sacrosantos fuisse habendos, vocat eos *unctos*, et in altero hemistichio, *prophetas* etiam, quomodo et Abrahamus Gen. XX, 7. diserte dicitur. Cf. SPHÜRREI. *Dissertat.* (ad Habac. III, 13.) p. 369. Jarchius, Aben-Esra, Kimchi, et alii Hebraeorum, per *unctos* h. l. principes et magnos viros intelligi volunt, quod patriarchae illi apud reges illius temporis et ipsi principes reputati fuissent, quomodo Abrahamo dixerunt Hethitae: *princeps Dei es in medio nostri*, Gen. XXIII, 6. *Prophetas* vero dictos existimant, quod futura praedixissent; ut Isaacus (Gen. XXVII, 27.) et Jacobus (Gen. XLIX.) morientes fata suorum praedixerunt. Hactenus extat hic Psalmus in eo qui habetur 1 Paral. XVI.

16. Aggreditur narrare occasionem, qua Jacobus in Aegyptum migravit, transitque ad describenda breviter historiae Josephi praecipua capita, atque adeo ad celebranda beneficia, quae Deus genti Israeliticae Josephi opera praestitit. וַיִּקְרָא רָעַב עַל-הָאָרֶץ *Vocavit famem super terram Canaan*, vicinasque ei regiones (Gen. XLI, 54. seqq. XLII, 1. seqq.); hoc est, ejus jussu et mandato fames invasit terram. Plena est haec locutio 2. Reg. VIII, 1. *Vocavit Jovâ famem et venit.* Cf. Ezech.

XXXVI, 30. *Vocavi frumentum idque multiplicavi.*
 כל-מטה-להם Vulgatus omne firmamentum panis reddidit,
 h. e. panem, quo vita hominis sustentatur, sicut qui *scipi-*
oni innititur. Nam מטה proprie baculus est s. *scipio*,
 cui innitimur, v. c. Exod. IV, 2., coll. synonymo Exod.
 XXI, 19., Zach. VIII, 4., quod per metaphoram, de
 pane, quo vita sustentatur, etiam dicitur, vid. Levit.
 XXVI, 26. Jes. III, 1. Ezech. IV, 16. coll. Pf. CIV, 15.
 Sub finem hujus Versus subaudiendum est: haec res eos
 ex Cananaea terra in Aegyptum expulit.

17. שְׁלַח לִפְנֵיהֶם *Misit ante eos*, Kimchi: „scil. ante
 Jacobum et filios: Deus enim per immissa Josepho som-
 nia rem ita providentia sua direxit, ut invidia moti fra-
 tres eum in Aegyptum venderent, quo habitationem et
 victum illis pararet, quod ipsum dicit Josephus Gen.
 XLV, 5. לְמַחֲוֵה שְׁלַחְכִּי אֱלֹהִים לִפְנֵיכֶם, *pro salute ve-*
stra misit me Deus ante vos. אִישׁ *Virum*, i. e. unum;
 quod tamen alii עַל־עֲצָוָתָא interpretantur *praestantem*
virum, quomodo אִישׁ alias saepe accipiendum; vid. not.
 ad Pf. IV, 2. Chaldaeus גְּבַר חֲכִים, *virum sapientem*,
 reddidit; coll. Gen. XLI, 38. לְעַבְדִּי *In servum*, quomodo
 ל et Efl. VII, 4. usurpatur: *utinam לְשִׁפְחוֹת*
לְעַבְדֵינוּ in servos et ancillas venderemur. Male alii in Dati-
 vo: *servo*, i. e. ministro Pharaonis, Potiphari, Gen. XXXIX, 1.

18. עָפְו בְּכַבְלֵי רַגְלָיו *Afflixerunt Aegyptii compede pe-*
des ejus, in compedibus captus detinebatur. Cf. Gen.
 XXXIX, 20. XL, 15., etsi ibi non dicitur, quali carcere
 detentus Josephus fuerit. Lectio marginalis, רַגְלָיו, colle-
 ctive accipienda est: בְּרוֹל פָּאָה *In ferrum intravit*, i. e.
 ferreas catenas, vincula durissima subiit, ut Pf. CVII, 10.
 16., subaudito praefixo כ, quocum verbum alias construi-
 tur, ut Pf. LXVI, 12. נַפְשׁוֹ *Anima ejus*, i. e. ipse; cf.
 Jes. XLVI, 2. Pf. LVII, 5. XCIV, 17.

19. וְעַד-בֹּא-רַבְרִי *usque ad tempus venire verbum ejus* scil. Josephi, i. e. do-
 nec venit, et re ipsa impletum fuit verbum Josephi, quod

regiis ministris somnia in carcere interpretatus erat; donec interpretatio somniorum, quae illi duo principes in carcere viderant, exitam habuit, et conectoris veritas re ipsa comprobata est, vid. Gen. XLI, 12. 13. Quamvis enim non illico liberatus e carcere fuerit (vid. Gen. XLI, 7.), tamen illa interpretatio causa potissima fuit, propter quam liberatus est; nam exitu rei comprobata verborum ejus fide, a rege ad sui somnii interpretationem est accitus, et summa secundum regiam dignitate ac potestate ab eo est donatus. Locutio *venire verbum de praedictionibus eventa comprobatis usurpatur etiam* Jud. XIII, 12. 17. 1 Sam, IX, 6. Jerem. XVII, 15. Suffixum nominis דָּבָרוֹ aliqui ad *Deum* referunt, ut sit: *usque ad tempus, quo evenit, et ipso eventu comprobatum fuit verbum Dei*, quo Josepho summam dignitatem et eminentiam inter fraudes per insomnia praedixerat, Gen. XXXVII, 5. — 10. In altero hemistichio אֲמָרָה יְהוָה, *Sermo Jovae*, facultatem divinandi, Josepho divinitus concessam, videtur significare, haec enim ostendit, qui esset Josephus; verbum צָרָף autem, quod proprie coctionem metallorum significat, qua non tantum explorantur, sed etiam puriora et nitidiora redduntur, hoc loco ad nominis et celebritatis claritatem transferri, non potest haberi inconsequentaneum. Sensus est: praedictiones divinationis, a Jova ei concessae, nomen ei et claritatem conciliabant. Minus commode alii: *prophetia per ipsam indicata et impleta, eum purum monstravit*. Alii דָּבָרוֹ in priori hemistichio interpretantur *rem ejus* scil. Josephi, ut fiat, dum veniret tempus, quo demonstraretur, et palam fieret, qui esset, et quid hominis; אֲמָרָה יְהוָה vero *decretum Jovae*; id quod Deus decreverat de Josepho, et צָרָף patefacere explicant, hoc sensu: donec Deus patefecit ejus conditionem, quam illi decreverat, et quae prius ignota erat.

20. Tunc מִלֶּךְ מִצְרָיִם *misit* Pharao, *rex Aegypti* nuntios suos cum mandato; ut Jarchi et Aben-Esra addunt, vid.

100. Gen. XLI, 14., וַיִּפְתְּרֵהוּ, *et solvit eum a vinculis* Pf. CXLVI, 7. — משל עמים *Dominator* (שליטן, ut Chaldaeus posuit) *gentium* Aegyptiarum, et vicinarum, ei sub-
jectarum *misit*, quod e priori hemistichio repetendum, וַיִּפְתְּרֵהוּ *Et a vinculis et carcere exsolvit*, vel, ut Vulgatus habet, *dimisit eum*, aperto carcere et vinculis detra-
ctis Jof. XIV, 17. Jerem. XL, 4. Pf. CII, 21.

21. שמו ארון *Posuit*, constituit *eum dominum*, gu-
bernatorem, qui mancipium fuerat Vs. 17., cf. Genes.
XLI, 30. 33. לְבֵיתוֹ *Domui suae*, aulae et ministris suis,
ut illius administrationem ipse ordinaret, vid. Gen.
XLI, 40. XLV, 8. וַיִּמְשֵׁל *Et dominatorem*, Vulgatus:
ei principem, h. e. *supremum* sub ipso tamen rege (Vs.
20.) *administratorem*, quomodo idem nomen et Gen.
XXIV, [2. usurpatur. בְּכָל-קְנִינֹו *In omnem possessionem*
suam ut eam ita gubernaret, ut potestati, Josepho con-
cessae, ad summum imperium nihil omnino, praeter
thronum, deesset, vid. Gen. XLI, 41 — 49.

22. לְאֹסֵר שָׂרָיו *Ad vincendum principes ejus*, ut
is, qui durissime vinculus fuerat (Vs. 18.), nunc *vinceret*,
i. e. auctoritate et imperio, vel legibus suis eos constringe-
ret, vel ad obsequium, vel ad poenas et carcerem, cf.
Pf. CXLIX, 8. Job. XII, 18., et ad rem Gen. XLI, 44.
שָׂרָיו *Principes ejus* i. e. praecipuos aulae ministros, et
militiae ac provinciarum rectores. *Chubb* hujus vocis,
defectivum (שָׂרָיו), aliqui, a Kimchio memorati, tanquam
singularem numerum, de *Potiphare* intelligendum puta-
runt. Sed pro singulari si habeas שָׂרָיו, collective est ac-
cipiendum. בְּנִפְשׁוֹ *Pro anima sua*, i. e. pro libitu
et arbitrio suo, אִנִּי-נָסִי, *sicut vellet*, ut Syrus red-
didit; cf. Genes. XLI, 40. וְזִקְנָיו *Et seniores ejus*, i. e.
senatores et consiliarios Pharaonis, proceres regni, quo-
modo idem nomen et Gen. L, 7. occurrit, et responde-
t h. l. שָׂרָיו עָרַם. *Sapientiam docuit* scil. politicam
nam sapientior ac prudentior ceteris omnibus reperiri
fuisse dicitur Genes. XLI, 38. 39.

23. וַיָּבֹא יִשְׂרָאֵל מִצְרַיִם *Israel in Aegyptum venit*, Jacobus est h. l. intelligendus, cujus Israel fuit cognomentum, ut sequens membrum sit ἐπεξήγησις praecedentis, aliter quam supra Vs. 10. De populo enim interpretari ideo non licet, quod eo tempore nondum fuerit populus, neque ultra sexaginta sex Jacobi familia tum habuerit, quam secum in Aegyptum adduxerit, quibus si annumeretur Josephus cum suis, uniuersa domus ejus non habuit ultra septuaginta. De אֵרַץ מִצְרַיִם vid. not. ad Ps. LXXVIII, 51.

24. Illic vero וַיִּפְרֵה *fructificare fecit*, s. *fructuosum* et admodum foecundum reddidit, Deus, cujus Vs. 19. mentio facta, et cujus benignitas per totam Psalmum celebratur. Verbum vero illud est futurum conjugationis *Hiphil*, per apocopen tertiae radicalis ה, ut וַיִּבֹל, *captiuum abduxit*, 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11. Cf. SCHROEDER *Institut. L. H.* Reg. LXXXIII, 2. c. וַיַּעֲצִימָהּ *Et robustiorem*, numero et viribus majorem fecit eum prae inimicis suis, Aegyptiis, qui illos seruitute premebant. Intra annos CCXXII. septuaginta illi homines domus Jacobaeae excreverant ad sexies centena millia perditum, exceptis liberis et mulieribus, vid. Exod. I, 7. 9. 20.

25. וַיִּהְיֶה לִבָּם *Vertit* s. *mutavit se*, vel *versum est cor eorum*. Haec verbum *intransitive* reddunt Chaldaeus et Arabs, quemadmodum et accipiendum est Levit. XIII, 3. 4. 13. 20. 1 Sam. XXV, 12. Ps. LXXVIII, 9., et Exod. XIV, 5. in eadem phrasi *Niphal* usurpatur, וַיִּהְיֶה לִבָּם פְּרֻעָה. Qui vero *transitive* reddunt (coll. 1 Sam. X, 9. וַיִּהְיֶה לִּי אֱלֹהִים לֵב, et infra Vs. 29. ipsam פְּרֻעָה ita occurrit), ii hunc *Versum* cum praecedente ita nectunt: *quum vero fructuosorem redderet Deus* — — — Vs. 25. *Vertit ita cor eorum* etc. Grotius: „Fecit autem hoc Deus multiplicando populum suum.“ לְשֹׂנְאֵי עַמּוֹ *Ad odiendum populum ejus Dei*, ut odisse inciperent eum populum, quem propter Josephum olim dilexerant.

Cf. Exod. I, 8. 9. $\text{וְהָחֵבְלָהּ בְּעַבְדָּיו}$ *Ut dolosos se gererent* (Chaldaeus: *ut mala excogitarent*) *in servos ejus*, ut fraudem et dolos, vimque et injurias adversus famulos ejus usurparent ad eos extirpandos.

27. וַיֹּאמְרוּ בָּם *Posuerunt*, ediderunt (cf. Pf. LXXVIII, 43. Exod. X, 1. 2.), *inter eos Aegyptios*, $\text{דְּבַרֵי אֲחֻזָּיִם}$ *verba signorum*, *rerum mirabilium signa*, *ejus*, i. e. prodigia a Deo ipsis mandata. Nomen $\text{דְּבַרֵי אֲחֻזָּיִם}$, ut Exod. IV, 8. Pf. LXV, 4. CXLV, 5.

28. $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים מִתְּנֵיבֹתָיִם}$ *Misit tenebras etiam*, post alias calamitates (Exod. X, 22. 23.), neque enim hic, aut Psalmo LXXVIII. poeta singula prodigia eo ordine refert, quo facta sunt, sed qua in mentem ipsi venit. $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים מִתְּנֵיבֹתָיִם}$ *et tenebras obduxit* iis scil. Deus, vel illa a Deo immissa obscuritas, coll. Pf. CXXXIX, 12. Verba $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים מִתְּנֵיבֹתָיִם}$ ad Moſen et Aaronem referenda ſint, an ad Aegyptios, diſſentiunt. Qui ad hos referunt, vel ſubaudita particula וַיִּשְׁלַח , *amplius*, verba ſic reddunt: *non amplius refragati ſunt verbis Dei*, i. e. non amplius detrectarunt, populum dimittere, prodigiis illis adacti: vel particulam וַיִּשְׁלַח ante $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים}$ *interrogativam* exiſtimant, [quomodo et 2 Sam. XIII, 26., 2 Reg. V, 18. $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים}$ pro $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים}$ dicitur, ut verba ita ſint transferenda: *nonne refragati ſunt mandatis ejus?* i. e. omnino refractarii fuerunt. Interrogatio haud raro pro aſſeſeratione, ut Exod. VIII, 22. Levit. XVIII, 28. 2 Sam. XIX, 43, quibus locis etiam $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים}$ pro $\text{וַיִּשְׁלַח אֱלֹהִים}$. Eum ſenſum forſan Alexandrinus exprimere voluit, qui omiſſa negandi particula, ſimplicem aſſeſerationem poſuit: $\text{καὶ παρεπιπράσαν τον λόγον αὐτοῦ}$. Cf. FULLERI *Miscellann. Theologg.* L. III. Cap. X., et BUXTORFII *Anti-Crit.* p. 659. Qui ad Moſen et Aaronem verba noſtra referunt, hoc ſenſu: exequabantur enim legati duo illi mandata Dei fideliter, quo eodem ſenſu phraſis Hebraea hic uſurpata et 1 Sam. XII, 15. 1 Reg. XIII, 21. 26. uſurpatur. Minus probandi videntur, qui ad naturam haec accommedant, quae paruerit mandanti Moſi, vel qui ſic

sic faciunt, ut sit: neque non paruerunt, mandantibus ipsis, tenebrae, quo minus obscurarent terram.

30. [שָׂרַץ אֶרֶץ צְפָרְדִּים] Dupliciter intransitive verbum שָׂרַץ transferunt: *prorepere fecit Deus terram eorum ranas*, ut Syrus: *רִבְּרַעַתָּהּ רֵפְטָהּ* *reptare fecit in terra eorum ranas*. At convenientius usui verbi Alexandrinus: *ἐξήρψεν ἢ ἔγειρεν αὐτῶν, scaturit*, s. abullit; in maxima copia produxit terra eorum ranas, cf. Gen. I, 20. 21. Nec obstat verbi masculini cum אֶרֶץ conjunctio; quum id nomen nunquam masculini sit generis, vid. not. ad Ps. CIV, 6. Secunda haec calamitas fuit Aegyptiis immissa, vid. Exod. VII, 27. 28. VII, 1. בְּחֹרְרֵי מַלְכֵיהֶם Reptantes etiam in ipsis *conclavibus regum eorum*, i. e. regis et filii successoris (Exod. XII, 29.) aliorumque principum regionum; non enim fluminis tantum oras, et agros, sed pagos quoque, vicos et urbes, imo omnia, ranas repleverunt, vid. Exod. VII, 28.

31. De עֲרַב, quarta calamitate, Exod. VIII, 17. vid. Воспаяти Hieroz. P. II. I. IV. Cap. XV. XVI. et not. 4. p. 434. T. III. edit. Lipf. De עֲרַבִּים vero, quae tertia plaga erat, Exod. VIII, 12. 13. 14., Bochartum l. c. T. III. p. 457. בְּכָל-גְּבוּלָם *Per omnem terminum*, s. ut Vulgatus: *in omnibus finibus eorum*, i. e. per omnem terram eorum. Cf. eandem phrasin Exod. XIII, 7. Jud. XI, 22.

32. בָּרוּךְ בְּהוֹן אֲשֶׁמִיהֶם דָּדִית *Dedit* s. reddidit, fecit (Ps. LXIX, 12.) *pluvias eorum grandinem*, loco pluviarum grandinem immisit, quae septima calamitas fuit, Exod. IX, 22. 25. Ps. LXXVIII, 47. אֵשׁ לְהִבּוֹת *Ignem flammarum*, i. e. una cum igne et fulmine, grando venit cum fulmine et tonitru, Exod. IX, 23.; fuit igitur immissa cum tempestate. Sine causa aliqui de urente grandine interpretantur.

33. וַיִּדָּבֵר בְּפָנָם Kimchi: *et illa grando percussit*; alii: *et sic grandine illa (Vs. 32.) Deus percussit vites eorum*, et etiam Ps. LXXVIII, 47. dicitur. וַיִּדָּבֵר. *Et ficus eorum*,

eorum, pro quibus Ps. LXXVIII, 47. שְׁקִמּוֹתָם, utroque loco arborum hortensium species pro genere earum. וְיִשְׁבֵּר עֵץ גְּבוּלָם Et grandinis fulminisque tactu (Vs. 32.) confregit etiam reliquas omnes arbores termini eorum, h. e. intra Aegyptiorum terminos.

34. Octava poena, locustarum calamitas, de qua vid. Exod. X, 4 — 6. 12 — 15. Ps. LXXVIII, 46.

36. Poena decima et ultima: וַיִּכּוּ כָל-בְּכוֹר Percussit, peremit omnem primogenitum hominum et animalium, una nocte, Exod. XII, 29. 30. רֵאשִׁיטָה לְכָל-אֲוִיָּוָם Primitias omnis, roboris eorum, quod Syrus bene primum quemque foetum eorum, tam pecudum, quam hominum, reddidit, i. q. כָּל-בְּכוֹר, proxime antea; cf. Genes. XLIX, 3. Ps. LXXVIII, 51.

37. וַיּוֹצִיאֵם בַּכֶּסֶף וְהָהָב Eduxit eos Israelitas, servos suos (Vs. 25.), cum argento et auro, h. e. cum argenteis et aureis vasis, quae Israelitarum quisque a vicino suo petierat, Exod. XII, 35. 36. וְאִין-בְּשִׁבְטֵי כּוֹשֵׁל Nec erat in tribubus ejus populi labens, i. e. ἀσθενής, infirmus, ut Alexandrinus et Vulgatus reddiderunt; nullus, qui sequi agmen non posset, ut 2 Paral. XXVIII, 15. Cf. de hac voce not. ad Ps. XXVII, 2. Nullus morbo vel infirmitate ab exitu impeditus erat, sed omnes viribus valentes et expediti iter suum alacriter ingressi sunt.

38. שִׂמַּח מִצְרַיִם Laetatus est populus Aegypti, de quo nomen מִצְרַיִם et Jes. XIX, 2. 3. כִּי-כָפַל פְּחָדָם עֲלֵיהֶם. Quia ceciderat pavor, metus Israelitarum super eos Aegyptios, i. e. invaserat Aegyptios metus, quo metuebant Israelitas, propter ea, quae ipsorum causa eis acciderant, unde exitum eorum non tantum impediabant amplius, sed etiam urgebant et promovebant, Exod. XII, 31 — 33.

39. Egressis vero Deus פָּרַשׁ עֲנָן לְמִסְפָּח expandit nubem pro tegumento (Exod. XXVI, 36. 2 Sam. XVII, 19.), εἰς σκέπην ἀδελφῶν, in protectionem eorum, ut Alexandrinus et Vulgatus transtulerunt, cum a furore persequentis hostis, Exod. XIV, 19. 20., tum ab aestu et ardore solis, quo-

quomodo ענן de nube obumbrante et Jef. IV, 5. dicitur, cf. Sap. X, 17. XIX, 7.

40. Ante שאל Adverbium temporis כִּי, aut כַּאֲשֶׁר subaudiri potest, ut Pf. CIV, 22. *Quum postularet* populus Israeliticus scil. *carnem*, ut Chaldaeus et Arabs addunt, vid. Exod. XVI, 2, 3. וַיָּבֵא שָׁלוּ *Tum adduxit Deus coturnices*, vid. Exod. XVI, 13. Num. XI, 31. 32. et ibi not., nec non Pf. LXXVIII, 27. 28. De לָחֵם שְׂמִים vid. ad Pf. LXXVIII, 24. 25.

41. פָּתַח צֶרֶר *Aperuit etiam*, instrumento usus Moïsis baculo, *petram*, tam in Rephidim, Exod. XVII, 6., quam in Cades, Num. XX, 11. הִלְכּוּ בְּצִיּוֹה *Permeabant aquae* (Pf. CIV, 10.) *arida loca*, Jef. XLI, 18. Pf. LXXVIII, 17. Chaldaeus et Kimchi: *instar fluvii*, subaudita particula similitudinis; Aben-Esra vero ex priore hemislichio *aquas repetit in statu constructo* (מֵי-נְהַר), q. d. *aquae fluminis*, coll. simili constructione 2 Paral. XV, 8.

42. Et haec quidem omnia fecit Deus, quod non desineret meminisse promissionis sanctae suae, quam fecerat Abrahamo. Cf. Exod. II, 24.

44. וַעֲמַל לְאֲמִים יִירָשׁוּ *Et laborem populorum quasi haereditatem occupabant*, i. e. omnia ea, quae illi in eis terris excolendis elaborarant; עֲמַל enim non tantum agriculturae, sed culturae terrae omnis generis labores, ac partas iis opes significare videtur, ut recte complectamur simul oppida, pagos, aedificia, et agros cultos; vid. Deut. VI, 10. 11. Cf. synonymum יְבִיעָם Pf. LXXVIII, 46.

45. Haec omnia contulit iis יִשְׁמְרוּ חֻקֵּי וַעֲבֹרֵי יִשְׁמְרוּ, *ideo ut mandata ejus servarent*, ut, quum gentes ceterae omnes falsos deos colerent, ipsi saltem populus esset pietatis et virtutis studiosus. Kimchi: „hac sub conditione, ut observarent statuta et leges ipsius, eam terram eis concessit, coll. Deut. XXXI, 20.“ הֲלֵלְוּ-יָהּ Ergo, vos Abrahamidae, pro omnibus illis beneficiis celebrate Deum! Eadem est, quae praecedentis Psalmi, clausula; eademque initium et finis lequentis.

PSALMUS CENTESIMUS SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Celebrat et hic Psalmus beneficia Dei, exhibita patribus populi Judaici in solitudine deserta et initiis inquilinatus terrae Canaanicae, inprimis autem misericordiam ejus ingentem, qua ignoverit benignissime peccatis gravissimis ipsorum. Refert autem inprimis, quae omisit Ps. LXXVIII. et CV. Posterior carminis pars (inde a Vs. 41.) post reditum ex Babylonico exilio compositum, aut certe in eam, qua nunc compareret, formam redactum Psalmum arguit *).

Atque.

*) Absoluto demum Babylonico exilio scriptum esse hunc Psalmum, censet etiam SCHNURRERUS in *Dissertat.* p. 484, not. „Neque huic, inquit, sententiae obstat illud, quod 1 Chron. XVI, 34 — 36. verba, quae Ps. CVI. exhibet Versu primo et duobus extremis, dicuntur adhibita fuisse in sacris publicis, Davidis cura instauratis ordinatisque. Neutiquam enim certa ratione hinc efficitur, Psalmum, cui eadem verba insunt, universum vel ab ipso Davide profectum esse, vel certe ejus aetate in sacris adhibitum. Equidem putaverim potius, formulas 1 Chron. XVI, 34. seqq. commemoratas, postquam in sacris adhiberi coepissent, abhinc ita usu receptas, et apud popu-

Atque initium etiam carminis exilibus minus convenit, ut laetius. Quare, ut Psalmi aliquot praecedentes, ita hic quoque templi secundi consecrationi destinatus fuerit. Videntur autem hi Psalmi aliquot initiorum templi securdi, in dies certos distincti, aut tempora etiam diei certa quibus singulis accinerentur aliqua; quod et Davidem initiis tabernaculi Zionii de suis Psalmis fecisse apparet. /

2. וְיַמְלֵל בְּגִבּוֹרוֹת יְהוָה מִי *Quis eloquetur, verbis exprimere poterit, potentias Jovae, i. e. ingentes res, quas efficit summa et multiplex potentia ejus? Ante וְיַמְלֵל כֹּל-הַהֲלֵלוֹ* repetenda est particula interrogativa מִי: *quis audire faciet, praedicare pro dignitate potest omnes laudes ejus?*

3. אֲשֶׁרִי שְׁמֵרֵי מִשְׁפָּט *Beatitudines custodientium* (vid. not. ad Pl. I, 1.), i. e. beati qui custodiunt jus, qui, quod rectam et iustum est, accurate et religiose observant. עֲשֵׂה צְדָקָה בְּכָל-עַתָּה *Quisquis, inquam, facit justitiam, qui integrum et innocentem se gerit omni tempore, constanter, Pl. XXXIV, 2. LXII, 9. Sunt, qui haec accipiant de studio Deum celebrandi; sed propositio potius est hic Versus sequentium, quam explicat Versus sextus.*

4. זְכַרְתִּי *Memento mei.* Enallage est, usitata peculiariter omnibus Psalmis, qui posterioribus illis temporibus a diversis auctoribus facti sunt, ut precator in sua persona oret pro universo populo; debet igitur esse: *memento nostri, vise ad nos.* בְּרִצּוֹן עֲמֶהָ *In benevolentia popu-*

populum frequentatas fuisse, ut inferioris aetatis vati eadem facillime potuerint occurrere, atque ab hoc in suo carmine usurpari."

populi tui, i. e. pro dilectione et gratia promissa, qua complecti tibi libuit populum tuum. Genitivus עמך h. l. est objectivus, ut Pf. XXX, 1. LXIX, 10. פקדני בישועתך *Invoce me* s. nos, cum salute tua, adesto nobis salutari ope tua, et conserva nos.

5. Contingat mihi haec voluptas, ut videam et experiar florentes res delectorum tuorum, et laetitia gentis tuae laetitiam pariat mihi, ut una cum populo proprio tuo jactem beneficia tua laudibus meis. עם-כהלהך *Cum haereditate tua*, i. e. cum illis, quos tibi pro peculio haereditario adoptasti, quo populus Israeliticus significatur, vid. Deut. IX, 29.

7. לא-השפילני כפלאותיך *Non considerarunt mirabilia facta tua*, quae ipsorum gratia in Aegypto edidisti. וימררו *Rebellarunt*, scilicet adversus te; Chaldaeus: קריכו על מילךך *rebellarunt contra verbum tuum*. Cf. Jes. LXIII, 10. Pf. LXXVIII, 40. Nehem. IX, 26. על-ים בים-סוף *Ad mare, in mari algoso*, s. *ad mare, ad mare*, inquam, *algosum*, ante scilicet, quam mare aperiretur, et se diduceret, et in alveum hujus descenderent, cum Mose vehementius exposularunt, vid. Exod. XIV, 11. 12. De ים-סוף vid. ad Exod. X, 19. et MICHAELIS *Supplem.* p. 1729. seqq. Praefixum כ ante ים alterum vel idem significat h. l. quod praecedens על, ut infra Vs. 19. et Ezech. X, 15. (ubi בנהר manifeste pro על-נהר, coll. I, 1. XLIII, 3.); vel, si ubi notatiorem illius particulae notionem, *in*, retineas, verba ita capienda erunt, non tantum antequam in maris se diducens alveum descenderent murmurasse contra Jovam, verum etiam tum, cum jam essent in medio alveo illius, quod dubitarent, se vivos illud transuros. Alexandrinus pro verbis hebraeis על-ים בים-סוף ἀναβαίνοντες ἐν τῇ ἐρυθρῇ θαλάσσει posuit, ac si על-ים contracte עלים, *ascendentes*, legisset. Quod ipsum Dathio placuit, qui verba nostra sic reddidit: *rebellarunt ascendentes ex Aegypto in Cananaeam ad sinum Arabicum*. Venema pro על-ים legendum conjicit

למרוח עליון, coll. Pf. LXXVIII, 17., ubi extat עליון. Quarum mutationum neutra videtur necessaria esse.

9. ויוליכם ביהומות במדבר. *Et deduxit eos per abyssos*, h. e. per profunda loca, sive fundum maris, altissimis alioquin aquis opertam, *sicut per desertum*, tanquam per solitudinem aliquam aridam et aquis carentem in terris mediis. In במדבר particula ב subaudienda, ut Pf. XCV, 8. כמריבה, *sicut in Meribah*.

13. מהרר שבעה. *Festinarunt oblitii sunt*, mox tamen oblitii sunt, ut Pf. CII, 3. מהר עבני. — לא־הפיו לעצמו. *Non expectarunt consilium ejus*, i. e. non respiciebant amplius ad eum, ut ab ipso penderent, et opem et consilium ejus peterent, aut placide illam expectarent, haerentibus rebus ipsorum. Cf. Pf. CVII, 11.

15. ריון, quod proprie *maciem, morborum emaciantem* denotat (vid. not. ad Jel. X, 16.), h. l. in univ. sum de morbis divinitus Israelitis immisissis, multa uno die millia perimentibus dicitur, vid. Num. XI, 33-35. XXXIII, 15. 16. Alexandrinus et Syrus h. l. *satietatem* interpretati sunt, apte quidem ad historiam, sed non expressa propria vi nominis hebraei. In בנפשות. *In ipsos*, s. ipsis, ut Pf. CV, 18.

16. ויבטאו למשה. *Mosi inviderunt* datam a Deo auctoritatem, vid. Num. XVI, 3-13., et ad verbum Gen. XXVI, 14. XXX, 1. Num. V, 14. במחנה. *In castris*, quae univ. Korachus ad seditionem concitabat, Num. XVI, 19. לאהרן קדוש יהוה. *In Aaronem, sanctum Jovae*. i. e. quem ipse Deus e toto coetu ad sacerdotium segregaverat. Aliqui quod de uno dicitur ad utrumque referendum antumant, hoc sensu: quos delegerat, ut praeessent eis.

19. בחרב. *In deserto ad montem Horeb*, vid. Deut. IX, 8-12., coll. Exod. XXXII, 4.

20. וימירו את־כבודם. *Commutarunt* ita gloriam suam, i. e. Jovam, Deum, decus et gloriam ipsorum, propter quem, ejusque cultum, populus Hebraeorum prae ceteris

ris populis gloriosus erat, cf. Deut. IV, 6 — 8. X, 21. Pf. III, 4.

23. לְיָדֵי מֹשֶׁה בְּחִירוֹ עָמַד בְּפָרֶץ לְפָנָיו *Nisi Moses, delectus, carissimus ejus intercessisset precibus suis coram eo.* Locutio stare in ruptura, ab urbium oppugnationibus desumpta videtur, ubi, si murus ariete aut ferreis glandibus concussus disjiciatur ac corruat, strenui milites objectis corporibus ruinam claudunt, ne hostis, qua parte stratus murus est, irruat. Cf. Ezech. XIII, 5. XXII, 30.

24. Hoc Versu, et tribus, qui sequuntur, breviter tangit historiam exploratorum, quae copiose Num. XIII. XIV. describitur. וַיִּמְאַסּוּ בְּאֶרֶץ הַחֲמָה *Spreverunt terram desiderii*, i. e. audita exploratorum narratione abjiciebant omne studium occupandi terram optatissimam, Cananaeam, quae eodem nomine Jerem. III, 19. Zach. VII, 14. insignitur, cf. Exod. III, 8. Deut. XI, 11 — 15. — לֹא־הֶאֱמִינוּ לְדַבְרֵי *Non enim crediderunt verbo ipsius*, quo saepius, iterumque promisit, se eam illis daturum.

26. וַיִּשָּׂא יָדוֹ לָהֶם *Sustulit manum suam eis* scil. jurejurando, ut recte Chaldaeus addidit, i. e. minatus est eis, minasque jurejurando firmavit, illos non visuros esse terram patribus promissam. Vid. Num. XIV, 28 — 30. *Elevare manum* i. q. jurare, loquendi formula ab hominibus deprompta, qui jurantes manus ad coelum attollunt, tanquam monstrantes Deum, quem in testem vocant, vel judicem accersentes, si fallant, vid. Gen. XIV, 22. Deut. XXXII, 40. Ezech. XX, 5. 6. וְהִפִּיל אֹתָם *Ut prosterneret eos*, Chaldaeus addit *interfectos*, vid. Num. XIV, 29. 32. 37.

27. וְהִפִּיל זָרְעָם בְּגוֹיִם *Et ut projiceret posteritatem eorum inter gentes.* Verbum הִפִּיל paullo aliter hic accipiendum, quam Versu praeced., respondet enim in altero hemistichio לְזָרוּתָם, *ut dispergeret eos*; et Ezech. XX, 23., ubi integer hic versiculus repetitur, pro הִפִּיל legitur לְהַפִּיץ, *ut dispergeret.* הִפִּיל *projiciendi* significatu legitur Jerem. XXII, 7., Pf. LXXVIII, 28. CXL, 11.

Chaldaeus. *et ut deportari faceret reddidit.* Praeferendum tamen, quod apud Ezechielem legitur, עָרַץ הַיָּם, quum locutio עָרַץ הַיָּם בְּנֹזְמֵיךְ nusquam alias occurrat. Kimchi hoc Versu respici existimat ad Num. XIV, 45. et, XXI, 1. ubi Cananaei et Amalekitae incursione facta in castra Israelitarum multum praedae secum abduxisse narrantur. Sed conferendum potius Levit. XXVI, 33. Deut. IV, 25 - 27.

28. Versibus his quatuor tangit historiam Num. XXV. De verbo עָרַץ vid. not. ad eum loc. Vs. 3. עָרַץ מְתִים *Sacrificia mortuorum*, i. e. falforum deorum, qui sunt vitae expertes, Deo vivo oppositi, Jerem. X, 10. Jes. VIII, 19. Pl. CXV, 5. seqq.

29. עָרַץ-עָרַץ *Erupit in eos subito et vehementi cum impetu, ceu aggere rupto.* Alii: *rupturam in eis fecit*, coll. Exod. XIX, 24. 2 Sam. VI, 8. הַמַּגֵּפָה *Plaga s. strages*, ita ut 24000 virorum perirent, vid. Num. XXV, 18. 19., et hoc nomen de pestilentia usurpatum 1 Sam. VI, 4. 2 Sam. XXIV, 21. 25. Aben-Elra: „dimidium illic periit de tribu Simeonis (ex qua etiam ille Simri fuit, a Pinehaso occisus Num. XXV, 6. 8. 14.), quod ex illorum numero constat, collatis nimirum 59300. (qui altero post exitum anno numerati fuerunt Num. I, 23.) cum 22200 post hanc stragem repertis, Num. XXVI, 14.“

30. עָרַץ *Stetit*, i. e. surrexit, ut in loco parallelo Num. XXV, 7. dicitur, עָרַץ *surrexit e medio coetus etc.* עָרַץ Chaldaeus et Syrus *oravit* interpretati sunt, ex significatione Conjugationis Hiphil, quod ipsum forsitan Alexandrinus et Vulgatus suo *placavit* spectarunt. Rectius Aben-Elra et Kimchi: *jus s. iudicium exercuit*. (coll. nomine עָרַץ, *judices*, Exod. XXI, 22. Job. XXXI, 11. cf. MICHAELIS *Supplem.* p. 2017.), scil. puniendo, i. e. puniebat, vindicabat facinus. Alii: *arbitrum egit vindicando, composuit rem* inter Deum et populum.

31. עָרַץ לֹא לְצַדִּיקָהּ *Id quod reputatum est pro justitia*, i. e. fuit ea res pietati et justitiae Pinehasi tributa a Deo,

a Deo, quam ornavit et compensavit in ipso perpetuo sacerdotio, tanquam praemio, Num. XXV, 12. 13.

32. וַיִּצְיִפוּ אֶת-עֵינָיו *Ad iram provocarunt* scil. Deum, ut Vs. 7. 29., cf. Deut. IX, 7. 8. 22. Zach. VIII, 14. עַל-מִי *Ad aquas Meriba*, vid. Num. XX, 3. 10. 13. Pf. LXXXI, 8. XCV, 8. coll. etiam Exod. XVII, 2. 7. וַיִּרַע לְמֹשֶׁה *Id quod malum et noxium etiam Moysi fuit*, quo significatu verbum et 2 Sam. XX, 6. occurrit. בְּעֵבְרָם *Propter eos*, sicut ipse indicat Deut. I, 37. coll. Num. XX, 12.

33. לִי-הִמְרוּ אֶחָד-רוּחוֹ *Nam* Israelitae *exacerbarunt* contumacia sua (Vs. 43. Pf. LXXVIII, 17. 40.) *spiritum* i. e. animum ejus, s. ut Aethiopicus interpres, *animam ejus*, scil. Moysi, de quo Vs. 32., et eodem modo nomen רוּחַ usurpatur Gen. XLI, 8. Deut. II, 30. Pf. LXXVIII, 8. al. At Chaldaeus suffixum ad Deum retulit, et sic reddidit: *quia rebellaverunt adversus spiritum sanctum ejus*. Jarchius et Kimchius: „Moses et Aaron *exacerbarunt* spiritum Dei, dicentes ad Israelitas: *audite o rebelles, num de petra hac aquam producemus?* etc. Num. XX, 10.“ Quomodo etiam Aben-Esra ad suffixum confert Jes. LXIII, 10.; praefendam tamen censet interpretationem illam priorem. וַיִּבְטֵא בְשִׁפְתָיו *Ut inconsidérate ageret labiis suis*, cf. not. ad Num. XX, 10.

34. Introducti vero in terram Cananaeam a Josua non extirpabant populos illos, quos excindi eis praeceperat Deus, vid. Exod. XXIII, 32. 33. XXXIV, 11. — 15. et cf. Jud. I, 27. 29. II, 2.

36. וַיִּהְיוּ לָהֶם לְמִקְשׁ *Et factae sunt eis gentes earumque pravae mores et religiones in laqueum*, i. e. omnium malorum causam, cf. Exod. XXII, 33. Jud. II, 3. 11. — 15.

37. שִׁרִים *Daemonia* pro diis culta, ut Syriacum מִלִּים, cf. not. ad Deut. XXXII, 17., et MICHAELIS *Supplem.* n. 2202.

39. Ipsi se polluebant facinoribus malis, scortabantur cum idolis, quorum cultus saepe scortatio vocatur, vid. Exod. XXXIV, 15. 16. Levit. XVII, 7. XX, 5. 6.

41. Tradebat eos in manus hostium, gentium exterarum, earumque dominatui ipsos subiciebat, vid. Jud. II, 14. III, 12. 13. X, 7 — 9.

43. יִמְרֵי בְעֵצָתָם *Exacerbaverunt eum consiliis suis perditis*, Deut. XXXII, 28. Jerem. VII, 24. coll. Num. XV, 39. וְנִמְכְּרוּ *Attenuati sunt*, vel, confecti in magna copia ab hostibus in acie, vel in servitute apud hos mortui, quod mox diferte dicitur Vs. 46. Aliqui simpliciter interpretantur, non quod conficerentur sublatis e medio, sed de miseria, quod miseri et deformes, atque macilenti fierent in captivitate, et servirent servitatem miseram.

45. וְיִזְכֹּר לָהֶם בְּרִיתוֹ *Recordatus est eis foederis sui*, i. e. ad salutem eorum cum ipsis initi.

47. Quae hoc Versu petitur recollectio populi, vix dubitari potest interpretandam esse de iis, qui in Babylo-nico exilio adhuc aberant, inter gentes dispersi. Quae ipsae preces extant etiam 1 Paral. XVI, 35. in eo Psalmo, quem per Asaphum Davides fecisse dicitur Zionio novo. Sed videtur ei carmini, quod in Paralipomenon libro extat, hoc additamentum ex nostro Psalmo adfutum esse.

PSALMUS CENTESIMUS
SEPTIMUS.

A R G U M E N T U M.

Hoc Psalmo *quinque* produci classes illorum, qui ex angustiis et periculis liberati ad gratias Deo agendas devincti sint, et *primo* quidem, qui, postquam sedibus suis expulsi summam cibi potusque penuriam passi essent, restituti sint a Deo in rem familiarem (Vs. 2 — 9.); *secundo*, qui ex carcere et vinculis in libertatem asserti (Vs. 10 — 16.); *tertio*, qui ex morbo graviore liberati (Vs. 17 — 22.), *quarto*, qui ex immani procella salvi in portum deducti (23 — 32.), quibus *denique* subjungitur imago terrae, quae, postquam vastata penitus incolisque orbata esset, receperit nunc colonos suos, atque ad prisinam culturam ubertatemque redierit, manifestum est, et pluribus jamdudum interpretibus observatum. Singularum vero partium illarum rationem et dispositionem primus perspexit SCHNURRRUS*), qui

*) Qui carmen nostrum singulari Dissertatione illustravit *Dissertatt.* p. 480, seqq.

qui praeclare monuit, quae primae strophae praemittitur, formulam יִאֲמַרְוּ (vid. not. ad Vs. 2.), etiam ad tres reliquas aequae pertinere, atque ad Vs. 10. 17. et 23. esse repetendam.

„Etenim, quae primam subsequuntur, strophae, ad ejus exemplum ita sunt penitus conformate, ut partibus suis singulis manifesto illi respondeant. Primo certum genus hominum producitur, deinde exponitur calamitatis magnitudo, sequitur auxilii divini, ejusque precibus efflagitati, commemoratio, et ad gratias Deo peragendas exhortatio subjungitur. Igitur, cum plane eadem appareat stropharum omnium facies et forma, intelligitur, quod praecedit verbum יִאֲמַרְוּ non uni primae privum et peculiare, sed reliquis etiam commune esse debere. Praeterea, nisi repetatur formula haec, verbum, quo commode referantur, non habent nomina יִשְׁבְּרוּ חֶשֶׁךְ Vs. 10., אֲרִילִים Vs. 17.“ Argumentum carminis quod attinet, plerique statuunt, continere illud generalem commendationem providentiae atque benignitatis divinae, quam poeta exemplis quibusdam demonstrat, ex quibus singularis illa Dei benignitas, potentia et sapientia in gubernatione hujus universi cognosci possit. Verissime tamen observavit Schnurrerus, hunc locum si tractare in animo habuisset poeta, ut providam Numinis curam, quae omnes omnis generis homines complectatur, celebraret commendaretque, multo aliter

aliter scenam instructurum, atque ex infinita, quae praesto erat, multitudine exemplorum copia alia adhibiturum fuisse, quae ad eos, quibus proxime scribebat, propius pertinerent, atque ad animos eorum movendos certiore vim habitura essent, quam e. c. fata navigantium (Vs. 23 — 32.). „Si vero primam carminis partem seorsim spectaveris (utor verbis Schnurreri), commodissime potest ad reduces ab exilio Babylonico Judaeos referri: non quod eo usque redacti fuerint, ut in vasta solitudine oberrandum illis esset, et cum fame sitique conflictandum; sed poterant certe, ad illustrandam ex superioris conditionis miseria divini beneficii magnitudinem, comparari cum illis, qui domibus ejecti, versarentur in summa rerum omnium inopia atque egestate. Hoc autem si detur, nihil profecto adparet, quod impediatur, quo minus et reliqua ad hanc ipsam rationem possint accommodari. Nobis igitur sic videtur, Psalmum hunc compositum fuisse tum demum, postquam Judaei ex Babylonia primum, deinde et aliunde ex variis regionibus, velut ex Aegypto, Arabia etc., quo olim, turbato reipublicae statu, vel ultro profugissent, vel per vim hostium abducti essent, reduces in patriam facti, rem suam publicam et familiarem atque domesticam feliciter instaurare coepissent. Hos igitur esse, quos ad gratias Jovae persolvendas excitet au-

ctor. Induci profugos, captivos, ex morbo languidos, nautas procellis agitados, non nisi eo consilio, ut recordationem, et quasi multiplicem imaginem tristium laetorumque haberent, qui et ipsi nunc ab exilio in patriam, et quasi ex carceribus in libertatem, ex morbo ad incolumitatem, ex naufragio ad litus pervenissent. Maxime autem confirmatur haec sententia ex eo, quod pars carminis postrema nequaquam agit de regionum populorumque vicissitudinibus univarse; sed separatim atque unice exhibet rerum omnium commutationem eam, quam ipsa respublica Judaica experta esset, gravissimam et prorsus singularem.

2. „Ad Verbum אָזְרוּ repetenda est vel omnis formula, quae Vs. 1. praecedit — — — — הָרָדָה לְיָהוָה, ut est Jerem. XXXIII, 11., vel pars ejusdem, כִּי לְעוֹלָם, ut Pf. CXVIII, 3. 4.“ SCHNÜRER. אָמַרְתֶּם יְהוָה, Vos qui liberati estis a Jova, cf. Jes. LXII, 12. Verba אָזְרוּ plerique e manu hostis reddunt, quem significatum nomen אָזְרוּ et Pf. LXXIV, 10., LXXVIII, 42. obtinet. Aben-Efra vero et Kimchi idem h. l. significare putant quod femininum אָזְרוּ, *angustia*, quomodo certe occurrit infra Vs. 6. 13. et Pf. CVI, 44. Ita אָזְרוּ pro simplici אָזְרוּ positum erit.

3. מִצִּפוֹן יָמִים. *A septentrione et a mari*, i. e. docente contextu et oppositione, *a meridie*, sive, ut Chaldaeus habet, מִן יָמֵי הָרְחוֹב, *de mari australi*; h. e. ab oris maris rubri s. Arabici, quod meridiem versus protenditur, coll. Exod. XXIII, 31. et Pf. LXXII, 8. nec non Pf. CXIV, 3. 5., ubi itidem *mare* absolute pro *mari rubro* dicitur.

Eadem,

Eadem, qua postea utitur, formula, *Septentrio et meridies* et *Jes. XLIX, 12*, signatur.

4. Duas voces *פישמן דרר* quum accentus jungant, in *solitudine viae* reddi solent, quod inviam solitudinem interpretantur. Eam vero potius *פישמן לר דרר*, ut infra Vs. 49., dicendam fuisse, recte monuit Schnurrerus, simulque observavit, aptiorem esse Alexandrini interpretationem: *ὄδον πόλεως κατοικήτηρίου ὄχι εὐρον, viam civitatis habitaculi non invenerunt*, ut Vulgatus reddidit, nec non Syri, qui addita etiam copula *לדרר פישמן* et *viam urbis*, transtulit. Cui interpretationi favet Vs. 7, quo Deus dicitur eos duxisse recta via, quae ad urbem habitata[m] duceret. *עיר מושב* *Urbis habitationis*, i. e. habitatae, qua vel recipi potuissent, vel commorari aliquantisper reficiendi sui causa, Vs. 7. 36.

5. *הענה בהם כפשם* Ita ut *anima eorum in ipse paene deficeret*. Verbum *הענה* de corde aut spiritu usurpatum, perturbationem vehementem significare, qua cor angitur, et paene deficit, vidimus ad *Pf. LXI, 3*.

10. Ante hunc Versum repetenda est ex Vs. 2, formula *יאמר וגו*, vid. Argument. *ישבי השך* *Qui sedentes fuerunt in tenebris*. *ישבי* intelligendum est de praeterito tempore, ut *עשה*, *Pf. CVI, 21*. Etenim participia, quum proprie sint adjectiva verbalia, nullis diversorum temporum formis distincta, omnium temporum esse possunt. Cf. *SCHROEDERI Syntax. Reg. LV*. Itaque et *יאמר* ad praeteritum tempus referendum est. *Caligo dicitur pro carcere patro et tenebricoso*, ut *Jes. XLII, 7*. Similiter *VIRGIUS Aeneid. VI, 734. Neque curas Respiciunt clausae tenebris, et carcere cosco*. In verbis *עני וברר* est forma loquendi quae dici solet hendiadys, et nomen *עני* vicem adjectivi sustinet: *constricti ferro aerumnafo*. SCHNURRER. De *ממשל* vid. not. ad *Pf. XXIII, 4*.

11. *עצה עלין* *Consilium altissimi*, i. q. praecedens אמרי-אל, praecepta et mandata divina, quae docent, quid faciendum sit, quid omittendum.

16. „Formula haec omnis petita esse videtur ex Jaf. XLV, 2. Usurpatur verbum גרע de caedendis dejectiendisve rebus iis, quae erectae sunt, veluti cornibus, arboribus; stantibus. Igitur et hic intelligendi obices ferrei, non transversi illi, sed qui erecti foribus clausis obstant obnitanturque extrinsecus.“ SCHNURRER.

17. אמרים, adjectivum, putamus participii usum hinc habere, atque, ut illud מסירי Vs. 10. ad praeteritum tempus referendum esse. *Stultus* autem Hebraeis dicitur quoque, qui improbam vitam agit, quapropter Alexandrinus Pf. CXIX, 113. vocem סגפית, quae ex usu arabici verbi *سعل* mente turbatos, insanos significat, bene reddidit παραγεγυμους. Ante vocem מדרך supplendum est pronomen אשר. Praefixum מ significat propter, ut Vs. 34. in formula מרעה יושבי בה. Verbum החעפה ex usu, quem in Pshel habet, potest esse, afflictum semet reddidit, mala atque incommoda sibi concitavit.“ SCHNURRER.

20. ישלח רברו יירפאם *Misit verbum suum et sanavit eos*, i. e. voluit et mandavit, ut convalescerent, וימלט משחייתחם atque ita eripuit eos e foveis s. Sepulchris eorum, i. e. ab interitu eos liberavit. Cf. Pf. CIII, 4.

23. יורדי הים באניות *Qui descendunt in mare navibus*, i. e. navigantes. *Descendere* dicuntur, qui mari se committunt, vel quod, ut vult Kimchi, terra extet supra litus maris, quamvis alioquin, inquit, mare absolute terra sit altius, vel quod, ut vult Josephus Kimchi, navis profunda sit, et in illam descendatur, unde de Jona I, 3. dicitur: *invenit navem et descendit in eam*. Grotius: „hoc autem ideo, quia moles altae sunt ad portus, ex quibus in naves descenditur.“ עני מלאכה במים רבים

facien-

Facientes opus in aquis nullis, intelligenda sunt opera navalia remigando, vela dando, et explicando, rursus contrahendo; gubernando; significantur itaque his verbis simpliciter navigantes.

24. *Illi viderunt*, i. e. experti sunt opera Jovae, et mira ejus facta in profundo. „Haec non putem intelligenda esse de multis variisque, quae in mari navigantibus se offerant, rebus insolitis mirandisque, ex quibus certe perspicitur potentia ac sapientia Dei, a quo condita sunt omnia, sed redeunt potius ad mirificam Dei auxilium, quo ufos se esse persuadere sibi debeant, qui ex horrenda tempestate salvi elucentur; fere ut Germanice de eo, qui extremum aliquod discrimen feliciter evasit, dicimus: *er kann von Wundern sagen*, miram ipse bonitatis et potentiae divinae vim expertus est.“ SCHNURER.

25. *Dixit tantum*, i. e. voluit et jussit, et *adstare* s. oriri fecit, suscitavit (quomodo וַיִּעַמֵּר et וַיִּעַמֵּר et 2 Paral. XIX, 5. 8. XX, 21. dicitur) *ventum turbinis* s. *procellae*, *sustulitque in altum* scil. ventus ille (nam verbum feminei generis וַיִּעַמֵּר convenit cum nomine ejusdem generis וַיִּעַמֵּר) *fluctus ejus maris*. Alexandrinus prius hemistichium sic reddidit: εἶπε, καὶ ἔστη πνεῦμα καταγίδος, quod Vulgatus sequutus: *dixit, et stetit spiritus procellae*, i. e. tanquam expeditus ad obsequendum servus praesto fuit turbo. Sensus bonus; cum vero si poeta exprimere voluisset, dicendum ei fuerat וַיִּעַמֵּר.

26. *Ascenderunt in coelum* scil. fluctus marini, et cum illis navigantes (Vs. 23. 25.), rursusque *descenderunt in abyssos* s. intima maris; *anima eorum in malo*; in tanto discrimine, tota veluti *colliquecebat* ac dissolvebatur prae metu.

27. *Circumvagabantur* (וַיִּגְדָּלוּ enim ad nomen אִתָּא est referendum, quod Chaldaice et Syriace significationem habet gyri orbisque) *et titubarunt sicut ebrius*, vertigine quasi correpti, quod eorum est, qui percussu stupefactique con-

consilii snopia laborant, et omnis sapientia eorum absorpta est, evanuit, adversus vim ventorum ars navigandi et peritia eorum nihil quicquam proderat. Imaginibus haud multum diversis tempestatem depinxit OVINIUS *Tristium* L. I. Eleg. 2.

Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!

Jamjam tacturos sidera summa putes.

Quantae diducto subsidunt aequore valles!

Jamjam iacturas tartara nigra putes.

Rector in incerto est, nec quid fugitative petatve

Invenit, ambiguus ars stupet ipsa malis.

29. יָקָם *Stare* s. *consistere fecit*, i. e. ut recte Syrus (*أما*), *sedavit, cessare fecit*. לִרְמָמָה, Alexandrinus et Vulgatus recte εἰς αὐρανὸν, in auram transtulerunt, neque enim silentium venti (*Windstille*) intelligendum esse, docet tam res ipsa, quam, ut MICHAELIS monuit in *Supplem.* p. 450., nihil nautis sit terribilius, quam post procellam omnino ventos conticescere, quod graviolem procellam praesagit, quam loca 1 Reg. XIX, 12. Job. IV, 16., quibus *lenis aurae sibilum* intelligere flagitat contextus. Recte Michaelis l. c. „רְמָמָה quid vati sit, optime Virgilii verbis dixerim: *aequatae spirant aurae.*“ Ceterum est hic, recte monente Schnurrero, constructio verbi, quae praegnans dicitur, פָּרָו סַעֲרָה וְרַעְשָׁה יָקָם לִרְמָמָה, *sedavit tempestatem, eamque convertit in auram.* בְּלִיָּהֶם *Fluctus eorum*, scil. marium s. aquarum, Vs. 24.

32. מִקֶּשֶׁב וְקִנְיִים, *Confessus seniorum*, est forum, et locus, ubi magistratus, qui ex senioribus constabat, constabat; conveniebat.

33. יָשָׁם בְּהָרֹת לְמִדְבָּרָה *Posuit, fecit, convertit flumina*, i. e. loca fluviorum aquis antea rigata in desertum. Verbum in futuro positum, יָשָׁם, h. l. accipiendum esse de praeterito tempore, recte docuit Schnurrerus apparere ex 30., quod continuo sequuntur futura, quae, praefixum

Vav. conversivum vim habent praeteritorum; quae vero sequuntur inde ab hoc Versu usque ad Vs. 42. referenda esse ad mirabilem illam terrae Judaicae conversionem, qua factum est, ut primum, deductis in Babyloniam incolis, vasta atque inculta relinqueretur, deinceps, redditis colonis, novam faciem indueret. Certe locus Ies. XLI, 18. 19., ex quo noster ductus esse videtur, non nisi hanc ipsam rem spectare censendus est. Cf. Chaldaei interpretationem Vs. sequ.

34. Verbis propriis enuntiat, quae antea figurate dixerat. פְּרֵי אֲרֶזַי *Terram fructus*, i. e. foecundam ac frugiferam, sicut פְּרֵי עֵץ, *arbor fructus*, est fructifera, Gen. I, 11.; נֶאֱמַר זֶשֶׁבַע, *pasqua herbae*, herbida, graminosa, Ps. XXIII, 2. לְמִלְחָה *In salsuginem*, i. e. in salinam et sterilem terram convertit, ut neque fereretur, nec germen ferret. Sicut post everisionem Sodomae et Gomorrhae ex terra fertilissima et amoenissima factus est *lacus salis*, Gen. XIII, 10. XIV, 3. coll. Deut. XXIX, 22. PLINIUS *Hist. Nat. L. XXXI, Cap. VII. Omnis locus, in quo reperitur sal, sterilis est, nihilque gignit.* Et VIRGILIUS *Georg. II. Vs. 238.*

Salsa autem tellus, et quae perhibetur amnea,

Frugibus infelix — — — — —

Hinc Iud. IX, 45. legimus Abimelechum Sichem urbem a se expugnatam solo aequasse saleque consevisse. Fuit hoc in more apud veteres, ut cum locum aliquem damnare vellent solitudinis, ac prorsus in vastitatem redigere, eum sale conspergerent. Chaldaeus: *Terram Israeliticam, quae fructum ferebat, vastavit sicut Sodomam, quae everisa est propter malitiam habitantium in ea.* Sic Vs. 35. *Quando autem conversi sunt ad legem, mutavit desertum etc.* Et Vs. 39. *Sed quum peccassent imminuti fuerunt, etc.*

35. יֵשׁ מְרֹבַר לְאֹמֵם יָרִים. *Convertit solitudinem in stagnum quasi et copiosam abundantiam aquarum.* Cf. Ies. XLI, 18. *Intelligendum hoc de terra Israelitica*

qua

nae incolis deslituta et inculta rursus ad priorem statum rediit, incolis reversis, Vs. 36. seq.

36. וַיֵּשֶׁב שָׁם רְעֵבִים *Habitare fecit, collocavit illic esurientes, omnibus vitae commodis antea deslitutos.* וַיִּכְנְנֵנּוּ עִיר מוֹשָׁב. Ita. ut *erigerent urbem habitationis, i. e. urbes quas habitarent, vel, ut alii volunt, urbes populosissimas.*

37. Verbum וַיַּעֲשֶׂה aliqui referunt ad novos terrae colonos, de quibus Vs. 36., qui *compararent* et colligerent פְּרֵי תְבוּאָה, *fructum annui proventus* (Levit XXV, 20. 22. Deut, XXII, 9.), quomodo verbum עָשָׂה de *opum comparatione* dicitur Gen. XII, 5. Deut. VIII, 17. * Sed עָשָׂה פְּרֵי quum non *homines* dicantur, verum *agri, vineae, arbores*, vid. Gen. I, 11. 12. 2 Reg. XIX, 30, Habac. III, 17., verbum illud ה, L. rectius ad praecedens פְּרֵי תְבוּאָה trahitur, ut sensus sit talis: *plantarunt vineas, quas redderent fructum proventus.* Sic 2 Sam. XI, 13. unam in seriem connectuntur verba plura ejusdem personae, generis, et numeri, quae tamen referenda sunt ad diversa subjecta, partim ad Davidem, partim ad Uriam, vid. SCHROEDERI *Syntax*. Reg. LVII.

39. Quae hoc et Vs. sequ. leguntur, aliqui de hostibus Israelitarum, non de Israelitis ipsis putarunt accipienda. „Sed,“ inquit SCHNURRERUS, „hoc certe negari nequit, in oratione ipsa nihil prorsus esse, quod lectorem moneat, de aliis iisque diversis hominibus nunc esse subito cogitandum. Et potius oratio ipsa sic comparata, ut non possis non in eam sententiam adduci, quod ad eosdem referenda sint omnia. Nos putamus, praeterita haec, וַיַּעֲשֶׂה וַיִּכְנְנֵנּוּ nec non Participium שָׁפַח (Vs. 40.), quod ob sequens וַיִּהְיֶה positum esse debet pro שָׁפַח vel וַיִּשְׁפַּח, dicta esse in relatione ad res praeteritas ante commemoratas, adeoque reddenda esse in Plusquamperfecto: quo facto planissime progreditur omnis oratio. Etenim, cum diceret vates, auctum nunc iterum esse divino beneficio civium numerum, fere non poterat non succurrere memo-

ria pristinae calamitatis, qua factum erat, ut ad exilem numerum redigeretur populus.“ Transferendum igitur: *ad paucitatem redacti fuerant et depressi, ab oppressione mali et moeroris*, i. e. calamitatibus et moerore oppressi. Alii per *afyndeton*, *ab oppressione, et malo et moerore*.

40. שָׁפַךְ בָּנוּ עַל-כְּדֵיבֵימ *Effuderat* (vid. not. ad Ps. 39.) *contemptum in principes* (verba ex Job. XII, 21. petita). „Quum clades illa non in plebe sola se contineret, sed latissime ad omnes omnium ordinum homines pateret, addit: ne principibus adeo viris pepercisse Deum, quin contemtim eos ab hostibus haberi permetteret.“
 SCHNURRER. וַיִּחַעַם בְּהוֹלָא-דְּרַרָא *Vagari fecerat eos in vastitate ubi non est via*, i. e. in summa mentia et consilii inopia, quae ipsa verba et Job. XII, 24. Quae formula, observante Schnurrero, inde orta est, quod sint in Oriente deserta, tota obiecta arenis, vento mobilibus, aestuque ardentibus, in quae, qui incidit, nisi habeat itineris ducem gnarum et bene exercitatum, non potest non miserrime perire.

41. וַיִּשֶׂם כְּצֹאן מִשְׁפָּחוֹת *Posuit Deus sicut oves familias*, i. e. effecit Deus, ut nunc singulae etiam familiae gregis instar numerosae evadant. Cf. Ezech. XXXVI, 38.

42. וְכֹל-עֲוִילָה קִצְפָה בִּיה *Omnis autem perversitas, i. e. improbi et scelerati homines, occludit tandem os suum*, tacere cogetur, nec ultra mutire audebit. Eadem verba et sententia Job. V, 16. In priori hemistichio Schnurrerus יִשְׂרָאֵל monet Judaeos esse, a Jova iterum in gratiam tutelamque receptos: „Qui contra consulti nunc esse dicuntur, ut ne hiscere quidem audeant, putem Idumaeos esse, Philisthaeos, aliosque olim infensiores accolos, quos Judaeis, quum in Babyloniorum potestatem venirent, proterve illustrasse, atque adeo patrii numinis vel negligentiam, vel virium, quae vindicando populo suo pareas essent, inopiam exprobrasse, ex multis prophetarum locis certo constat.“

43. מי-הכם וישמר-אלהי ירחפוננו חסדי יהוה
Quisquis sapiens est, is observet, consideret haec omnia
 superius dicta, *intelligent* singuli et quisque eorum *multi-*
plicem Jovis benignitatem! „Extrema haec pars carmi-
 nis non est ad Judaeos solos referenda, sed latissime pa-
 tet, atque ad omnes omnino illius aevi homines perti-
 net. Habuit enim populi Judaici restitutio hunc quoque
 usum plane eximium, ut inter exterarum etiam gentes mul-
 torum animi excitarentur ad intelligendum, quam prae-
 clare et mirabiliter actum fuerit cum Judaeis, Ps. CXXVI,
 2.“ SCHNURRER.

PSALMUS CENTESIMUS
OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Carmen hoc ex duobus Davidicis est contextum; atque initium quidem transcriptum est ferme iisdem verbis ex LVII. Psalmo; usque ad Versum sextum; reliqua omnia, usque ad finem deprompta sunt ex Psalmo LX, Vs. 7. seqq. Quodsi a Davide; ut aliqui putant, ita factum esset; vates initio querelae ejus; quae est in Psalmo LX. sublato; et gratiarum actione ea; quae est in Psalmo LVII, loco querelae illius. reposita; ita retexere sexagesimum Psalmum voluisse videri posset, ut in hoc CVIII. commutaret in gratulationem meram; quod parta jam essent ea; quae Psalmo LX. a Deo petierat. Magis tamen credibile est, contextum esse hoc carmen tempore eo, quo recuperare jam potentiam pristinam, quam habuerunt sub Davide, coeperunt Judaei reduces ab exilio, id quod Machabaicis temporibus factum esse constat, quorum victoriis ex gentibus finitimis partis duo illa antiqua carmina accommodata fuerint.

PSALMUS CENTESIMUS NONUS.

ARGUMENTUM

Adversus homines impios, qui innocentem ipsum, persequerentur, et mala pro beneficiis redderent, diras execrationes pronuntiat, atque mala multa capiti illorum dicit. In calumniatores Davidis apud Saulem, inprimis in Doëgum, Idu-maeum, Psalmum factum Kimchi putat; GROTIUS vero contra Abitophelem, hominem perfidiosissimum, amicum quondam Davidis, carmen directum arbitratur. Ad facinus Simei, cujus historia legitur 2 Sam. XVI, 5 — 13. Psalmum, potissimum Versus 16. 17. refert DA-
THIUS.

1. *אלהי תהלהי* Deus laudis meae! quem laudibus celebros. Vs. 30. Pl. XXII, 26. LXXI, 6. *אל-תקראש* Ne quasi surdus et mutus laceas, Pl. XXVIII, 1. XXXV, 22. L, 3. Kimchi: „nimirum ad ea, quae faciunt mihi impii, sed proterviam adversariorum reprimas, et justam de eis vindictam sumas.“

2. Rationes sequuntur vindictae, Vs. 1. postulatae, et Vs. 6. et seqq. ejusdem expositio s. descriptio habetur. *כי בי רשע נפתי-ארמה עלל פתחו* Quoniam vs impii, i. e. impiissi-

impiissimum, et os ipsius quasi fraudis, i. e. fraudulentum, doli plenissimum, (ut שפתי מרמה Pf. XVII, 1.) contra me aperuerunt. Verba פתחו et דברו, hemistichio altero, impersonaliter ponuntur, vel subaudiendum est: inimici, vel adversarii mei, cf. Pf. LXVIII, 25. LXXV, 2. Aben-Elra et Kimchi haec verba sic explicant: nam impius et vir doli s. dolosus aperuerunt os suum contra me, ut מרמה dictum sit pro איש-מרמה, coll. Pf. V, 7, quemadmodum Ezech. II, 8. מרי pro איש-מרי dictum volunt. Sed quem modo indicavimus constructionis sensus satis apertus est.

3. ודברי שנאה Et verbis odii, i. e. odiosissimis, ex mero odio profectis, nec nisi odium spirantibus. Omissum est praefixum ב ante דברי, ut Exod. XX, 11, eademque cum verbo סבב constructio 1 Reg. V, 17. (al. V, 3.). סבכוני Circumdederunt me, undiquaque adgressi sunt me, ut Hof. XM, 1.

4. ואני איש תפלה pro ואני תפלה, ego tamen vir precum, cf. not. ad Vs. 2., et add. Pf. CXX. 7. (coll. not. ad Pf. LV, 21.), et Dan. IX, 23., ubi תמרוחאמה dictum esse pro איש-תמרוח patet ex Cap. X, 11. 19. Chaldaeus: ואנא מצלי, Alexandrinus: ἐγὼ δὲ προσευχόμενος, Vulgatus: ego autem orabam. Recte vero Aben-Elra et Kimchi monent subaudiendum esse להם, pro iis, coll. Pf. XXXV, 13., ut sensus sit: quum ego tamen semper precibus meis pro illis intercesserim. Syrus: $\Delta\sigma\sigma\iota\sigma\iota$ $\sigma\epsilon\sigma\iota$ $\sigma\epsilon\sigma\iota$ $\sigma\epsilon\sigma\iota$

et ego oraveram pro ipsis. Aliqui haec verba similia esse volunt illis Pf. LXIX, 13. ואני תפלה לה, ut sit: ego vero oro, ad preces confugio, nitor solis ad Deum precibus meis, et hoc unum habeo propugnaculum adversus hostes meos. Prior vero illa interpretatio commendatur tam membrorum parallelismo, quum verba תפלה ואני תפלה respondeant אֲרֹכְכִי, quam loco parallelo Psalmi XXXV, 13., atque totius carminis consilio, quum
preci-

precibus suis in praesentia sic utatur, ut per has inimicis suis maledicat, et hoc modo pro se propugnet.

6. Quare *הִפְקִיר עָלַי רָשָׁע* *Præfice super eum impium*, i. e. in poenam hosti meo immitte hominem impium, qui eum perpetuo exerceat. Locutio *עַל פְּלִנִי הִפְקִיר*, *præficerere* s. constituere *super aliquem aliquid* de malis alicui immixtis, quæ instar severi alicujus domini aut exactoris eum continuo vexent exagitentque, occurrit etiam Levit. XXVI, 16. Transit hoc Versu oratio a plurali (Vs. 2 — 5.) ad singularem, usque ad Vs. 19., quod alii *distributive* accipiunt, ut *עָלַי* sit interpretandum: *super unumquemque* adversariorum, alii *collective* de universa illorum turba intelligunt. Kimchi suffixum singulare vocis *עָלַי* ad antesignanum adversariorum Davidis, Doegum Idumæum, refert; Grotius ad Ahitophalem. *וְרָשָׁע יָעֲמֵד עָלַי יְמִינִי* *Et adversarius stet ad dextram ejus*, ut reum peragat in iudicio tuo; causamque obtineat ad ejus condemnationem. Nomine *שָׂטָן* Kimchi *angelum Satanam* intelligendum existimat h. l. ut Job. I, 6—9. II, 1—7., minime continue ad rem præsentem. Recte vero Aben-Elra *hominem adversarium* significari observat, ut 1 Sam. XXIX, 4. 2 Sam. XIX, 23. 1 Reg. XI, 14. 23. Sunt, qui verba *stet ad dextram ejus*, interpretentur: urgeat latus ejus, coll. Job. XXX, 12. Aliis tamen rectius hæc phrasia ex foro petita videtur, ubi accusatorem reo a dextra stetisse verisimile est ex Zach. III, 1., quæ sententia Versu proximo commendatur.

7. *בְּהַשְׁפֵּטִי* *Quum judicabitur scil. coram te*, ut Jarchi addit. At Aben-Elra et Kimchi: *quum lite concertaverit* mecum; vel cum alio homine, quomodo verbum *שָׁפַט* in Niphal Ezech. XX, 35. 36. dicitur. Hoc tamen loco præstat *passiva* significatio, collato Ps. XXXVII, 33. *רָשָׁע יָצָא* *Exeat*, discedat e iudicio tanquam *impious*, criminibusque opertus et *reus*, ut recte Chaldaeus, qui suo *בְּהַשְׁפֵּטִי* reddidit. Alexandrinus: *καταδικασμένος*, Vulgatus: *condemnatus*, quo significatu *רָשָׁע* et Num. XXXV, 31. usur-

tur de habitationibus suis. LUDOV. DE DIEU praefixum π h. l. caulali significatione accipiendum, *ob, propter,* exillimat hoc sensu: *quaerant stipem ob desolationes suas,* i. e. ob statas domos, familias, arva, quibus nec fementis fieri, nec mellis colligi queat, cogantur ad mendicandum animum applicare. In hunc sese sensum Chaldaeus: מְרַחֵחַ צְרֻחֵהוּן, *ex quo facta est vastatio eorum,* postquam omnia eorum vastata fuerint. In Syriaca translatione hic Versus desideratur.

11. יִבְקֹשׁ נִשְׂה לְכֹל-אִשֶׁר-לוֹ *Irretiat, laqueos injiciat, foenerator omni quod est ipsi,* i. e. facultates ejus cedant foeneratoribus, creditoribus foenerariis, obstrictae et addictae. Alexandrinus: ἐξερυσνησάτω δανεισθηῆς πάντα ὅσα ὑπάρχει αὐτῷ, et Vulgatus: *scrutetur foenerator omnem substantiam ejus.* Non quod pro יִבְקֹשׁ in suo codice יִבְקֹשׁ legit, sed quod בְּקֹשׁ aliquando idem existimavit significare, quod קָשַׁשׁ, *quaerere, diligenter scrutari,* quemadmodum נָגַשׁ et גָּשַׁשׁ affines habent significationes; item נָדַח et רָחַח. Chaldaeus etiam nostra verba מְרַחֵחַ יִגְבֵּב מְרַחֵחַ לְכֹל הַיְלִיחַ *conquirat exactor omne quod ei reddidit;* suo vero constantè utitur ad exprimendum hebraeum קָשַׁשׁ; loca attulit Buxtorfius in Lexico Chaldaico sub h. v. Symmachus nostro locè συγκρούσαι, *convulsiat,* translulit, quod ipsum verbum pro Chaldaico בְּקֹשׁ, *collidere,* Dan. V, 9. usurpavit. Sensum putavit esse hunc: foenerator omnia rapiat, et raptim colligens inter se collidat, nulla ratione habita ne corrumpantur, et inter se collisavitentur. יִרְבּוּ זְרִים יְגִיעוּ *Diripiant alieni,* qui nihil ad eum vel consanguinitate, vel adfinitate attinent, vel, *barbari et extranei hostes* (ut Deut. XXVIII, 43. 44. Jes. I, 7.) *laborem ejus,* i. e. facultates labore sibi acquisitas, quomodo יְגִיעַ Pl. LXXVIII, 46. usurpatum vidimus.

12. וְאֵל-יְהוָה-לוֹ מִשֶּׁה חֶסֶד *Non sit ei protrahens, continuans misericordiam,* sed cito quasi commiserationem omnem abrumpat, cognita extrema illius indignitate. De phrasi cf. not. ad Pl. XXXVI, 11: וְאֵל-יְהוָה חֲנּוּן לִיחֻסָּיו *Nec*

Neo sit, qui gratiam exerceat erga orphanos ipsius. Talis execratio est: Sis miser, et nulli miserabilis, OVID. in Ibin. Vs. 115.

13. יהי-אחריו להכריח *Fiat quoad posteritatem ejus ad excindendum* scil. sit destinata; s. addicta, i. e. ut excindatur. Nomen אחריו Chaldaeus et Syrus de fine impii accipiunt, hoc sensu: *sit finis ejus, ut excindatur.* Sed recte Alexandrinus, Vulgatus, et Kimchius *posteror ejus* interpretantur, quomodo illud nomen saepe dicitur, veluti Pf. XXXVII, 37., ubi not. cf. בְּיַד אֲחֵרֵי יָמֶה שָׁמָּה. *In generatione altera deleatur nomen eorum, parentis non solum, verum et posterorum (אחריו).* *Generatione altera* intelligenda ad nepotes usque generis seu familiae propagatio. Sensus igitur est: neque in altera aetate extet amplius nomen ipsorum, nihil ea de his sciat amplius, id est, ne perveniant ad aetatem alteram. *Nomen alicujus delere, pro: funditus extirpare, cf. Dent. XXIX, 19. Pf. IX, 6.*

14. יִזְכֹּר עַוֹן אֲבוֹתָיו אֶל-יְהוָה. *In memoriam revocatur iniquitas patrum, majorum, suorum coram Deo, ei in reatum et poenam imputetur.* Cf. Exod. XX, 5. וְהָטָא וְהָטָא. *Et peccatum matris ipsius ne deleatur, sed filio imputetur, ut illius poenas luat.*

15. יהיו *Sint peccata parentum, Vs. 14. Semper versentur peccata horum ante oculos Jovae, ne unquam obliviscatur vindicare ea, ut deleatur non tantum posteritas, sed nomen ejus prorsus ex omni memoria hominum.*

17. Ita egit omnia, ut qui maledici sibi vellet a Deo, eveniat ergo ei, quod voluit. Altero hemistichio eadem sententia verbis oppositis exprimitur.

18. Execratio et miseria tanquam vestis intera, quae propius corpus contingit, totum eum occupet, influat in intima viscera ejus, sicut aqua, quam quis potat, et sicut oleum, quo quis perungit corpus ad curandum, cujus quidem vis in ossa ipsa ac medullas penetrat.

21. יְשֵׁה-אִתִּי *Fac mecum*, i. e. partes meas suscipe, tua me virtute defende, et auxilio mihi praesto sis, cf. 1 Sam. XIV, 6. 45. Jerem. XIV, 7.; vel subaudiendum est nomen חָסִי, *fac mecum misericordiam*, ut Gen. XXI, 23. XL, 14. Ps. LXXXVI, 17.

22. וְלִבִּי חָלַל פְּקָרָבִי *Et cor meum vulneratum*, saucium est aegritudine *intra me*.

23. כַּצֵּל בְּנִטְוֹהוּ *Sicut umbram, quum*, sole ad occasum inclinante, *inclinatur* s. *extenditur*, evanescit proxima est. Nam etsi vespertinae umbrae longiores sunt, prope tamen tum tempus est, quod umbras tollit profus. Dicitur igitur hoc simpliciter: evanesco paulatim, sicut umbra. Cf. Ps. CII, 12. נִגְעַרְחִי כְּאַרְבֵּה *Excussum sum sicut locusta*, quod aliqui de perpetuis saltibus hujus generis interpretantur (cf. BOCHARTI *Hieroz.* Tom. III. p. 276. ed. Lips.), rectius vero alii de exagitationibus earum a ventis (coll. Exod. X, 19. Nah. III, 17.), aut hominibus, a quibus clamore sublato arcentur, vel musicorum instrumentorum fragore aliisque remediis prohibentur, quo minus in agris subsident; vid. NIEBUHRII *Descript. Arab.* p. 144. et OEDMANNI *Vermischte Sammlungen aus der Naturk.* Fasc. II. Cap. VI. p. 104. seq. transl. german.

24. בְּרַבִּי כָשְׁלִי *Genua mea collabuntur*, Alexandrinus ἡσθένησαν, Vulgatus: *infirmata sunt*, omnibus viribus destituta corruunt; Ps. XXXI, 11. מַצִּים *A jejuniō, inedia*. וּבְשָׂרִי כָחַשׁ מִשְׁמֵן *Et caro mea mendax facta est*, i. e. defecit, destituta est, a pinguedine, scil. ita exhausta ac deficiente, ut instar testae nunc aream. Verbum כָּחַשׁ in conjugatione Cal hoc tantummodo loco occurrit; in Piel est *mentiri, fallere*, e. c. 1 Reg. XIII, 18., item per metaphoram de arbore aut fegete dicitur, quae *spem mentitur*, Hof. IX, 2. Hab. III, 17., et de *macie corporis* nomen כָּחַשׁ Job. XVI, 8. usurpatur. Chaldaeus nostro loco מְלֵהִי מְשֵׁן, *macilentus*, reddidit, et pro מִשְׁמֵן posuit מְלֵהִי מְשֵׁן.

פָּטִיִּים *sine pinguedine*, ut *Mem* praefixum sit *privativum*, ut 1 Sam. XV, 23. Jel. VII, 8.

25. יִנְיֵעוּן רֵאשֵׁם *Movent caput suum*, per ludibrium, et contentus causa, ut solent irridentes, cf. Pf. XXII, 8.

27. וַיִּרְעוּ כִּי-יִרְךָ וְאֵחָ *Ut cognoscant, quod manus tua ejusque opus aut effectum hoc sit*, cf. Exod. VIII, 15. XIV, 31. *Kimchi*: „quod haec salus (Vs. 26.) a tua manu mihi obtigerit.“

31. Adest misero propugnatione sua (ita *dexteræ astare* et Pf. XVI, 8. CXXI, 5.; differt nostra phrasis ab ea, quae supra Vs. 6. usurpata, ibi enim verbum עָמַד constructur cum עַל *contra*, significatque *adversari*, hic vero constructum cum לְ *ad*, denotat *adesse alicui ad latum*), et conservat eum adversus sententias et conatus eorum, qui morti eum adjudicant.

PSALMUS CENTESIMUS DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Regis, divinis summum imperium tenentis auspiciis, et cum regia dignitate conjungentis sacerdotalem, ad prisca illius Melchizedeci exemplum, celebrantur majestas, potentia et victoriae bellorum, quibus regni sui hostes omnes, divino auxilio adjutus, partim jam sibi subjecit, partim in posterum sit prostraturus. Regem hunc tantis celebratum laudibus qui Davidem esse statuunt interpretum, recentiorum plerique, expugnato, Davidicis copiis, Hierosolymorum castello, factum esse carmen volunt in honorem regis, quod arguere ipsis videtur Versus quartus, quo rex divino decreto dicitur constitutus esse successor prisca illius venerandique Hierosolymorum regis Melchisedeci, cujus scilicet quondam sedem, Jebusaeis nunc ereptam, Davides futuram Israelitarum regiam declaravit. Eodem pertinere dicunt, quod Versu secundo rex e *Zione* sceptrum potentiae suae longe lateque

que prolaturus esse canitur ¹⁾. Aben-Efra vero carmen tum conscriptum esse autumat, cum Davides audaci certamine cum hoste pugnans, in vitae discrimen adductus, et Abisaei interventu aegre liberatus esset; vid. 2 Sam. XXI, 15—17. Comites Davides eo tempore narrantur jurasse, se non passuros, ut deinceps secum ad pugnam egrediatur, ne extinguatur lumen Israelitarum. Quo refert prima carminis hujus verba, quae sic interpretatur: *remaneas* ²⁾ *in arce tua, Zione, securus fiducia auxilii mei; ne exeas ad proelia:*
hostes

1) Quas quidem Psalmi conscripti temporis notas, post Muntinghium observavit A. F. PFEIFFERUS in *Prolusione in hunc Psalmum* (Erlang. 1801. fol.). „Si quis,“ inquit, „attente legerit historiam expugnationis Jebus et montis Zion, 2 Sam. V, 6. seqq. et 1 Chron. XI, 4. seqq. relata, non facilem, sed difficultatum et periculorum plenissimam eam fuisse animadvertet, dignam omnino, quae carminibus celebraretur et acclamationibus, praesertim si, quod non inepte acceperis, David jam antea apud animum constituerat, ibi, ut rex populi, domicilium figere, huncque animi sui propositum tanquam divinitus acceptum, suis laudaverat, et mox, ut omnia, quae veneranda populo essent, ibi conjungeret, etiam arcam foederis illuc deportaturus erat. Davidis copias, quibus oppugnabat Zion, non exiguas fuisse, etiam hostium sarcasticus sermo 2 Sam. V, 6. probat. Vides igitur, unde copiarum exquisitarum in Psalmo (Vs. 3.) commemoratio. Jebus porro, vel Salem, Melchisedeci quondam urbs erat, quam forte et ex hoc argumento pro futura regia urbe statim David declaravit, 2 Sam. V, 7.“

2) מָנַח, *manere, commorari, remanere*, 2 Reg. II, 2. 4. 6. Jud. VI, 18. Hol. III, 3., plane ut Graecorum κατ'ἴσθιν, e. c. Luc. XXIV, 49. Act. XVIII, 11.

hostes tuos, tibi etiam absenti, subjiciam. In eandem fere sententiam carmen exponit MOSES MENDELII fil. ³⁾, quanquam illud referat ad aliam historiam e vita Davidis, quae narratur 2 Sam. XI. et XII, 27. seqq. Rex profligatis Ammonitis; Joabum, ducem, cum copiis misit, ut *Rabbam*, urbem primariam Ammonitarum, obsideret, *ipse* vero *remansit* in arce sua Hierosolymis. Joabus, capta ea urbis parte, in qua aquatio erat, nuntios misit ad Davidem, qui rem feliciter gestam significarent, et peterent, ut reliquum exercitum cogeret, atque, urbe penitus expugnata, bellum conficeret. Haec dum agerentur, vatem quendam Israeliticum carmen illud in honorem regis cecinisse existimat ⁴⁾. Quae quidem conjectura

3) Rationes conjecturae Viri ingeniosissimi et explanationis modum exposuit DAV. FRIEDLAENDER, in commentatione, quae inscribitur: *Etwas über die Mendelsohn'sche Psalmenübersetzung*, in *der Berlin. Monatschrift*, December, 1786. No. 15. Quae commentatio repetita est, sub junctis annotationibus, in hoc libro: *Moses Mendelsohn's Uebersetzung des 110ten Psalms, sammt Herrn Friedlaenders Kommentar darüber, beleuchtet von CHR. G. PERSCHKE*. Berlin, 1788. 8., Mendelidis explanationem Perschkius idoneis argumentis refutavit.

4) Hanc ipsam sententiam secutus est H. E. G. PAULUS tam in *Clavi. Psalmorum*, quam in uberiore nostri carminis explanatione, quam inseruit *Commentaria in N. T.* Vol. III. p. 335. seqq. Nec non CAR. DAV. ILGEN, qui in *Comment. de Notione tituli filii Dei, Messiae, hoc est, Unctio Jovae in libris sacris tributi* (*Memorabilien* Fasc. VII. p. 193.) carmen nostrum theodisce interpretatus est, notis additis.

jectura nititur maxime hac opinione, מְלִיכָה , Versu carminis sexto, esse urbis nomen. Cui tamen sententiae adversari grammaticas rationes, infra in annotatione ad eum locum videbimus. Neque magis probari potest Versus primi explicatio, ab Aben-Esra proposita, utpote usui formulae Hebraeae ibi usurpatae profus repugnans. Denique quid permoverit vatem, ut regem tam solenni formula Versu quarto Melchisedeci successorum a Jova declaratum canat, cogitari plane non potest, si carmen ad ea referas, quae 2 Sam. XXI. aut XI. et XII. commemorantur. Quod ipsum valet contra eorum sententiam, qui Psalmum de Abrahamo ⁵⁾, vel de Salomone ⁶⁾, vel de Hiskia ⁷⁾ exponunt. Nos qui-

- 5) Ita R. SALOMO JARCHI, cujus expositionem enarravit et refutavit J. D. MICHAELIS in *dem kritischen Collegio über die drey wichtigsten Psalmen von Christo* p. 618. seqq., nec non auctor ignotus versionis atque explanationis hujus Psalmi Arabicae, quam e codice Ms. Bibliothecae Bodlejanae edidit Schnurrerus in *der allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* ab Eichhornio edit. P. III. p. 433. seqq.
- 6) Haec Psalmum accommodavit A. C. BORNEK in *Commentat. super Matth. XXII, 41 — 46. et Pf. CX.*, in *der Allgemeinen Biblioth. d. bibl. Literatur, herausgegeben von J. G. Eichhorn*, Vol. VI, p. 315. seqq. Legenda tamen sunt, quae huic conjecturae obvertit PAULUS in *Comment.*, in *N. T.* Vol. III. p. 329.
- 7) Hujus opinionis jam JUSTINUS, *Martyr*, in *Dial. cum Tryph.* et FERTULLIANUS meminuit *advers. Marcion*, V, 9. Cf. Pauli *Commentar.* l. c. Singularis est Viri cujusdam docti Holmienſis conjectura,

quidem; quum hic Psalmus cum secundo hoc habeat commune, quod utroque carmine profertur divinum oraculum, quo Jova regi a se constituto pollicetur, se ejus hostes penitus profligaturum, Psalmum secundum vero suo loco viderimus canere summum illum regem e stirpe Davidica oriundum, restitutorem gentis ac reipublicae Hebraeae, quem יהושׁיָהוּ, *Unctum*, Ἐξόχως appellarunt; eundem et hoc Psalmo celebrari minime dubitamus. Veteres Hebraeos hanc spem fovisse, fore, ut Messias, perdomitis ac debellatis hostibus, ipsos ad summum potentiae et splendoris fastigium eveheret, omnibusque gentibus

ab ipso in *dem Neuesten theolog. Journal* a Gablero edito Vol. VIII. p. 536. seqq. proposita, Davidem, perduellione Absalonica commotum perturbatumque, oraculum adisse, sciscitatum de ejus rei exitu; responsum tulisse hujus sententiae: tranquillum permanere posse, auxilii divini fiducia, fore enim, ut Jova omnes ejus hostes ipsius imperio subjiciat: quod quidem effatum Versu primo Psalmi enarratum posterioris aetatis poetae alicui materiam praebuisse existimat, Jovae potentiam hoc carmine celebrare. Hanc sententiam, jam per se parum verisimilem, bene refellit J. E. GÜTE in *der Einleitung in die Psalmen* p. 314. Sed prorsus repudianda est DE WETTERII sententia, hunc Psalmum esse odam, qua poeta Regem aduletur (*eine dichterische Schmeicheley gegen den König*). Quinam intelligendus sit rex certo definire non audet; sed ob Vs. 4. cogitari posse putat de principe quodam Hasmonaeo, forsitan de Joanne Hyrcano, qui proprio sensu fuerit *Rex Sacerdos*, coll. JOSEPHO *Antiqq.* LXIII. Cap. 8. Cf. quae in hanc sententiam dixit JAHN in *Appendice Herme- neutices* Fasc. I. p. 94. seq.

tibus ac nationibus imperaret, quae supersunt: vatum Hebraeorum oracula clarissime probant⁸⁾. Porro is, qui hoc carmine celebratur, cum regia dignitate sacerdotalem in se uno conjunctam habet, contra quam fas esset in Israe- litica civitate, illamque aeternam et excel- len-

- 8) Nihil est, quod iis interpretibus, qui hoc carmine Messiam cani statuunt, opponit DE WETTE, victorias multo sanguine partas, quae regi hoc Psalmo celebrato tribuuntur, plane repugnare sanis, quae hominem Christianum decent, notionibus de Messia, atque adeo ad tuendum religionis et librorum sacrorum honorem illam interpretationem esse rejiciendam. Nam quis ignorat, carmina illa et prophetarum effata, quae Messiae splendidum imperium describunt, dijudicanda esse ex ingenio et cogitandi modo ejus aetatis, qua sunt edita? Verissima sunt, quae scripsit G. F. HUFNAGEL in Dissertat. I. de *Psalms prophetias Messianas continentibus*, Erlang. 1783., repetit. in *Commentatt. theologg.* a Velthuleno, Kuinolio et Ruperti edit. Vol. III. p. 91. „Nec ea, quae per similitudinem a rege petita Messiae tribuuntur, attributa, rejicienda puto et damnanda. Neque enim Christus ipse rejiciebat olim eorum sententiam, qui Messiam regem salutarent, et omnem regni Israelitici felicitatem ab eo derivarent. Ostendebat potius, eos graviter errare, qui talem in Messia viderent regem, qualem in Davide, Salomone, Hiskia, aliis, Joan. XVIII. 33 — 38. Quod si verum est, ut est, vehementer miror fuisse, qui se offendi affirmarent, in imagine Pf. CX. depicta, aegre ferentes Messiae crudelium in hostes animum, atque credentes, haec atque talia prorsus abhorrere ab ingenii ejus mansuetudine et lenitate, adeo ut sine gravi errore non possit argumentum Psalmi de Messia exponi. Salva enim res est. Per imaginem regis populi sui ultoris, et hostis profligantis, poeta adumbravit Messiam, et ita, ut ex ea eius posse agnoscere patriam et ingenium.“

lentiorē, quam quā Aaronitici sacerdotes orati erant. Quod nec de Davide dici potuit, nec de ullo alio regē terrestri, sed de solo Messia. Ad *Messiam* Judaeos aetate Jesu carmen retulisse constat ex quaestione illa Pharisaeis a Domino proposita⁹⁾; neque aliter persuasum fuisse videtur illi, qui carmen nostrum huic sacrorum cantuum syntagmati inseruit, Davidique auctori tribuit¹⁰⁾. Quodsi enim David hanc odam dixerit, non se ipsum, sed alium quendam, se superiorem, illa celebrasse necesse est. Ille vero quis alius, nisi Messias, fuerit?¹¹⁾.

9) Matth. XXII, 41. Marc. XII, 35. Luc. XX, 41. Nec inter Judaeos posteriora aetatis defuerunt, qui Psalmum de Messia ejusque imperio explicarent; veluti R. Saadias Gaon in Commentar. ad Dan. VII, 13, et alii, e quorum Commentariis excerpta dedit WERTHEIMUS ad Matth. XXII, 44.

10) Sunt quidem, qui verba דָּוִד מְזִמֵּר interpretentur: *Davidi* scil. dedicatum, *scil. in Davidem Carmen*, quum dictio דָּוִד, quae alias nomini מְזִמֵּר postponi solet, h. l. eidem praeposita sit. *Septies* ita nomen מְזִמֵּר nomini *Davidis* postpositum esse, monet Masora ad Ps. XXIV, 1., scil. praeter eum ipsum locum et nostr., et Ps. XL, 1. LXVIII, 1. CI, 1. CIX, 1. CXXXIX, 1. Sed quum ה' nomini proprio in carminum inscriptionibus praemissum auctorem indicare soleat, non dubitamus verba דָּוִד מְזִמֵּר ita esse capienda, *Davidis* scil. poëma. *Carmen*.

11) Davidi auctori hanc odam vindicare nuper studuit J. H. PAREAU in *Institut. interpretis V. T.* p. 510. „Davidem,” inquit, „auctorem ipsa arguit carminis dictio: et vero est aliquid in ejus, omnium tribuum regis, historia tam singulare, ut ex ea solo id, quod in carmine maxime obscurum est de regiae et de sacer-

1. נאם יהוה לארני *Dictum*, éssatum *Jovae ad Dominum meum*, i. e. regem, qui ab inferioribus titulo ארני salutari solebat, vid. 1 Sam. XVI, 16. XXII, 12. 2 Sam. II, 5. 8. 1 Reg. I, 13. 17. 31. Sequitur oraculi formula: שֵׁב לְיָמֵי *Sede ad dextram meam*, i. e. regnum administra tibi a me delatum tanquam confors majestatis ac potentiae meae. Honor maximus erat, sedere regis ad dextram, quod quum ex more veterum et recentiorum populorum doceri potest (vid. KNAPP Profus. *de Christo ad dextram Dei sedentee* p. 6.), tum intelligitur ex loco 1 Reg. II, 19, ubi Salomo Bathsebam matrem ad dextram suam sedere jubet. Neque honor solum ac dignitas, verum *societas quoque imperii et consortium in republica administranda*, sessio ad dextram principis nonnumquam indicatur; quod non est sic intelligendum, ut, qui regi dex-

ter
 certatus dignitatis conjunctione, mutari possit. Legimus nempe 2 Sam. VI, 12. — 19., arcam foederis a Davide ad stabile in monte Zionis domicilium cum sacra pompa sic deductam fuisse, ut ipse sacerdotem ageret et vestitu suo, et offerendis victimis, et piis de populo votis pronuntiandis. Erat autem haec opportunitas simul ejusmodi, ut ad Davidis fiduciam de divino auxilio in bellis, quae adhuc gerenda haberet, alendam perquam idonea esset. In tali ergo conditione ipsam Messiae conditionem partim similem, sed multo excellentiorem adumbrare sibi visus, eum compellat sibi superiorem, ac divinum de summa ejus majestate amplissimoque imperio refert oraculum, quo certa ei promittatur de omnibus suis hostibus victoria; imo eum conspicit sacerdotali, in media atque innumera turba sancta, ornatam dignitate, quam adeo cum regio dignitate, idque in perpetuum et ex divino decreto, conjuncturus sit. Nec fuisse Davidi doctrinam de futuro Messia incognitam, probare conatus est Jo. THEOD. BERGMANN in *Commentatione in Psalmum centesimum decimum*, Lugd. Batav. 1819. p. 80. in quarto.

ter affideat, propterea ei per omnia aequalis habeatur, et par honore, loco atque auctoritate; sed tantum habet, quantum ipsi regis arbitrio conceditur, tametsi socius est et comes imperii. E quo genere sunt loca Matth. XX, 21. et Marc. X, 37. Salóme Jesam pro filiis, Jacobo et Joanne interpellans, *jube, inquit, sedent hi duo filii mei, alter ad dextram tibi, alter ad laevam in regno tuo;* quibus verbis imperii societatem et locum a rege proximum postulari, e Vs. 25 — 28. planissime patet. Similia sunt, quae apud poetas Graecos de iis *σύνεδροις, πάρεδροις* et *σύνθρονοις* leguntur, de quibus, post ΓΛΟΤΙΣΜ ad loc. Matthaei commemoratum, admonuit CLERICUS in *Annotatt. ad Hammondi Paraphras.* N. T. Marc. XVI, 19. Ita Pindarus Minervam dixit (referente *Aristide*, vid. *Carminum Pindaricorum fragmenta*, a J. G. Schneidero edita p. 55.) *δέξιάν κατὰ χεῖρα τοῦ πατρὸς (Jovis) καθεζομένην, τὰς ἐντολάς τοῖς θεοῖς ἀποδέχασθαι*, quod ab HERATIO (*Od.* l. 12, 19.) sic expressum est: *proximos illi tamen occupavit Pallas honores.* Fuit autem Minerva, quae Aristidis observatio est, *ἀγγέλου μείζων.* — τῶν ἀγγέλων ἄλλοις ἄλλα ἐπιτάττει, πρώτη παρὰ τοῦ πατρὸς παραλαμβάνουσα. Et apud CALLIMACHUM *Hymn. in Apoll.* Vs. 28. 29. Apollo chorum, si grata cecinerit *τιμήσει, praemiis afficiet*, quod potest, quia Jovi dexter sedet (*δύναται γὰρ, ἐπὶ Διὶ δεξιὸς ἦσται*). Utroque loco, Pindari et Callimachi, patet sessione ad Jovis dextram non modo loci et dignitatis excellentiam indicari, verum potestatem etiam, auctoritatem, et quandam imperii societatem. Quod multo magis de nostro loco valet, quum formula *יָמִינִי בַּיְהוָה* h. l. idem significet, ac *יָמִינִי יְהוָה בַּיְהוָה*, *affide dextrae meae in throno meo* (Cf. SCHNÜRPERI *Theses in hunc Psalmum ad-ditas Bibliothecae Arabicae* P. II. pag. ult. „Etenim si Jovam cogites ex ipsa sede sua regali pronuntiantem, omnino non est opus ipsis vocibus *יְהוָה בַּיְהוָה*, at *יָמִינִי* abesse non poterat.“ — Metaphora est deprompta a rege, filium secum

secum regnaturum (ut Exod. XI, 5. 1 Reg. I, 13. 17.) a dextris suis throno regio collocantem, ut David fecit Salomoni, 1 Reg. I, 43—48. coll. JOSEPHI *Antiquitt.* Lib. VII. Cap. XI. Sensu igitur noster locus prorsus convenit cum illo Ps. II, 7. *Tu es filius meus, hodie te genui, i. e. imperii quasi socium te adoptavi, regem te constitui* (cf. not. ad eum loc.), atque *rex ad dextram Jovae sedens* is est, qui proximos Jovae occupavit honores, et qui in illa provincia, quam sibi Jova sedem imperii elegerat, in illa urbe, ubi residebat, vices ejus gerebat. Talis veteribus Arabum regibus, qui ante Mohammedem

Hirae regnum tenebant, erat ^{5 11} رَدَاف (a verbo ^{11 11} رَدَف, رَدَف, *pone venit, successit*) quod nomen Golius explicat: *secundus a rege ejusque absentis locum tenens.* Accuratus vero ejus dignitatis ratio cognoscitur ex hoc *Ibn-Cotai-bae* loco (in *Monumentt. antiquissimae Historiae Arabum* ab Eichhornio editt. p. 220.), quem quia ad hunc nostri carminis locum illustrandum a nemine adhibitum video, hic apponere lubet: **وكانت الرذافة ان يجلس**
وكانت الرذافة ان يجلس *Ridafat est dignitas*
juxta regem sedendi. Adsidet autem Radaf. (i. e. qui secundus a rege est) a dextra ejus, et si bibit rex, bibit Radaf ante alios, et si in expeditionem egressus fuerit rex, sedet in loco ejus, et ejus vices gerit, donec redierit, et, si excursionem susceperat legio regis, accipiebat Radaf quartam praedae partem. Vid. et *Excerpta ex Ibn Nabatae Commentar. in Ibn Zeiduni Epistolam* in J. L. RASMUSSEN *Additam.*, ad *histor. Arab. ante Islamismum*, Havn. 1821. 4. p. 5. — Quum *Dei dextra* significet etiam ejus *fortitudinem, potentiam, et protectionem*, ut Ps. XX, 7. XLIV, 4. CIX, 31., verbum **رَدَف** autem *manere* (vid. supra ad Argument. not. 2.), sunt, qui verba nostra: *sedes ad dextram meam* sic interpretentur: *expecta meum auxilium et salutem; sive, ut Grotius sensum expressit: securus esto auxilii mei.* Boni vero interpretis est, in hu-

hujusmodi dictionibus explicandis non subillere in eo, quid singulae voces seorsim posita hoc vel illo loco significent, sed integrae formulae vim et usum spectare. *Donec subjecero hostes tuos scabellum pedibus tuis*, id est, quos calces et conculces ut scabellum; vel: conculcandos tanquam scabellum, quos habeas subjectissimos, idem quod alias simplicius dictum: *sub pedibus alicujus collocare*, ut Pf. VIII, 7. coll. Pf. XVIII, 39. XLVII, 3. Nec obscura erit origo *Φράσσω*, si meminimus, et moris fuisse olim apud gentes barbaras, ut victores victos pedibus suis subjicerent, vid. Jos.

X, 24. 25., et verbum *سجد* apud Arabes etiam notare: *humi prosternere, subjicere*, unde *הרים רגלים* id omne vocatur, quod *pedibus substernitur*, plane ut *מקום רגלים* Jel. LX, 13. Particulam *עד* non esse in hanc sententiam accipiendam, quasi subjugatis inimicis regnare sit deserturus, res ipsa docet; sed hoc ait, etiam eo tempore illum dominaturum, cum hostes adhuc, fractis licet viribus, tamen pugnant (cf. Vs. 2. *ידה בקרב איביה*); sive quod interim dum sedebit ad dextram Jovae, i. e. regnabit, subjecturus sit Jova inimicos ejus pedibus suis. Nam interdum particula *עד* ita pertinet ad tempus praecedens, ut de futuro non inferat contrarium, e. c. Gen. XXVIII, 15. *Non deseram te, donec complevero universa, quae tibi dixi*. Deut. VII, 24. *Nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos*, neque enim posteaquam contriti essent, repugnaturi erant. Cf. infra Pf. CXII, 8., et plura hujusmodi exempla in GLASSII *Philol. S.* p. 382. seqq. ed. Dath. et in NOLDII *Concordanti. Particular.* p. 534. b. edit. Tymp. Huc igitur tota causa deducenda dicitur, qui hunc principem oppugnaverint, eumque de imperio dejicere voluerint, deturbati omnes *jaceant*, ipso contra a dextra Dei sedente, i. e. regnum obtinente, divinitus ipsi delatum. Henslerus *עד* h. l. pro *interim dum*, ut Jud. III, 26., accipiendum observat. Pfeiffero illa particula h. l. conjunctiva vel inclusiva est, ut

i Sam.

1 Sam. XVIII, 4. XXX, 19., sit transferenda: quia ~~et~~ vel: adeo gloriosum te facio, ut et ponam inimicos etc. Constat vero, etiam expugnato Hierosolymorum castello, multos adhuc hostes Davidi debellandos fuisse. Ceterum an exstiterit tale oraculum hisce verbis propositum, non est quod quaeramus. Placuit poetae, simplicem hanc sententiam: *Jova ipse dominum meum regem constituit, hostesque ejus universo ei subjiciet*, oraculi in modum proponere.

2. Jam, proposito Jovae oraculo, vates alloqui regem incipit. מַטֵּה עֵדָה יְרֵשֶׁלַח יְהוָה מִצִּיּוֹן *Sceptrum potentiae tuae*, i. e. potens et regium tuum *Sceptrum* (coll. Jerem. XLVIII, 17. Ezech. XIX, 11. 14.) *emittet Jova e Zione*, i. e. ex arce hac, a te jam expugnata regia tua futura, regia tua jussa emittes, imperium exercebis in tuae ditionis populos. יָדָה בְּקֶרֶב אֲרִיבִיהָ *Imperabis in medio hostium tuorum*. Qui Davidem hac oda cani existimant, illi vicinos Palaestinae populos indicari volunt. Ita PFEIFFERUS: „Imperabis, quamvis circum circa hostes, Philisthaei, Ammonitae, Moabitae, alii, sint; vid. 2 Sam. III, 18. Sic non est, quod torqueamus vocem קֶרֶב. Id si cui nauseam creat, explicet, ut Hensler, pleonastice: *Imperabis in hostes*, vel legat בְּקֶרֶב, *in appropinquatione hostium tuorum*. Sed non subest causa. Imperativum pro futuro positum esse, vix est, quod moneam.“ Sed recte monuit BERGMAN p. 98. בְּקֶרֶב hic proprie *in medio*, i. e. medios inter hostes significare, ut sensus sit: quamvis terrarum orbis hostibus tuis repletus sit, non tamen hi impedire poterunt, quominus regnum tuum in eorum medio propagetur. Bene praeterea Schnurrerus (loco supra memorato) observat, post מִצִּיּוֹן subaudiendum esse לְאֹמֶר, sensumque esse: hostes tuos non quidem protinus delebit Jova, sed tuae potentiae metu injecto continebit.

3. עַמֵּךְ נִדְבָהָ *Populus tuus erit promittudines*, id est, abstracto posito pro concreto (ut Pf. CIX, 4. CXIX, 142. 172.); erit promississimus, evocatus a te ad hostes (Vs. 2.)

debellandos, sponte se tibi offeret. Recte N. G. SCHROEDERUS (laudatus a Bergmano p. 101.) in *Annotatt. M/s.* in hunc Pf., de hoc Versu ita disputat: Messias, rex constitutus, proponitur ut bellicus imperator praeclaris victoriis regni fines amplificans, eumque in finem utens civibus tanquam militibus pro suo regē alacriter et magno numero pugnaturis. Quidam עמך נרבה concise dictum observant pro עמך יהיה עם נרבה, *populus tuus erit populus promptitudinum*, i. e. paratissimus atque promptissimus; eodem sensu. Cf. ad constructionem not. ad Pf. LX, 5. Aben-Esra ex collatione Pf. LXVIII, 10. subaudito nomine *pluviae* (גשם נרבה), sensum facit hunc: *adcurrent tibi instar pluviae copiosae*. Quum נרבה Exod. XXXV, 29. Levit. XXII, 18. 21. Dent. XII, 6. Amos IV, 5. de *oblationibus spontaneis* dicatur, sunt, qui h. l. post עמך subaudito verbo יבא, et ante נרבה praefixo ב, sic interpretentur: *populus tuus aderit cum spontaneis oblationibus*. Sed quum nostro loco exercitus ad bellicam expeditionem evocatus describatur, נרבה omnino de *animo prompto alacrique* accipiendum, ut Hof. XIV, 5. נרבה *ultro* denotat, et cf. Pf. LI, 14. (יה יהיה נרבה vid. ibi not.), et Jud. V, 2. 9. Et Arabibus verbum نزل dici de milite, *promptum sese praebente*, atque ad extrema quaeque subire parato, ostendit A. SCHULTENS in Notis ad *Excerpta ex Hamasa*, Grammaticae Erpenianae a se editae annexa, p. 310. seq., atque in *Epistola* I. ad Menkenium p. 40. ביום הילך *In die exercitus tui* colligendi et educendi adversus hostes. מילי *Militia*, copiae militares, ut Dent. XI, 4. 2 Reg. VI, 15. — בהורי-קרש *In decoribus sanctitatis*, i. e. pulcherrimo vestitu festoque ornatu (cf. Pf. XXIX, 2. XCVI, 9.) se sistent. Alii in *splendore bellicoso* s. *militari* interpretantur, quum tam nomen קרש, quam verbum קרש, de iis usurpetur, qui ad bellum electi, eique consecrati sunt, vid. Jes. XIII, 3. (et cf. not. ad eum loc.), Jerem. VI, 4. LI, 27. Pro בהורי-קרש in

libris bene multis; et manu et typis exaratis, extat בְּהַרְרֵי - קָדְשׁ, *in montibus sanctis* (ut Pf. LXXXVII, 1.), quibus montes Hierosolymitani intelligendi. Ita et in suo codice reperisse videtur Hieronymus, qui *in montibus sanctis* transtulit, nec non Symmachus, is tamen ex altera tantummodo recensione, quae ἐν ὄρεσιν ἁγίοις exhibet, nam in altera ἐν ὄρεσιν ἁγίων extat; vid. DL ROSSII *Varr. Lect.* ad h. l. Recepta lectione sensum multo elegantiorum prodire, quisque intelliget ipse. Verba, quae sequuntur, מְרֹחַם מִשְׁחָר לֵךְ שֶׁל יְלֻדָּה, Schnurrerus scite monet (post LOWTHIUM *Praelect. X. de Poësi* p. 207. 208. edit. Goett. f. p. 104. edit. Lips. not.) resolvenda esse hoc modo: מִטַּל רֹחַם מִשְׁחָר לֵךְ יְהִיָּה לֵךְ יְלֻדָּה, *ros juventutis tuae erit tibi prae rore*; s. magis quam ros uteri aurorae; ejusmodi constructionis et ellipsis exempla vid. Pf. IV, 8. (7.) Jes. X, 10. Job. XXXV, 2. Similia loca ex Pindaro attulit Lowthus l. c. Nomen יְלֻדָּה, *juventus*, (Coh. XI, 9. 10.), h. l. metonymice pro *juvenibus*, sicut עוֹלָם, *seculum*, pro hominibus in seculo viventibus, Pf. XII, 8.; et לֶב שְׂנִים ac יָמִים, *multitudo annorum*, pro viris senibus et annosis, Job. XXXII, 7.; nec נֹחַן שִׁבָּה, *canities*, pro homine cano, Levit. XIX, 32. *Juvenes regis* h. l. esse juvenes ab ipso delectis conscriptosque ad bellicas expeditiones, contextus docet. *Rori* copia militares numerosissimae etiam comparantur 2 Sam. XVII, 11. 12.; vid. et Mich. V, 6. *Ros vero uteri aurorae*, est ros aurorae innumeras roris guttulas per unam noctem collectas, quasi ex utero suo parientis, cf. similem imaginem Job. XXXVIII, 8. 29. Similiter CICERO *de Divinat.* L. I. Cap. 8. *Quam primum gelidos rores aurora remittit.* Sensus: tibi ros juventutis tuae, i. e. soboles nata juvenum tuorum, seu exercitus populi et delectorum tuorum, roris guttis par erit multitudine, id est, innumerabilis quaedam. Ita LUDOV. CAPPELLUS quoque in *Crit. S.* p. 861. edit. Vogel-Scharfenb. haec verba interpretatur, „in delectu,

quem facies, militum tuorum, juvenes tui electi sobolescent veluti, et subnascentur tibi ea copia et pulchritudine, qua roris guttulae mane adparent, unius noctis spatium quasi prognatae, et veluti ex aurorae vulva profeminatae." Alexandrinus hebraea nostra ita reddidit: ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, hincque Vulgatus: *ex utero ante Luciferum genui te.* Patet, illum, omiſſis vocibus מַלְאָךְ לְיָ (quas nec Theodotion expressit), cetera vocabula sic enuntiasse: מְרַחֵם מַשְׁחֵר, וְלִרְחֵם; atque לְרַחֵם; quidem etiamnum reperitur in codicibus quibusdam, a de Rossi enumeratis. Vix dubitari potest, calami erroribus illud annumerandum esse. Copiose de hac lectione, aliisque et veterum et recentiorum παραρρηγείαις hujus loci egit J. D. MICHAELIS in *Collegio Critico* p. 537. seqq. Cf. HENSLERI *Bemerkungen über Stellen der Psalmen und Genesis* p. 170. not. et BERGMAN *Commentat.* p. 108. seqq.

4. יָרַח וְלֹא יִבְחַח. *Juravit Jova, nec promissum poenitebit,* numquam decretum suum mutabit; eadem phrasis Num. XXIII, 19. 1 Sam. XV, 29. Sequuntur jurisjurandi verba, ante quae לֹא אֶמַר (ut supra Vs. 2.) est subaudiendum: אֶמַח כְּהֵן לְעוֹלָם עַל-וַבְּרַחֵם מִלְכִּי-צַדִּיק. *Tu sacerdos in perpetuum eris secundum rationem Melchisedeci,* prisci illius Hierosolymorum regis, qui solus, quantum memoriae proditum fuit, cum regia dignitate sacerdotalem conjunxerat (Gen. XIV, 18.). Qui hac oda Davidem laudari existimant, haec verba eo referunt, quod quum rex ille Melchisedeci quondam sedem, Hierosolymorum castellum, jam expugnasset, eum vates in veteris illius regis locum successisse canat; atque hoc quidem etiam propterea, quod eundem summum Deum, cujus Melchisedecus fuisset sacerdos, et Davides rex colebat. Sed longe aptius de Messia, haec dicantur. Nomen כְּהֵן Aben-Efra h. i. *ministri* significatione vult accipiendum, ut 2 Sam. VIII, 18. Davidis filii vocantur כְּהֵנִים, quod 1 Paral. XVIII, 17. sic explicatur, *fuisse illos primos ad*
ma-

manum regis. Quare loci nostri sensum hunc facit: Tu, David, minister Dei eris in perpetuum; ideo quo decimas accipies, sicut ab Abrahamo Melchisedecus. Quod quam sit jejunum, quisque sentiet ipse. Neque probanda Hensleri opinio, verba ad hujus versiculi initium: jurabit Jova, etc., ad ea, quae praecedunt, esse trahenda. Recte SCHNURRERUS: „Formula, decretum Jovae est, quod numquam immutabit, ita comparata, ut quod proximis verbis dicitur; non possit non esse grande aliquid; eximium, singulare.“ Tale vero omnino hoc erat, quod Messias, ejusmodi regis, qui simul summi Dei sacerdos olim fuisset, successor futurus et ipse post longi temporis intervallum denno regem simul et sacerdotem sit repraesentaturus, quum hujus carminis editi tempore insolitum esset, sacerdotem fieri eum, qui non esset de tribu Levi. Quare addidit על-הברתי מלכי-צדק, secundum rationem s. conditionem Melchisedeci, q. d. non vulgaris quidam, qualis Aharonis, aut alius ex ejus posteris, Levitae, sed singularis plane et eximiae conditionis, scil. regiae, sacerdos. על-הברתי cum Jod paragogico (quale in sequenti מלכי-צדק, item in ארני-בוק Jos. X, 1. ארני-בוק Jud. I, 6., aliisque passim, e. c. Jes. I, 21. Thren. I, 1. 4.), pro על-מנהג, propr. pro ratione, secundum rationem, ut Cohel. III, 18. VIII, 2., quod Aben-Esra recte h. l. exponit על-הברתי, secundum morem s. consuetudinem, et Syrus כְּעֶלְמֶה in similitudine, quomodo et epistolae ad Hebraeos scriptor VII, 15. κατὰ τὴν ὁμοίωσιν Μελαχισεδὲκ dixit. Alexandrinus κατὰ τὴν τάξιν, Vulgatus secundum ordinem, qui significatus repeti potest ex verbi Arabioi نَجَسٌ nq̄tionē, pone fuit, sectatus fuit, successit, unde نَجَسٌ successor; sic על-הברתי esset secundum successionem. לעולם In perpetuum, quod qui ad Davidicum Psalmum referunt, interpretantur; dum

enim, כולם *tempus perpetuum* notare, quatenus subjectae materiae *perpetuitas* convenire potest, ut Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17. de servo perpetuo, i. e. ad annum usque jubilaeum; cf. et 1 Sam. I, 22, 1 Chron. XV, 2. Verum contra monuerunt alii, nihil tam eximii esse in eo promisso, fore eum, de quo hic agitur, sacerdotem per totam vitam, ut id tam gravi jurejurando sanciri debuerit. Videtur igitur vates de longiore aetate, quam quae vulgo esse hominum solet, cogitasse. Nomen מלכי-צדק Kimchi Chaldaicum sequuntur (דבריהם מלך וצדק, *quod fuisti rex justus*), male pro appellativo habet, ut sensus sit hic: *quia* (ut על-דברך Cohel. VII, 14.) *tu, David es rex justitiae*, s. justus, coll. 2 Sam. VIII, 15. (ubi Davides juste regnasse dicitur). Grotius: *secundum meam constitutionem* (plane contra usum dictionis על-דברך), *o rex mi juste!*, coll. Prov. XXIX, 14; quae quidem interpretationa retulisse sufficiat. Ceterum ad locum nostrum videtur adumbrata descriptio *regii sacerdotis* apud Zachariam vatem, VI, 13. De usu, quem auctor epistolae ad Hebraeos V, 9. 10. de hoc loco fecit, copiose disseruit BERGMAN in *Commentat.* p. 131. seqq.

5. ארני על-ימינה *Dominus ad dextram tuam*, o rex! ad eum enim, de quo Versu, qui praecessit, sermo fuerat, suffixum secundae personae nominis ימינה est referendum, et sub ארני *Jova* intelligendus, regis, hoc carmine celebrati, potentissimus defensor. Ita Chaldaeus: שכנתא דני על ימינה *Majestas Jovae ad dextram tuam perquiet* etc. Imo exhibent codices septendecim Kennicotti יהנה pro ארני. *A dextra*, s. *ad dextram esse* alicui ex usu loquendi Hebraico est praello esse, adesse, propugnare, vid. Pf. XVI, 8. CIX, 31. Recte Grotius hunc locum sic interpretatus est, *adjutor tibi est, et velut παραστάτης*. Dominus, id est: Jova (neque enim de ullo alio, aut Deo, aut homine, usurpatur nomen ארני) semper ad latus tuum adversus hostes tuos pro te propugnans caedet reges, rel. Aliud quid igitur hic dicitur,

citur, quam supra Vs. 1., ubi Messias Jovae *ad dextram sedere*, i. e. pari cum eo potestate. uti dicitur. Difficultatibus vix solvendis sese implicant, qui Suffixum secundae personae vocis ימינה ad Jovam referunt. Tribuitur vero hic Jovae, quod proprie Messias est patraturus, cui eadem Pf. II, 9. tribuuntur. Quod tamen eodem recidit, quum divino auxilio adjutus Messias insignes, de quibus hic agitur, victorias de suis hostibus reportabit. Atque ad Messiam reliqua carminis esse referenda, vix est, quod moneamus. Praeteritum מתן, pro futuro, *contundet*, ut saepe in *vaticinatione*, v. c. Jes. IX, 1. Obad. 1. 2. Jerem. XXVIII, 2. Cf. LOWTHII *Prælect.* XV. p. 288. seqq. edit. Gotting., p. 163. ed. Lips. ביום אפון *Die irae suae*, quando indignabundus supplicium sumet de gentibus rebellibus, cf. Pf. II, 5. 12. Jes. XIII, 9. 13. מלכים *Reges hostiles*, quicumque demum sint.

6. Verba ידיו בגוים יהיה כל גוי מלא ידיו Schnurrerus docet resolvenda hunc in modum: ידיו בגוים יהיה כל גוי מלא ידיו *animadvertet in gentes hostiles; unaquasque erit cadaveribus plena.* Aliis מלא est verbum, quod, quamvis saepe *intransitive* occurrit, nonnumquam tamen, ut Exod. XL, 34. 1 Reg. VIII, 10. 11. Ezech. X, 3. XLIII, 5. significatione activa usurpatur. Quo assumpto transferendum erit: *implebit* scil. eas, gentes, vel, loca omnia, *cadaveribus.* Chaldaeus *terram* subaudit, verba ejus ita sonant: מלא ארצא גושמי דרשיעין קטילין *implevit terram cadaveribus improborum occisorum.* יתחז ראש *Conquassabit capita*, ut Pf. LXVIII, 22. אלהים יתחז ראש אויביו. — על ארץ רבה *Super terram magnam*, i. e. super campos late patentes, in quibus proelia fieri solent; ingentes hostium strages edet. Sunt, qui nomen ראש significatu *principis, gubernatoris* accipientes (ut Num. I, 4. XIV, 4. Jud. XI, 8.), verba nostra sic interpretentur: *percutiet principem*, s. *collective, principes super terris multis*, i. e. ingentium terrarum principes. Qui tamen hebraice ראש ארץ רבה, vel ראש לארץ רבה (cf. Num. I, 4.) dicens

cendi erant; iis enim locis, quibus particula על nomen ראש sequitur, illa pendet a verbo נחן, et integra phrasis est: *aliquem aliis principem praeponere*, vid. Exod. XVIII, 25. Deut. I, 15. Mendelii fil. רבה pro nomine urbis Ammonitarum *Rabbah* accepit, et nomen ראש *principis* significatn, unde loci nostri sensum fecit hunc: *percutiet principam terrae Rabbah*, i. e. ejus terrae, cujus urbs primaria est Rabbah, sive principem terrae Ammoniticae. Sed ut nemo hebraeus unquam dixit ארץ ירושלים pro ארץ ישראל, ita nec ארץ רבה pro ארץ עמון (vid. Deut. II, 37. Jos. XIII, 25.) dictum verisimile.

6. מנחל בחרך ישמה על-פני ירים ראש. *E torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.* Quibus verbis plerique strenuum et alacrem bellatorem describi existimant, quem nulla res remoretur, quin summo ardore victoriam persequatur, „qui (sunt Grotii verba), dum hostis persequitur, non quaerit diverforia, ut vino se refoveat, sed aqua contentus est, quam obiter et raptim sumit ex quovis, quem reperit, non fluvio tantum, sed et torrente.“ Respici aliqui putant historiam Jud. VII, 5. 6., ubi Gideon narratur bonos milites explorasse aquae potu, eos solum retinens, qui manu haustam e flumine aquam lamberant, dimissis e castris, quotquot flexo poplite biberant, quod hos ignavos judicaret. Sunt, qui hoc Versu significari putent tantam et tam horribilem hostium stragem editurum regem hoc carmine celebratum, ut e rivis cruoris per viam passim manantibus, quasi e torrente bibiturus sit, hoc est, satiandus sit hostium suorum sanguine, coll. Num. XXIII, 24., ubi populus Israeliticus, leoni assimilatus, praedam devorare et occisorum sanguinem bibere dicitur. Rectum vidit Schnurrerus, qui Versus sensum sic explicat: „Cum fatigatus fuerit caede hostium, tamen haud remittet, sed potu aquae ex rivo obvio relectus novas vires exferet in hostilibus copiis profigandis.“

PSALMUS CENTESIMUS UNDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Celebrat beneficia collata populo Judaico, quod superioribus Psalmis aliquot prolixè verbosèque fit, in quibus sigillatim ea enarrantur, hoc autem brevi et sententiosa cõmmemoratione comprehendit beneficia Jovae haec: alimentum in locis desertis; donum terrae Canaanicae; potentiam, veritatem, justitiam Jovae; liberationem ex Aegypto; foedus Abrahamicum; ultimo religiose et sententiose celebrat studium pietatis et fructus ejus. Temporis quo fit editus, notas Psalmus prae se fert nullas, estque et illo ignorato satis per se planus.

Ordine, alphabetico hic Psalmus conscriptus est ¹⁾, sed ita, ut in singulis Versibus binae reperiantur literae, in duobus postremis ternae (quod ipsum etiam factum Ps. CII.). Cur sic cogantur literae; brevitatis causam Kimchi affirmat.

1) Sicut Ps. XXV. (cujus cf. Argument.) XXXIV. XXXVII. alii.

mat. Alii hujus rei rationem afferunt hanc, ut Psalmus denarium non excederet numerum, perfectum illum, et praeceptorum Decalogi numero parem ²⁾).

Est hic Psalmus ex eorum numero, qui ab *Hallelu-Jah* incipiunt, quorum *decem* sunt numero ³⁾, quemadmodum *quinque* ita finiunt ⁴⁾. Ex quibus utrisque sex, Ps. CXIII — CXVIII. *magnum Hallel* Hebraeis dicti fuerunt. Horum usus in omnibus quidem festis, praecipue tamen in solennibus *Paschae* et *Tabernaculorum* fuit, ita ut Ps. CXIII. et CXIV. ante Paschalem coenam, sequentes vero Psalmi, CXV — CXVIII, post eandem cantati fuerint ⁵⁾. Hisce vero hymnis

2) *Exquisita diligentia factum Psalmum, inquit RUDINGERUS, ostendunt ἀποστιχίδες, nam ut memoriae ediscere volentium hoc modo consuleret auctor (cf. supra, p. 675.), in tam brevi Psalmo non fuit opus. Itaque et in hoc, et in aliis, magis ad diligentias et elaborationis accuratae ostentationem, quam ad memoriae compendium ἀποστιχίδες institui existimo, quae in hoc Psalmo etiam in mediis versibus usurpantur, ut in paucitate horum literae tamen alphabeti universae repraesentari possint, et singuli versus haberent binas literas. Sed in ultimo et penultimo haeret res, quum singuli ternas habeant, quod corrigi posse existimant aliqui, si ex duobus ultimis tres versus faciat aliquis, ut fiant Versus undecim, et librarii haec culpa sit, non auctoris.*

3) Ps. CVI. CXI. CXII. CXIII. CXXXV. CXLVI. CXLVII. CXLVIII. CXLIX. CL.

4) Ps. CIV. CV. CXV. CXVI. CXVII.

5) Vid. BUXTORFII *Lexic. Chaldaico-Talmud.* voce ܠܗܝ, col. 613. seq.

nis proemii loco nonnumquam praemissi mutantur Psalmus noster et CXII.

1. בסוד ישראלים *In conventu rectorum*, quibus Kimchi Israelitas intelligendos monet, coll. Num. XXIII, 10. וערה Imo *in toto coetu*, coll. Levit. VIII, 4. Recte Aben-Esra observat ערה oppositum esse סוד, *secretiori conventui* (cf. not. ad Pf. XXV, 14.), ut sensus sit: clam et palam, privatim et publice Jovam laudibus celebrabo. Kimchi post וערה repetendum monet praecedentem genitivum ישראלים; ita Arabicus interpres: *eorumque congregatione*.

2. גדולים מעשי יהוה *Magna sunt*, omnem humanam virtutem superant, *opera Jovae*. Hoc Kimchi putat initium laudis esse, Vs. 1. indicatae; unde Aben-Esra etiam ante hunc Versiculum subaudit למאד, ut Pf. CX, 2. 4. Simplicius tamen videtur, hunc Versum cum superiore per causalem particulam *enim*, כי, connectere. וירשיהם לכל חפציהם *Quaesita*, s. *exquisita* (ut Vulgatus habet) sunt, *secundum omnia desideria eorum*, scil. rectorum, i. e. magna sunt, quae fecit Jova, et omnino ejusmodi, qualia optare pii possunt, ita ut alia aut majora, quaeri vel desiderari ab iis non possint. Dathius ita reddidit: *Amabilia omnibus, qui libenter in ea inquirunt*, inque nota subdidit, „וירשיהם *amabilia* reddidi, ex idiotismo linguae, quo participia passiva nonnumquam respondent adjectivis in *bilis*, e. c. *desideratus* pro desiderabilis Prov. XXI, 29.; *fractus* pro *fragilis*, 2 reg. XVIII, 21. Indicatur suavitas, quam diligentes operum divinatorum in hoc suo labore sentiunt.“ Chaldaeus pro חפציהם posuit רצבון בהון omnibus *qui delectantur iis*, quod ipsum sequenti Syrus et Kimchi, qui haec notat: „etsi quidem magna sunt opera Jovae, sunt tamen *exquisita omnibus volentibus ea*; perinde ac si diceret: unicuique sunt explorata et inventa,

ta, qui illa studiose considerat et inquirat. תַּפְצִיחַ est nomen adjectivum, a singulari תַּפֵּץ, cuius plurale תַּפְצִיחַ, sicut a זָקַן sit זִקְנִים, וְזִקְנֵיהֶם. Huc pertinet, quod sub dictionis תַּפְצִיחַ literis duobus prioribus in uno codice Rossiano alia puncta primo extabant, „verosimilius,“ ait Rossius, „Chateph patach et Zere (תַּפְצִיחַ); qui deletantur illis, ut Syrus, Chaldaeus, Hieronymus. Ita etiam, sed per Cholem in partic. Michaelis Biblioth. Orient. T. XIX. p. 151.“ Alii novam nomini תַּפְצִיחַ significationem; et reciprocam suffixo tribuunt, ut sit vel *quaesita*, desiderata sunt propter amabilitates suas; vel *exquisita ad omnia desideria sua*, i. e. ad finem suum omnia exquisite selecta a Deo; diuiniuscule. Simplicissimum et orationis seriei aptissimum videtur, quod primo loco dedimus.

3. יהוה והדר פָּעִלוֹ *Gloria et decor est opus ipsius, gloriosa et magna sunt, quae facit, omnia.*

4. זָכַר עֲשָׂה לְנַפְלָאוֹתָיו *Memoriam, i. e. monumentum memoriae (ut זָכַרְוֹן Num. XVII, 5). fecit mirabilibus suis, i. e. monumentum sibi constituit nominis sui aeternum mirabilibus rebus iis, quas praestitit populo Israelitico. Aliqui de monumento eius Paschatos interpretantur, coll. Exod XII, 14., ut sensus sit: instituit monumentum facinorum mirabilium suorum, pascha scilicet. Alii transitum per mare respici putant.*

5. Nomine מַרְרָה aliqui *praedam* existimant significari Aegyptiis ereptam ab Israelitis demigrantibus, coll. Exod. XII, 36. Sed magis consentaneum est, מַרְרָה h. l. de *victu* accipere, ut Mal. III, 10. Prov. XXXI, 15., atque de *conservatione* Israelitarum in solitudine, per quadraginta annos, hoc integri Versus sensu: pavit timentes eum, ut ostenderet se non oblivisci pacti sui cum majoribus initi, Genes. XV.

6. Verbum הָיִיךָ quidam, Kimchium sequuti, *praediciendi* significatu sumunt, hac sententia: praenunciavit introductionem populi in terram Cananaeam, antequam fieret,

ret, ne deinde casu factum esse dicerent hostes, coll: Deut. IX, 28. Sed rectius verbum illud h. l. accipiunt non de ea, quae verbis fit, annunciatione, sed de rei ipsius praestatione, quemadmodum et Pf. XIX, 2. דָּמֹן *demonstravit, declaravit* significat. Sensus: declaravit quid posset populo suo, dando (לָהֶם, cf. not. ad Pf. CIII, 20.) ei gentium aliarum terras possidendas, tanquam haereditatem, Deut. IX, 6.; quae enim haereditate accipimus, eorum sumus possessores iusti et optimae fidei.

7. אֲמַת וְאֲשֶׁפֶט מַעֲשֵׂי יָדָיו אֱמַת וְאֲשֶׁפֶט *Opera manuum ejus veritas et jus ipsum, s. summae aequitatis, quicquid agit rerum omnium, in iis elucet fides ejus et justitia; sicut et in hac re (Vs. 6. indicata) se ostenderunt; fides quidem, praestando, quod promisit, justitia in expellendis impiis gentibus (coll: Deut. IX, 4. 5.), et tribuendo ea loca populo ei, qui ipsum colebat.*

9. Rediini curavit populum suum; significari liberationem a servitute Aegyptiaca educte Mose, dubium esse non potest. לְעוֹלָם בְּרִיתוֹ *Mandavit in perpetuum foedus ejus, i. e. foedus cum suo populo fecit, quod dureret perpetuo. Mandare (צָוָה) h. l. i. q. facere, sicut mandare benedictionem, est curare eam et praestare Pf. XLII, 9. CXXXIII, 3. Deut. XXVIII, 8. Levit. XXV, 19. Sunt, qui ad legem Dei haec referant, hoc sensu: observare praecepit leges suas perpetuo; ut בְּרִיתוֹ de praeceptis divinis Pf. XXV, 10., ubi not. cf. קָדוֹשׁ וְנֹרָא שְׁמוֹ *Sanctum et venerandum nomen ejus, i. e. ipse, ut saepe nomen Dei pro Deo ipso, ut Deut. XXVIII, 58. Pf. VIII, 2. XCIX, 3. Accipiendum autem hoc ut epiphonema, quod non dependeat de praecedentibus. Aliqui tamen hunc Versum sic interpretantur, ut fiat sententia ejus talis: redemit Deus vindicando populum suum, pepigitque cum eo foedus, ut sanctum haberet et coleret ipsum omni tempore, stipulando ab eis gratiam aeternam.**

רֵאשִׁית הַכֹּמֶת יִרְאֶה יְהוָה יוֹ. *Initium autem, prima quasi pars, s. summa sapientiae, id, in quo praecipue illa*

illa sapientia consistit, est *timor Jovae*, Proverb. I, 7. IX, 10. Adeoque לְכֹל יִשְׂרָאֵל עֲשִׂיהֶם *intellectus bonus*, s. *intelligentia* vere bona est omnibus illis, qui faciunt ea, scilicet *mandata Jovae*, de quibus Vs. 7. 8.; aliud enim nomen non praecedit, quod cum suffixo masculino plurali conveniat: nec suffixa tertiae personae semper ad ea quae proxime praecedunt, sed nonnumquam ad remotiora referenda sunt; ut 2 Sam. XX, 6. אַחֲרָיו, *post eum*, non: *dominum tuum*, sed *rebellem adversarium*. Sic Pf. CV, 19. ubi not. vid. Ita et Pf. XXXIV, 18. verbi subjectum non in proxime praeced. Vs. 17., sed in Vs. 16. quaerendum est. Quare non est opus, ut numerum et genus mutemus, et construamus: *facientibus eam*, sapientiam, cum Alexandrino; vel: *eum*, intellectum bonum, cum Valgato; aut cum R. Mose apud Aben-Esram: *eas*, sapientiam et pietatem. תְּהִלָּתוֹ Ideo etiam *laus* et *gloria ejus*, scilicet cujusque facientis *mandata Jovae*, collata simili discrepantia numeri distributiva Jos. II, 4. Alii suffixum ad Jovam referunt, quod nomen nostrum semper de Deo dicatur, coll. Pf. XXXIV, 2. CII, 22. CVI, 12.; sed vide contrarium exemplum Jerem. XLVIII, 2. תְּהִלָּה מִצִּיבֹן. Aben-Esra suffixum וְ ad עֲשִׂיהֶם, *intellectum bonum*, refert; sed simplicior sensus ex constructione prima nascitur: *eius hominis laus et honos לער עמרה* *durabit omnitemnore*. Vs. 3.

PSALMUS CENTESIMUS
DUODECIMUS.

ARGUMENTUM.

Commemorat praemia pietatis, sicut Psalmus primus, et multi alii. Docet autem, solo pietatis studio, nullisque aliis rebus aut artibus humanis vitam beatam in terris comparari posse. Psalmus est alphabeticus eadem ratione, qua praecedens, constructus.

2. גבור בארץ יהיה זרעו *Potens in terra erit semen ejus*, copiosa et potens atque honorata erit familia ejus in terris.

3. צדקתו, *Justitiam ejus*, h. l. pro praemiis pietatis poni, ut respondeat זרעו וזרעו, hemistichiorum suadet parallelismus. Ita et Ezech. XVIII, 20., ubi disjungitur nomen רשעה, *improbitalis*, de fructu s. poena *improbitalis* metonymice dictum. Cf. עולתה, Hof. X, 13. et STORRII *Observatt.* p. 14.

4. *Angustia* tenebris, חשך, ut Jes. IX, 1., et *salus* luci, אור, comparantur, ut Mich. VII, 8. Sensus igitur est: res piorum adverlae in prosperitatem convertuntur, חסון ורחום וצדקה, est enim Jova, quem pii colunt, Vs. 1., *gratiosus, misericors, et justus*. Sunt, qui haec nomina jun-

jungant praecedenti לְיִשְׂרָאֵל, atque, repetita ante ea, particula ל (quam excidisse conjiunt propter alphabeti ordinem, quum hoc hemistichium cum ה incipere deberet), integrum Versum ita reddant: *Lux oritur pio in tenebris, benigno* (ut צַדִּיק non sit, qui jus exercet, sed qui *elemosynas* erogat, quae apud seniores Hebraeos צְדָקָה), *miseri cordi et justo.* Verum solet illis nominibus Jova nuncupari, veluti Pf. LXXVIII, 38. CXI, 4.; nec praedicationis subjectum semper in proximis verbis exprimitur, vid. ad Pf. CXI, 10. Alii, subandita particula ו ante הַנּוֹר, sic reddunt: *oritur lux a gratioso, misericorde et justo*, scil. Jova. Alii ad אור, *lucem*, illa epitheta pertinere putant, q. d. *lux* scil. *gratiosa*, etc., ut exprimaturs ita, quae sit lux illa, quae piis oritur, nempe. *Deus ipse gratiosus et misericors.* Sic Jarchi, qui conferre iubet Pf. XXVII, 1.

5. Hunc Versum plures interpretes sic reddiderunt, ut אִישׁ טוֹב faciat subjectum, *vir bonus*, וְיַמְלִיכָה praedicatum. Quod non permittit linguae proprietates, qua in tali constructione substantivum adjectivo praeponitur; itaque dicendum fuerat אִישׁ טוֹב הַנּוֹר, *vir bonus largitur* etc. Quare et Chaldaeus, quum eum sensum sequi vellet, ex proprietate linguae suae invertit ordinem, ac dixit בְּבָרָא טָבָא הָרִים, *vir bonus miseretur.* Melius Alexandrinus: *εὐχάριστος ἀνὴρ ὁ οὐκ ἐλπίων*, et Vulgatus: *jucundus homo, qui miseretur.* Recte vero Ludov. de Dieu monuit, בְּטוֹב h. l. *beatum, felicem* significare, ut Jes. III, 10. *Divite justo טוב בְּי, quod beatus sit.* Ita et Jerem. XLIV, 17. Sic et substantive טוב et טוב pro *beatitate* interdum ponuntur, ut Pf. XXV, 13. Exod. XXXIII, 19. A qua sententia haud multum differt Kimchi, cui טוב h. l. est substantivum, et idem, quod supra Vs. 1. אִשְׁרֵי, q. d. *felicitas viri* est, qui *miseretur*, וְיַמְלִיכָה, *et munus dat* illis, quos indigentia premit; cf. Deut. XV, 8. Probat autem, virum beneficium esse beatum, verbis sequentibus, וְיַבְלִיל דְּבָרָיו בְּמַשְׁפָּט, quae interpretes bene multi volunt esse

esse descriptionem viri boni, qui *res suas cum iudicio*, id est, cum jure, - iuste, ex aequo et officio *moderatur*. Sed rectius Ludov. de Dieu descriptionem esse putat viri beati, ut et quae in sequentibus continentur Versibus, et sic vertenda; *sustentabit* i. *sustinebit* (quomodo verbum יתכליל Ps. LV, 23. Proverb. XVIII, 14.) *res, causas, suas in iudicio*, ut nullius nunquam iniquitatis aut sceleris convinci possit.

6. Bene erit tali homini, כִּי-לְעוֹלָם לֹא-יִמָּוֵט, *numquam enim dimovebitur*, nihil eum evertet, loco movebit, nulla fortunae adversatio, quin potius לְזָכַר עוֹלָם, *memoriae aeternae erit justus*; apud homines. florebit memoria ejus immortalis.

7. Non metuit sibi תְּשׁוּעָה רָעָה *ab auditione mala*, i. e. a tristi nuntio periculorum, ut 1 Sam. IV, 19. 2 Reg. XIX, 7. Jerem. X, 22. Alii שְׂמוּעָה *de fama* intelligunt (ut Prov. XV, 30. שְׂמוּעָה טוֹבָה), hoc sensu: non curat obtreccationes aut calumnias ullas. cf. ad Ps. LVII, 8.

8. Dum spectet in inimicis suis עַר אֲשֶׁר-יִרְאֶה בְּצַרְיָו *quo delectetur*, dum videat puniri eos; vid. saepius expōsitam phrasin Ps. XXII, 18. LIV, 9. XCI, 8.

9. Dispergit scil. מְמוֹנִיָּה, *pecuniam suam*, ut Chaldaeus addidit, i. e. erogat, ut apparet ex addito בְּחַן לְאֲבוֹנִים. De eleemolynarum erogatione verbum בְּחַן et Prov. XI, 24. dicitur. צְדָקָתוֹ *Pietatis ejus praemia*, ut. supra Vs. 3. בְּחַן קָרְנוֹ תְּדוּם vid. Ps. LXXXIX, 18.

PSALMUS CENTESIMUS DECIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Exhortatio ad celebrandum Deum, quod tantum numen demittat se ad rerum terrenarum et humanarum imprimis respectum, atque mirabili sapientia, providentia, misericordia sua conservet et administret etiam in terris omnia.

5. *הַמְגַבִּיהָ לְשָׁמַיִם* *Qui exaltavit* scil. se; vel, ut Chaldaeus et Aben-Efra, locum habitationis suae, i. e. coelum, *ad sedendum*, i. e. qui extulit se in tam sublimem locum, ubi habitat et regnet. Praefixum ה ante participia habet vim relativi, ut Pf. CIII, 3., ubi not. vid. *Jod* autem in fine est paragogicum, ut in vocabulis pluribus aliis, quae Vs. 6—9. occurrunt; vid. et Pf. CIII, 3. 4. 5.

6. Et tamen de tam excelsa sede sua respicit ad omnia, quae infra ipsum sunt in coelis et in terra; demittit se inde ad curam etiam rerum humanarum. Aliqui sic: qui in coelo quum sedem habeat, nihil tamen latet eum omnium etiam in imis terris: quod tamen sequentibus minus congruit. *הַמְשַׁפֵּלָהּ* *Qui demittit*, scil. עֵינָיו, *oculos suos*, quod et Chaldaeus addit, coll. 2 Sam. XXII, 28.

7. אשפה proprie esse ollae sustentaculum tribus lapidibus fere aequalibus compositum, ut Arabicum

أشفة^{س ع}, recte observavit J. D. MICHAELIS in *Supplem.*

p. 137. Materia ignis vero in terris istis, apud pauperes maxime, non est lignum, sed fimus siccatus, qui quoniam inter lapides illos ignis accendendi causa boni solebat, אשפה et *fimi, stercoreis* notionem videtur accepisse, quam veteres omnes exprimunt. Sunt, qui hac dictione respici putent ad Davidem, quippe qui dum gregum pastor fuisset, saepe istiusmodi ollae sustentaculo, etiamnum Arabibus Scenitis frequente, usus esset; e qua tamen humili conditione Deus ad honores et dignitatem regiam ipsum evexit.

8. Ita etiam, ut in principis solium eum, humilem, collocet, et sui quidem populi principem eum faciat. עם-גדילים *Cum principibus*, s. inter principes, pari cum principibus loco aliquem facere, nihil videtur esse aliud, quam, principem facere.

9. Quis exhilarat feminam sterilem, ut laeta mater fiat. Celebratur foecunditas, ut donum Dei, etiam Pf. CVII, 41. CXXVII, 3. CXXVIII, 2. Cf. not. ad Pf. LXVIII, 7. Ceterum hic etiam Psalmus abrumpi potius quam claudi videtur, quod de aliquot jam aliis monuimus.

PSALMUS CENTESIMUS DECIMUS QUARTUS.

A R G U M E N T U M.

Breviter enarrantur res mirae praecipuae, quas Deus edidit, quum Hebraeos ex Aegypto in terras Cananaeorum traduceret. Paschalis Psalmus (vid. Argum. Pf. CXI.), et ejus temporis festivitati aptissime accommodatus, etiamli ab auctore ipso ei non sit factus.

1. 2. Horum duorum Versuum haec est sententia, quum Israelitae, Jacobi videlicet posterii, ex Aegypto et barbara gente excefferunt, tum illos Deus separatos ab aliis populis sibi consecravit, voluitque esse gentem, cui peculiariter dominaretur. Cf. Exod. XIX, 3. seqq. עם ליצור *Populus peregrina lingua loquens* (vid. MICHAELIS *Supplem.* p. 1451.), Aegyptiacus populus vocatur, qui sua lingua utebatur, valde diversa ab hebraea, cf. Gen. XLII, 23. Pf. LXXXI, 6. Deut. XXVIII, 49.

2. In verbis יהודה יהודה generis est enallage, quum masculinum יהודה jungatur verbo femineo יהודה; subaudiendum est ערה, Chaldaeo praecedente, qui כנשחא רביה, יהודה *coetus familiae Judae*, posuit. Alii observant, nomina propria populorum construi nonnumquam ut singularia, quod nomina regionum, quae feminina esse solent, per

per metonymiam pro ipsis populis usurpentur, ut Job. I, 15. Cf. SCHROEDERI *Syntax*. Reg. XXVIII, c. STORRII *Observatt.* p. 370, not. Ceterum h. l. *Juda* per synecdochē pro toto populo ponitur, et mox per *Israelem* explicatur, ut Ps. LXXVI, 2. Tribus enim illa inter ceteras principatum quendam jam tum obtinebat; nam cum per desertum sub signis castra moverent Israelitae, prima ceteras anteibat tribus Judae, vid. Num. II, 9. X, 14. לְקַדְשׁוֹ *Sanctum* s. *sanctitas ejus*, i. e. populus ex ceteris omnibus selectus et Deo consecratus, coll. Exod. XXI, 30. Levit. XII, 44. Alii cum Arabico interprete in locum sanctuarii ejus reddunt, atque ad sanctuarium in monte Sion vel templum respici existimant, coll. Ps. XLVIII, 2. Minus quidem hoc apte huic loco, quo de his sermo, quae in exitu ex Aegypto gesta fuere. Suffixum hujus dictionis ad Jovam referendum esse, res ipsa docet; etsi mentio ejus non praecesserit, ut Num. VII, 89. Ps. LXIII, 10. LXXXVII, 1. Cf. SCHROEDERI *Syntax*. Reg. XXXIX. STORRII *Observatt.* p. 400. not. יִשְׂרָאֵל *Israelis* posterī, populus Israeliticus, ut Ps. LXXXI, 5. 9. 12. *Judae et Israelis* nomine totum Hebraeum populum designari, notum. מְשֻׁלְטוֹתָיו per duodecim tribus totidem quasi *regna* aut *dominia ipsius*, i. e. populus, cui ipse Jova peculiari ratione rex et dominus esset, eumque duceret ac tueretur, coll. Exod. XIX, 5. Num. XXIII, 21. Jud. VIII, 23.

3. הַיָּם *Mare* scil. rubrum s. Arabicum, Exod. XIV, 21. רָאָה *Vidit* scil. eum (ut recte Syrus), praesentem populo suo Deum, cf. Ps. LXXVII, 17. Hab. III, 10. וַיָּנוּס *Fugit* quasi prae formidine Jovae in partes scillum, et liberum populo transitum dedit, Ps. LXVI, 6. LXXVII, 17. LXXXVIII, 13. הַיַּרְדֵּן יָסַב לְאַחֲרָיו *Jordanes vertit se retrorsum*, refluxit, etsi tunc supra ripas exundans esset, vid. Jos. III, 13 — 16.

4. הַרְרִים *Montes* Sinai et Horeb ac vicini, quum legem promulgaturus in illum descenderet Jova, vid. Exod.

Exod. XIX, 18. Hab. III, 6. Ps. LXVIII, 9. *רקורי Saltarunt*, Insubluerunt vehementibus terrae motibus, cf. Ps. XXIX, 6. *כמלים Sicut arietes*, saltatorium animal, qui ideo etiam *כרים* Ps. LXV, 14. a *כרבר*, *salire*, 2 Sam. VI, 14, 16. dicti nonnullis putantur. *קבעה Colles* in vicinia puta montis Sinai, ut Kimchi notat.

5. *הים O mare!* *He* vocantis, ut in sequentibus. Similem apostrophem ad res inanimatas vid. Deut. XXXII, 1. 2 Sam. I, 21. Jel I, 2.

7. *תלפני מרון הרלי מרץ A conspectu Domini contremisce, o terra!* Cf. Ps. XXIX, 8. LXXVII, 17. Kimchi *הרלי* pro Infinitivo cum Suffixo primae personae habet, quasi diceret ipsa terra: a conspectu Domini *tremere meum* factum est; atque haec sit responsio ad interrogationem Vs. 5. 6. Sed cogitandus est poeta respondere ad interrogationem terrae factam, et concisa est responsio, sic dilatanda: oportuit profecto, o terra, te sic contremiscere. Si verba in superioribus versiculis accipis in praesenti, plana est sententia: et vero habes, cur ad Domini conspectum contremiscas.

8. Quidni contremiscas, o terra, ad conspectum ejus, cujus tanta est vis et potentia, ut rerum naturas nullo negotio possit mutare, adeoque petras et rupes durissimas in stagna et fontes convertere? Respicit ad historias Exod. XVII, 6. Num. XX, 8. 11. ut Ps. LXXVIII, 15. 20. Ceterum emphasis habet hoc: *qui convertis petram in stagnum aquarum*, quasi diceretur: qui fecit, ut rupes ipsae totae veluti in aquas liquefactae defluerent, non secus atque stagnum, essentque instar perennis cujusdam fontis Plus est, quam si diceretur: qui o petra aquam elicit.

PSALMUS CENTESIMUS DECIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Preces continet, ne Jova deserat populum, qui ipsum colat, sed opem ei ferat, et protectionem praestet, atque sic aliis gentibus, qui falsos deos colunt, occasionem praecidat, Deum Israelitarum ridendi, sicut cum ipsorum dñs poeta facit, quos exquisitis infectationibus ridet et exagitat; hinc inducit Israelitas, se invicem excitantes, ut a Jova solo certo suo atque perpetuo propugnatore opem expectent.

Psalmus difficilibus temporibus populi factus videtur. Quod enim vates Deum orat Versu 2., ne patiatur suum nomen ludibrio haberi inter alias gentes, illud argumento est, tunc temporis hostes Israelitici populi in armis fuisse, ac vehementer illi insultasse, praesertim quia in Jova spem poneret. Neque tamen hoc sufficit ad carminis facti tempus accuratius definiendum. Qui Davidicum existimant, vel Jebusaeorum insultationi ac gloriatiōni de ipsorum diis (2 Sam. V, 6.) oppositum arbitrantur, vel preces existimant,

quas

quas Davides usurpaverit in exilio Abfalonico, quum in Galilaea Peraea exularet, et in limite regni sui, ubi erat confinium cum idolorum cultoribus; ut *קוֹלֵךְ עֲבֹדֹת* sit hic Psalmus XLII. Qui vero Davidicum esse non putant, eorum alii ad Hiskiae tempora referunt, et contra Rab-facis, Assyriorum ducis, impias insultationes directum volunt maxime ob Versum 2., coll. cum 2 Reg. XVIII, 32. 33. 34.; alii Mardochaeo et Estherae tribuunt, quum Haman tollere Judaeorum gentem moliretur; alii denique vexationum Antiochicarum temporibus scriptum censent.

In Syriaca atque Graeca Alexandrina interpretatione, ad quam Vulgata Latina, Arabica, et Aethiopica expressae sunt, hic Psalmus cum praecedente conjunctus est; et Kimchi monet, hunc Psalmum in quibusdam libris partem esse praecedentis, quod ipsum et in Codd. XVIII. a Kennicotto, atque in Codd. LIII. a de Rossio enumeratis observatum est. Argumenti tamen diversitas primo hujus Psalmi Versu novum carmen incipere suadet *).

1. Sensus: eripe nos tyrannidi hostium, non gloriae nostri nominis, sed tui causa. Cf. Jes. XLVIII, 11. Dan. IX, 18. *כִּי לֹא מֵרָצוֹן חַלְדָּאֵי נִשְׁבְּעוּ* Chaldaeus non propter merita nostra reddidit. *כִּי לֹא מֵרָצוֹן* sed, pro *כִּי לֹא מֵרָצוֹן*; post negativam, ut Pf. XLIV,

*) Extat M. AUG. GOTTL. HOFFMANNI *Recitatio super Psalmo CXV. in Collegio Philobiblico habita*, Lips. 1798. 4. 16 pagg.

XLIV, 4. LXXV, 8. לְשִׁמְךָ יְהוָה כְּבוֹד *Da gloriam nomini tuo*, i. e. salva nos, ut tuae potentiae laus celebretur; cf. Pf. XXIX, 1. 2. LXXIX, 9. עַל-אִמְתִּיךָ *Propter fidem tuam*; qua praestare soles promissa; nobis autem opem toties pollicitus es. Kimchi connectit sententiam hujus Versus cum Psalmo praecedente, ubi de exitu ex Aegypto, hoc modò: „ut praestes ea, quae patribus nostris jure jurando promissisti; sicut enim majores nostros, nullo eorum merito, sed propter gloriam nominis tui, et foedus cum patribus eorum initum, ex Aegypto eduxisti, sic etiam nobis facias.“

2. Argumenta ede tuae potentiae, ne per ludibrium rogent fictitiorum deorum cultores: *ubi nunc est Deus eorum?* de quo adeo multa et magnifica gloriati fuerunt; ut Pf. XLII, 4. Joel. II, 17.

3. Responso ad insultationem Vs. 2., q. d. atqui stolidi homines non sentiunt, quantum inter Deum nostrum, et suos Deos discriminis interfit. וְאֵלֹהֵי-גוֹיִם *Deus noster in coelis*, quum ait, vult inferre occulta anathesi, aliarum gentium deos, de quibus dicturus est, non esse in coelo; itidem quum dicit, לְכֹל אֲשֶׁר-הִפְךָ עֵפֶשׁ, *quae-
cunque voluerit, facit*, vult inferre, tantum abesse, ut illi possint, quae velint, ut etiam velle nihil possint, quippe qui tantum sint mera simulachra.

4. Hoc et tribus sequentibus Versibus graphice depingit deorum, in quibus gentes fiduciam collocabant vanitatem. Atque primo quidem quum ait eos *ex argento et auro constatos*, et quidem *hominum manibus*, significat illos non posse ullum beneficium in homines conferre, quippe qui toti eorum opera existant.

7. מַנְיָהֶם *Manus eorum adsunt quidem, vel, manus illis sunt*, pro יָדֵיהֶם לָהֶם (ut in *Excerptis ex Hamasa*, p. 528 *ألقنا أشعاليها* *hastae eorum flammantissimae*, pro *أشعاليها* *hastae iis sunt flammantissimae*); cf. similem constructionem Coh. V, 16., et vid. Gesehii *Lehrgeb*

p. 730. Recte Vulgatus: *manus habent*. יָדָיו וְיָדֵינוּ *Sed nihil tangunt, palpant, aut contrectare possunt, multo minus quid dare aut praestare cultoribus suis. Forma verbi ex radice נָשַׁח, et significatio ex radice נָשַׁח, cf. Exod. X, 21. Gen. XXVII, 12.*

8. Aben-Efra et Kimchi hunc Versum ut imprecationem volunt accipi, hoc sensu: idolorum artifices et cultores sensu priventur ac destituantur, ut similes fiant diis ipsorum. Alii denunciative accipiunt, quasi diceretur: idolorum artifices et cultores non minus sunt stulti, quam idola ipsa, omnis sensus expertes se probant.

9. Quae quum ita sint, confidant impiae gentes diis suis; at vos, o Israelitae, sperate atque expectate opem a Jova, qui certus est Israelitarum propugnator. Sic se invicem adhortantur Israelitae, quos vates in toto Psalmo loquentes inducit. עֲזָרָה *Auxilium, adjutor eorum, Israelitarum, subito mutata secunda persona in tertiam, ut saepissime. Potest hemistichium posterius, hic et deinceps, accipi tanquam generalis sententia, perinde quasi diceretur: Deus eorum, qui in ipso spem reponunt, certus clypeus est et propugnator. Eorum, scil. qui in ipso sperant. Relativum absque antecedente, ut Pf. CIV, 2. Cf. CXXV, 1. Pro Imperativis עֲזְרוּ וְנִצְחוּ in hoc et duobus sequentibus Versibus interpretes veteres omnes praeserunt praeterita עֲזָרוּ וְנִצְחוּ.*

10. בְּיַד אַהֲרֹן *Domus Aaron, i. e. sacerdotes, qui soli ex omnibus nominatim compellantur, ut peculiariter Deo dicati et consecrati.*

11. יִרְאֵי יְהוָה *Timentes Jovam, i. e. et vos omnes peculiariter, qui erga Deum estis religiosi. Aben-Efra: „ex quacunque natione vel gente.“ Jarchi: profelyti, qui etiam in Actis Apostolorum ita passim appellantur, ut X, 1. 22. XIII, 16, 26.*

12. Jova, qui adhuc nostrae curam numquam abiecit, quae sua est misericordia, perget benefacere. Porro, eadem rursus distributione utitur, qua antea, ac primo loco Israelitas omnes ponit, deinde seorsim sacerdotes atque Levitas, ac denique (Vs. 13.) pios omnes et religiosos Dei cultores, *הַקְטָנִים עִם הַגְּדֹלִים*, *parvos aequè ac magnos*, sine discrimine (ut Jerem. VI, 13. XVI, 6. XXXI, 34.), cujuscunque conditionis aut aetatis, tribus aut nationis fuerint; neminem, modo dignum, suorum beneficiorum expertem esse patitur.

14. Augebit, vel, augeat in dies magis ac magis suam beneficentiam ergo vos et liberos vestros. Ad *וַיִּבֹרֵךְ*, *augebit*, subaudiendum est: *bona*, estque hoc, secundum Aben-Efram, explicatio praecedentis, quod *benedicere* augmentum boni, *maledicere* vero ejus diminutionem significat, cf. Gen. XXX, 24. Dent. I, 11. 2 Sam. XXIV, 3.

16. Quia *coeli et terrae* in proxime praecedente Versu mentio facta est, ideo nunc subdit: coelum Jova sibi retinuit, terram vero hominibus habitandam concessit, scilicet ut essent in terris, qui divinum numen venerarentur ejusque laudes praedicarent.

17. In coelis quidem numquam desunt, qui Jovam celebrent; sed voluit Deus celebrari gloriam suam non tantum in coelis, sed etiam in his terris; quod fieri non posset, si populus, qui ipsum colit, ab hostibus deleretur. Haec igitur sententia est hujus Versus: si permittis nos, gentem tuam, ab inimicis nationibus deleri, quis tuas laudes in terris praedicabit? An mortui nos te celebrabimus? Cf. Pf. VI, 10. XXX, 10. *וְלֹא יִלְמָדוּ בְּלִי-יָדָי* *Nec laudabunt te omnes descendentes in silentium*, id est, sepulchrum, sic nominatum, quod ibi aeternum sit silentium. Hinc etiam Latini *silantes* pro mortuis dicunt. De *וְלֹא יִלְמָדוּ* vid. Pf. XCIV, 17. coll. cognatis Jes. LXII, 7. ac Pf. XXII, 3., et ad rem Job. III, 17. 18. Aben-Efrae

Ebrae nomen nostrum *excisionem* significat, s. locum excisionis, collata verbi *נצח* significatione Hof. IV, 5.

18. Sensus: at nos si superstites esse volueris (debet enim tale aliquid subaudiri, ut hic Versus cohaereat cum praecedente), erimus profecto tuarum laudum assidui praecones in terris, nec cessabimus unquam, quod vita suppetet, tuum nomen inter homines celebrare. Serua nos igitur non nostra, sed tui nominis causa. In his postremis Versibus latet atque includitur ejusmodi aliqua petitio, quae cum principio carminis conveniat.

PSALMUS CENTESIMUS DECIMUS SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Gratias agit Jovae, qui liberarit vel populum, vel auctorem Psalmi potius, et e morte ipsa, et e maximis et mortiferis periculis ac miseriis, quorum magnitudinem verbis exaggerat, ut magis agnoscatur beneficium Dei, quo gaudere se et laetari ostendit; et a Deo esse salutem omnem, hominem sine Deo, et opem ejus, nihil esse. Sed quo gratiam Deo rependat, dicit se nihil habere aliud, quam ut agat ei verbis, et contestetur beneficium, atque hoc se sacrificium laudis et celebrationis suae, una cum votis suis persolaturum esse.

Hunc Psalmum aliqui ad illam historiam referendum censent, quae describitur 1 Sam. XXIII., quando a Ziphaeis proditus David, parum abfuit, quin a Saulis exercitu comprehenderetur. Sed in extremo Versu mentio fit urbis Hierosolymitanae, quae tempore Saulis adhuc penes Jebusaeos erat, necdum Jovae consecratae. Alii igitur post superatas Absalonicae rebellionis pericula

cula et perturbationes Psalmum hunc a Davide factum existimant, et quod restitutus tum regno haec vota perfolverit. Alii hoc carmen tempore recens in Sionium deductae arcae, coram arca et populo deducente decantatum existimant; eo-que gratias Jovae egisse Davidem pro omnibus ad illud tempus usque acceptis a Deo beneficiis; coll. 2 Sam. VII, 1. Cui sententiae maxime fa- vet postremus Versus, quo atriorum domus Jo- vae, et Hierosolymitanae urbis fit mentio.

Graeca Alexandrina, et, quae hanc sequi- tur, Latina vetus interpretatio, nec non Arabi- ca, dirimunt hoc carmen in duos distinctos Psal- mos, quorum alter incipiat a Versu decimo, et hoc ne quid turbet in numero, qui est a Psal- mo decimo, conjunxerunt Psalmum CXIV. et CXV., ut in CXLVI. rursus concurrat cum He- braeis numeratio. Sed manifestum est, conti- nuari inde a Versu 10. argumentum superioribus inchoatum, et Versus nonus ita cum decimo connexus est, ut unum idemque carmen esse convincat.

1. Post *אֶבְרָתִי* Kimchi et alii plures subaudiunt *יְהוָה*, ex sequentibus assumendum, hoc prioris hemistichii sen- su: diligo Jovam, quoniam ipse audit preces meas. Jar- chio vero, Aben-Esra, aliisque, *diligo* h. l. idem est quod *delector*, ut Jes. LVI, 10. Jerem. V, 31. Amos IV, 5. hoc sensu: *gratum est mihi, quod Jova me audit, vel: summopere desideravi meis in periculis, ut Jova meas*
pre-

preces audiret. אֶת-קוֹלִי תִשְׁמָע וְהוֹשִׁיעַנִי *Vocem meam, et deprecationes meas, asyndenon, vel, ut alii volunt, appositio, vocem meam, deprecationes meas, quasi diceretur: vocem meam supplicem ac deprecativam. Aben-Esra, subaudito praefixo כ' ante תִּשְׁמָע, transfert: vocem meam in deprecationibus meis. Alii repetendum censent קוֹל in statu constructo, q. d. vocem inquam precum mearum, ut supra Pl. CX, 3. Alexandrinus, et, qui eum sequitur, Vulgatus, neglecto nominis קוֹל suffixo, vel, quod Jod pro paragogico habuit, ut et Hebraeorum quidam, ab Aben-Esra commemorati, sic reddiderunt: εἰσακουσεται κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, exaudiet vocem orationis meae.*

2. וְיָחַיִּי *Ideo per dies meas, i. e. per dies vitae meae, dum vivam, ut 2 Reg. XX, 19. Jes. XXXIX, 8. Post אֶתְרָא subaudiendum suffixum, eum, ut saepius accusativus objecti non exprimitur, veluti Pl. LIX, 5. LXVIII, 3. 11.*

3. De dictione מַתְּנֵי הַבְּלִי-מֵתָה cf. not. ad Pl. XVIII, 5. Eundem sensum repetit his verbis וַתִּצְרֵר שְׂאוֹל וַתִּצְרֵר מִצְאֹנָי *et angusta mortis invenerunt, assequuti sunt me fugitantem. צָרָה וְיָגוֹן אִמְצָא Angustiam et dolorem inveni, expertus sum. Alii: non solum me pericula comprehenderunt, sed haud semel etiam non cogitans quasi ultro me illis objeci; coll. Coh. IX, 12.*

4. *Atque tunc, quum essem in illis periculis, בָּשָׂם וְהוֹשִׁיעַנִי יְהוָה אֶתְרָא, Jovam invocavi, his verbis (לְאִמְרֵי, quod subaudiendum) ab Domine, eripe me!*

5. Hic Versus et qui proxime sequitur sic connectendus est cum praecedentibus: dicam igitur id, quod re ipsa in me nunquam non sum expertus, Deum vere clementem esse et justum, qui preces miserorum non respuat, nec sinat innocentes opprimi.

6. Nomine פְּתָאִים, *simplices*, Kimchi intelligendos observat tum eos, qui rerum imperiti nulla arte aut industria depellere possunt pericula, sed totos se Dei tutela

las committunt, tum eos, qui, etsi prudentia et experientia valent, non tamen ita nituntur. Alexandrinus *νήνια*, Vulgatus *parvulos* reddidit; voluit haud dubie eos significare, qui toti a Deo pendent, quemadmodum pueri, adhuc per aetatem sibi consulere nondum valentes, a parentum cura. *וְלִנְיָהוּ* Quam *exhaustus* plane *essem*, ut Pf. LXXIX, 8. CXLII, 7.

7. *וְשׁוּבִי לְפָנַי לְמַנוּחָיִכִי* *Revertere, anima mea, ad quietes tuas!* Solenne est Davidi, animam suam alloqui, vel se ipsum ita excitare, vid. Pf. XLII, 6. 12. XLIII, 5. CIII, 1. 2. 22. Nomine *מְנוּחָיִים* aliqui intelligunt loca tuta ab hostium insultibus, quasi Davides, videns se in tuto ab hostium omnium insidiis, prorsusque in regno confirmatum, se ipsum allocutus diceret: post tot superata pericula jam frui tranquillitate. Rectius vero Aben-Esra id dictum esse monet in oppositione ad Vers. 3., et Kimchi: „*Dixi animae meae, revertere ex angustia, in qua versaris, ad requiem tuam, ad Deum nimirum, qui requies tua erit.*“ Jod est paragoricum, more Syrorum, ut infra Vs. 19. Pf. CIII, 3. 4. 5. *כִּי-יָתוּחַ גְּמֹל עָלֶיכֶי* *Quia Jova retribuit tibi, scil. bonum, ut Chaldaeus addidit.* Alexandrinus *συμπεριησέ σε*, Vulgatus: *benefecit tibi*, nec aliter Jarchius: *gratiam in te contulit*; verbum *גְּמֹל* enim non semper significat par pari referre, sed etiam priorem conferre in aliquem, vel bonum, i. e. *benefacere*, vel malum, i. e. *malefacere*, ut observat Kimchi ad Joel. III, 4. coll. Pf. XIII, 6. CXXXVII, 8.

8. *אֶם-רָגַלִי מִדָּמַי* *Pedem meum a lapsu scil. מִדָּמַי eripuisti, i. e. retinuisti.* ne ruerem et succumberem. Pf. LVI, 14.

9. Deo igitur deinceps securus serviam ac ministrabo in hac vita, hoc enim significat *ambulare coram Jova*, cf. Pf. LVI, 14. *בְּאֶרְצוֹת הַחַיִּים* *In terris viventium, i. e. in his terris, ubi vitam agimus, vid. Pf. XXVII, 13.*

10. *האמנתי* - *Credidi* scil. ביהוה, ut Gen. XV, 6., i. e. non desini, in Jova fiduciam ponere, *כי ארבר אבני* *quamvis dicerem, etsi saepe cogitarem, ego oppressus sum valde;* כי h. l. *etsi, quamvis;* ut Exod. XIII, 17. Deut. XXIX, 18. Jos. XVII, 18. Sed Alexandrinus particulam illam *דוד* reddidit, quod et Paulus 2 Cor. IV, 13. sequutus est. Ita et Grotius: „Quia firmam in Deo spem habui, *ideo dixi* id, quod jam praecedit, fore, ut redirem Hierosolymam sospes et florens.“ Nihil vero de reditu Davidis in urbem in Psalmo dicitur; neque certis et indubitatis argumentis probari potest, כי usquam *ideo, propterea* significare.

11. *בהפני* In *trepidatione mea*, vid. not. ad Pf. XXXI, 23. *כל-ראדם לזב* *Omnis homo mentiens*, i. e. fallax, si quis in eo spem et fiduciam ponat; cf. Pf. LXII, 10. Sensus: omnis spes in homine posita fallere potest, at quae in Deo posita est, nequit fallere; quod postremum ex opposito colligendum.

13. *כוס-ישועה אשא* *Calicem salutis accipiam*, quae verba Kimchi sic explicat: „quum celebrabo convivium laetitiae, attollam calicem vini, gratias agens Deo publice pro salute mihi concessa.“ Solebant, qui ex gravi aliqua calamitate aut periculo emerferant, post victimas oblatas sacra celebrare convivia, in quibus gratias agebant Deo. Ita et Grotius: „*calicem salutis* vocat *calicem gratiarum actionis* pro accepta salute, quem Paterfamilias solebat familiae suae propinare. Poculum benedictionis Matth. XXVI, 27.“ Sensus igitur est: sollemniter Deo gratias agam in conventu sacro, *יהשם יהוה אקרא* *Et nomen Jovae invocabo*, i. e. Deum orabo, ut pergat favere propitius adest.

14. *נדרתי* *Vota mea*, quorum reus sum, et quae illi in periculis et exilio nuncupavi, si me salvum et incolumem domum reduceret. *קרא לבל-עמו* *Coram omni populo ejus*. Particula *קרא* redundat, ut Jes. V, 1. Pf. CXXII, 8. CXXIV, 1.

15. Rationem adfert, cur a Deo sit servatus, quod in se expertus sit, Deum non facile sinere perire illos, qui ipsum colunt; hoc enim significant verba יקר בעיני יהוה המוחה להסיריו *Pretiosa est in oculis Iovae mors, quae inferenda est, s. infertur (ut Chaldaeus addit) piis ejus.* Cf. Ps. LXXII, 14. Grotius: „Sensus est, non facile Deus impiis concedit, ut pios occidant. Quae pretiosa sunt, non facile largimur.“

16. אָפָה יְהוָה *Obsecro itaque Jova! clementer respice ad has preces et laudes meas.* פָּתַחְתָּ לְמוֹסְרֵי *Aperuisti vincula mea, liberaisti et eripuisti me periculis, quibus veluti jam constrictus ad necem videbar, ut 1 Sam. XXI, 13. 14. XXIII, 26. seqq.* Nomen masculinum מוֹסְרִים bis tantummodo praeter hunc locum occurrit, Jes. XXVIII, 22. LII, 2. ל h. l. nota objecti, ut 2 Sam. III, 30. 1 Paral. III, 2.

17. Nomen יהוה pro suffixo secundae personae, ut Ps. XLIII, 4. LXI, 7. LXIII, 12.

19. בְּחִצְרוֹת בַּיִת יְהוָה *In atriis domus Iovae, adeoque in loco cultus sacri publico, Ps. XXVI, 8. XXVII, 4.* Intelligitur sacrarii, in quo arca Hierosolymis erat (2 Sam. VI, 17.), atrium, ubi post sacrificia εὐχαριστήρια oblata convivia celebrari solebant: coll. 1 Sam. IX. 12. 19. 22. seqq.

PSALMUS CENTESIMUS
DECIMUS SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Exhortatur omnes orbis terrarum populos ad celebrandum Deum, propter misericordiam et fidem in servandis promissis. Brevitas Psalmi probabilem facit conjecturam, adhibitum illum fuisse vel ut ἐξιτήριον, quo populus finitis sacris dimitteretur; vel sub sacrorum initium, ante solennius canticum, populi excitandi causa, fuisse decantatum.

PSALMUS CENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Carmen triumphale, quod in magna festivitate et frequentia populi comitantis accini principem et ducem curasse apparet, quando victor sacrum adiit. Agit autem gratias Jovae, qui ipsum conservavit, et victorem gloriosum fecerit; atque insultans victis, simul orat, ut subjiciat ei hostes reliquos, et fortunet deinceps etiam res ducis et populi universi, acclamatione publica: Bene Regi! Bene populo! Vs. 25. 26. Dramaticus est hic Psalmus; nam usque ad Versum 22. princeps loquitur, posteriora sunt populi ac sacerdotum, bene ominantium regi.

Davidicum esse Psalmum, communis est sententia, sed ad quodnam ejus tempus sit referendum, conjecturae sunt variae. Aliqui tum existimant decantatum carmen, quum David, interfecto Isboseho, Saulis filio, ab universa gente Israelitica rex inauguratus (2 Sam. V, 1 — 5.), debellatisque Philisthaeis et alijs, qui tum novum regem oppressum atque oppugnatum venerant,

rant, magna et frequenti gratulantium multitudine comitatus Tabernaculum adiit, ut Jovae gratias ageret. Tempori aliquanto seriori carmen assignat RUDINGERUS. „Philisthaei, ut habet sacra historia, primi fuere, ex Cananaeis gentibus, qui contra Davidem, postquam rex Israëliscus creatus fuit, exercitum eduxerunt, quum inter hos in exilio Saulico suo exulasset, paucis annis ante, apud regem Gathicum, qui et Gathae et Siclagae, ipsi et cohorti ejus sedem praebuit, et cum his, contra Saulem evocatus a rege Gathico, in expeditionem suos in castra Philisthaea eduxit, ut cum ipsis contra populares suos, contraque patriam et regem hujus, Saulem, militaret. Accessit ad haec, quod, cum in aula Saulis, militiae externae praefectus David esset; plurimum his damni inferret, neque cum ullis plus ei esset negotii. Itaque et veterem hostem et hospitem suum, regem jam factum, attentare voluerunt, pertinacius quam ullae gentes ex vicinis ceterae. Rex igitur jam Israëliscus David, sexies, ut puto, cum Philisthaeis pugnare necesse habuit, bis ante exstructum Zionium (2 Sam. V) et quater post introductam arcam; de quatuor quidem praeliis diserte scribitur 2 Sam. XXI. Primo autem praelio ex his quatuor in periculum incidit Jesbibenobicum (2 Sam. XXI, 16.), a quo interfectus fuisset, nisi succurrisset Abisaias. Post illam

illam igitur victoriam, vel sequentes etiam aliquot vel universas quoque, et introducta jam hoc et epinicium, et gratulatoriae acclamationis carmen Psalmi hujus factum videtur populo.“ Sed vere monet VENEMA ¹⁾ plura inesse huic Psalmo, quae Davidi aut ejus temporibus omnino non conveniant. Praeterquam enim quod nomen *Davidis*, tanquam auctoris, in fronte non gerat, nec ullum praeferat distinguens Davidis *κρητίον*, illud, quod populus Hebraeus in *Israelem, domum Aaronis, et timentes Jovam* distinctus Vs. 2. 3. 4. apparet, a temporibus Davidis, et aliorum, qui ipsum sequuti sunt, regum, plane alienum est. Neque Davidi congruit, quod Vs. 10. *omnes gentes populum et ducem ejus invasisse et cinxisse* dicuntur. David initio a solis Philisthaeis fuit petitus; ipse postea vicinas gentes bellis adortus est. Neque per ea bella Davides ad tantas angustias fuit redactus, quales hic Psalmus describit. Denique haud facile intelligitur, quo sensu Davides *lapis ab aedificatoribus spreus* et contra omnium expectationem *caput anguli factus* recte dici possit Vs. 22.; quum in oculis et animis populi semper fuerit, et a Saulo et aulicis magis ex metu, quam contemptu, infestatus, lapis haberetur ad eum usum destinatus et aptus. Ad Hiskiam, quem constat sub belli atrocissimi pericula

1) *Commentar. in Psalmos* Vol. VI. p. 130.

la lethali morbo prostratum, sed restitutum vota publica reddidisse Deo, in populi comitatu, aedem Jovae salutasse, atque miraculi memoriam carminibus voluisse conservare (vid. Jes. XXXVIII, 19. 26.), carmen refert DOEDERLEIN. Sed Ver- sum 22. nonnisi perquam coacte ad Hiskiam trahi, recte Dathius monuit. Quod enim Doe- derlein existimat, Hiskiam *rejectum ab aedifican- tibus lapidem* appellari potuisse, quod eum se- natus populi Judaici ut mortuum et improlem abjecerit, vix aliis arbitror placiturum. Alii in secundi templi laetitia publica Psalmum factum conjiciunt, ut simul esset epinicium pro supera- tis illis malis et periculis, in quibus aedificatum templum, inter Samaritanorum et vicinarum gen- tium oppugnationes. In ea tamen tempora plane non quadrat, quod in hoc carmine prin- cept celebratur, qui quum prius a sui populi proceribus contemptui habitus fuisset, nunc ad summam evectus dignitatem sinitur. Omnia vero hujus carminis apprime quadrare felicioribus Maccabaeorum temporibus, et potissimum illi temporis articulo, quo Simon, tertius fratrum Maccabaeorum, Juda et Jonathane occisis, ple- nissimam populo procuravit libertatem, hostes *Akra* ejecit, et haereditario cum jure solenni- ter electus et inauguratus est Ethnarcha et Pon- tifex ²⁾, recte vidit Venema. Huic temporis con- venit,

2) Maccab. XIII, 49. seqq. XIV, 4 — 15.

venit, quod populus in Israelem, domum Aaronis et timentes Jovam distinguitur, nulla mentione regis, aut aliorum rectorum facta, argumento, summam rerum tunc penes Aaronidas, seu Pontifices et sacerdotes, fuisse. Satis verisimilis est Venemae sententia, carmen hoc destinatum fuisse, ut solenni et laetissimae Simonis, tanquam Ethnarchae et Pontificis perpetui et haereditarii, qui opus liberationis cum fratribus inceptum perseperat, inaugurationi, die festo post Acram ab hostibus liberatam, omnibus sacrorum impedimentis sublatis, inter publicos plausus, et processiones ad modum faciendae, interserviret, eoque solenni actu publice accineretur.

Olim ad Messiam Psalmum relatum fuisse, cognoscitur ex Matth. XXI, 42. (Marc. XII, 10. Luc. XX, 17.) Act. IV, 11. Et Rabbiorum cum recentiorum tum veterum non pauci de Messia Psalmum hunc accipiunt³⁾; testaturque Hieronymus, illum apud veteres Judaeos de Messia

3) Veluti Kimchi, qui vero, quamvis ad tempora Messiae Psalmum spectare, eamque sententiam praefertendam esse communiori Judaeorum opinioni, de Davide illum explicantium, dicat; ambiguum tamen explanationem, ut totius carminis, ita etiam Versus 22. et 23. vel de Davide, vel de populo Israelitico, a regibus gentium contento, in Commentario suo exhibet. De Davide Chaldaeus quoque Psalmum accepit, uti apparet inde, quod Versum 22. sic explicavit; *Puerum despexerunt architecti, qui fuit inter filios Isai et meritis ut constitueretur rex et dominator.*

lia fuisse explicatum, atque inter eas preces, quibus adventus ejus petebatur, relatum; id quod confirmatur laetis illis populi acclamationibus, ex hoc carmine (Vs. 25.) desumptis, quibus Christus ultimo in urbem Hierosolymitanam ingressu exceptus est, Matth. XXI, 9. 4).

In codicibus quibusdam a Kennicotto et de Rossi indicatis hoc carmen pars est praecedentis Psalmi; in aliis a Versu 5. novus incipit Psalmus, in aliis vero atque in multis libris precum, a Versu 25., in aliis denique a Versu 26.

1. Hortatur populum princeps, ut agnoscat et celebret beneficia in ipsum collata.

2. Peculiariter et seorsim nominat Aaronis familiam, quod summa rerum in politicis et sacris hoc tempore apud Pontifices fuit.

5. Exemplo suo probat, Jovam benignum esse et clementem. מצר *Angustia*, a radice צרר Num. XXV, 18. formae מצב (א סבב) 1 Reg. VI, 29. Cf. similes phrasas Ps. XX, 2. XXII, 12. — ענני במרחב, *Exaudivit me in latitu-*

4) RUDINGERUS tamen non tam hac de causa, quod de Messia haec praedicta judicarent, aut hanc esse interpretationem horum Versuum scirent, his usos Judaeos illos credit, sed quod per se, ut acclamationis formula haec notior esset et familiarior Judaeis, quam nulla sit in Psalmis tam conveniens alia, et quod triumphanti Davidi acclamatum fuisse meminissent, id convertisse hac occasione eos ad Christum eique applicuisse. Sunt autem, qui ideo hanc familiarem fuisse populo existiment, quod in tabernaculorum festivitate hanc usurparent, atque hos Versus frequentarent.

titudine; i. e. exaudivit me ex angustiis educendo, et restituendo in libertatem, ac veluti statuendo in loco lato et spatio, ubi jam libere respirare, et in quiete degere possum. Cf. not. ad Pf. IV, 2. *Exaudire in latitudine*, nihil est quam *educere in latitudinem*, vid. ad Pf. XXII, 22., et cf. Cohel. V, 19. **בְּשִׂמְחָה לִבּוֹ exaudit eum, et largitur ei laetitiam cordis.**

6. Denuntiat Princeps, se deinceps nullius hominis minas aut vires reformidatarum, quod expertus sit Deum habere propitium. **יְהוָה לִי יוֹבָא mihī**, pro me, a partibus meis est, ut Pf. LVI, 10. Alexandrinus: **κύριος ἐμὸν βοηθός**, et Vulgatus: *Dominus mihi adjutor*. **מֵהַיְעֵשָׂה לִי אֲדָרָם** Vid. Pf. LVI, 5. 12.

7. **יְהוָה לִי בְעֻזִּי Jova est in adjutoribus meis**, quod Aben-Esra et Kimchi sic explicant: adjuvat mea causa etiam adjutores meos, cum adjutoribus meis est, ut **ב** pro **עִם** dictum esset. Alii; Jova est *inter* adjutores meos. Sed cf. Pf. LIV, 6. et ibi not. **אֲרָאָה בְּשִׂנְאֵי** Cf. not. Pf. XXII, 18. p. 606.

9. Tutius est, Jova niti, quam ullorum opibus aut potentia eminentium hominum, hi enim videntur h. l. appellari **נְרִיבִים**, *principes*. Manifestum autem dici haec contra aliena auxilia et **συνμάχους**, quibus munire se solent suis viribus non freti. Cf. Pf. CXLVI, 3.

10. Nunc, ut illustrior appareat liberatio, de qua agit, pericula, in quibus hactenus versatus fuerit, memorat, eaque talia fuisse ait, ex quibus, nisi ope divina, non fuerit eluctatus. **כָּל-גּוֹיִם**, *Omnes gentes* quum ait, omnes intellige, quibus Judaei cingebantur **סְבִיב**, ut Zach. XII, 2. et alias saepe additur. Quod in tempora Maccaica unice quadrat. Syro-Macedones primum, qui omnes illas gentes sibi subjectas habebant, dein reliqui populi vicini, in perniciem Judaeorum conspirarunt, ut 1 Maccab. V, 1. traditur. Irruerunt non una vice et expeditione, sed pluribus, nec parva manu, sed magnis copiis atque iratis et exacerbatis animis; quo comparatio cum *api-*
bus

bus Vs. sequ. tendit. *בְּשֵׁם יְהוָה כִּי אֲמַלְלֵם* Sed *in nomine* *Jovae* speravi, confusus sum, *quod excinderem eos*, subaudiendum est ante *כִּי* verbum *בְּשֵׁמֶתָי*, ex nomine *מִבְּשֵׁתָי*, Versu, qui proxime antecedit. Ita Chaldaeus: *in nomine verbi Domini* *יְהִי צִיָּה* speravi, *quod excinderem eos*. Cf. XXXIII, 21. Alii subaudiunt *נִשְׁבַּעְתִּי*, *juravi per Jovam*, ut 1 Sam. XXX, 42. Jes. XLVIII, 1. Alii *רָבִרְתִּי*, *דִּבַּרְתִּי*, *f. אֲמַרְתִּי*, *dixi, praedixi*, coll. Deut. XVIII, 19. 20. 22. Jerem. XXVI, 16. 20., quorum locorum tamen plane alia est ratio. Sunt denique, qui particulam *כִּי* metri causa transpositam putent, dictioni *בְּשֵׁם* praependendam, *sed* interpretandam, ut alias saepe; ita futurum *אֲמַלְלֵם* pro Praeterito positum erit. Suffixum ejus verbi h. l. pro *Zere* habet *Camez* ut Exod. XXIX, 30. *וְלִבְשֵׁם*. In quibusdam codd. extat *אֲמַלְלֵם*, cum *Patach*, cui geminum est Habac. II, 17. *וְיִחִיֵּן*, *terrefaciet eos*, pro *וְיִחִיֵּן*. Vid. ALTINGI *Fundam. Punctat. Ling. S.* p. 368.

12. *סָפְפוּנִי כְּדַבְרֵיהֶם* *Circumdederunt me velut apes*, magno scilicet ardore, ac vehementi impetu, et summa vindictae cupiditate. Similis est comparatio Dent. I, 44 et Jes. VII, 18. Huc pertinet illud Poetae, *Georg. IV*, 235. de apibus:

Illis irā modum supra est, laesaeque venenum

Morsibus inspirant, et spicula caeca relinquunt

Affixa venis, animasque in vulnere ponunt.

דַּעֲכֵי כַּאֲשֶׁר קִצְצִים *Extincti sunt populi illi sicut ignis spinarum*, qui etli ingentem crepitum, majoresque flammam emittit, ut vicina quaeque consumpturus videatur, tamen subito deslagrat, vix cineres relinquens. Ita illarum gentium conatus, quamvis initio acres, statim languerunt atque incassum deslagrarunt. Alexandrinus *ἐξέκαυθησαν* Vulgatus *exarserunt*, Chaldaeus *דַּלְקִין*, *ardent*, reddidit Cappellus eos *בְּעָרֵי* suis in codicibus legisse conjecit, permutatione literarum figura similium, *טוּ ב*, et *ב*, iten *טוּ ב* et *ב*. Sed recte. BUXTORFIUS in *Anti-Crit.* p. 680. „Videntur illi, quod quibusdam verbis in hac lingua accidit

accidit, verbum רָעַר in conjugatione hac Pyhal contraria significatione accepisse, ita ut quod in Kal significat *extinguere*, in Pihel et Pyhal significet *ardere, comburi*. Praeterea si totam sententiam consideremus, sensus eodem redire videtur; videntur enim voluisse dicere: *exarserunt subito, adeoque extincti sunt, non secus atque spinarum ignis mox exardescit, ac deslagrat, seu extinguitur*. Lectionem hodiernam sane exprimunt ex veteribus Aquila, Symmachus, Hieronymus, Syrus. Masora eam adjecta sua nota confirmat.

13. Tu hostis, omni conatu incurrens in me, voluisti me percellendo evertere, sed non successit tibi, quia Jova mihi assuit auxilio suo, et sustinuit me, ne caderem. De hostibus suis per numeri enallagen loquitur in singulari numero.

14. Nulli rei fortitudo, qua hostes superavi, adscribenda est, nisi Jovae, ideoque teneor illum carminibus celebrare. וְמָרָה Kimchi monet esse pro וְמָרָה *cantio mea*, nam Jod suffixum ob proxime sequens Jod exspirasse. Ejusdem formae nomen עוּרָה , Ps. LX, 13. Cf. nos. ad Exod. XV, 2. Jes. XII, 2., quibus locis haec ipsa formula.

15. $\text{קוֹל רִנָּה וְיִשׁוּעָה בְּאֶהְלֵי צְדִיקִים}$ *Vox jubilationis et salutis in tentoriis piorum*, q. d. non solum ego illa Dei beneficia, per quae mihi salutem attulit, agnosco et celebros, sed etiam pii, quippe ad se illa pertinere arbitrantur suis in tabernaculis laeti mihi succinunt. Quam ait $\text{בְּאֶהְלֵי צְדִיקִים}$, *in tabernaculis, domibus, piorum*, vult significare, non publice tantum, sed etiam privatim a singulis, quod est argumentum magnae nec fictae laetitiae, illa beneficia celebrari. Posteriore hemistichio et sequente Versu continentur voces illae jubitantium et gratulantium salutem partam ab ope divina.

16. רוּמָה *Exaltata*; i. e. exserta, super omnes hostium vires potens, adjectivum formae צִלְעָה , Mich. IV, 6. וְלִלָּה , Thren. I, 11., רוּמָה , Thren. I, 13.

17. Ad se redit, laetusque exclamat: לֹא-אֶמָוֵת Non moriar, quod unum tanto impetu tot hostes moliti sunt, sed vivam, illis invitis, et contra eorum molitiones, nam satis apparet, insultari etiam his verbis hostibus. וְאֶסְפֵּר מַעֲשֵׂי יְהוָה Et narrabo opera Jovae, numquam illorum obliviscar, perpetuo memor me ejus unius beneficio esse servatum, eque mortis faucibus extractum.

18. Ratio, cur lubens praedicaturus sit opera Jovae: quoniam illum agnosco, inquit, idcirco nos severe malis afflixisse, solum ut nos castigaret et corrigeret; cui rei argumento est, quod nos non passus est perire, sed ab interitu et exitio tandem liberavit.

19. Pontifex una cum reliquis sacerdotibus in Sacrarum vestibulo stans, jubet sibi recludi fores, ut ingressus Jovam possit celebrare. Similis acclamatio Pf. XXIV, 9. שַׁעֲרֵי-צֶדֶק *Portas pietatis* vocat Sacrarum portas, per quas quotidie pii intrant in Sacrarium, quemadmodum mox explicat.

20. Hoc canebant in ipso portae aditu: haec, inquebat, porta, cujus limen nostris pedibus calcamus, porta est, per quam ad Jovam aditus patet, i. e. per quam intratur in Jovae Sacrarium.

21. Haec medium sacrarium ingressi cecinisse videntur.

22. Videntur haec esse verba populi, sacerdotibus succinentis, eum, qui antea tanquam lapis inutilis, et nulli aedificii, i. e. regni loco idoneus, ab aedificantibus, i. e. regni proceribus, rejectus sit, Jovae benignitate, collocatum esse, לְרֵאשׁ בְּנֵהוּ in caput anguli, praecipuum operis et fabricae. Intelligitur domus Maccaica in prima sua origine, et initio meliminum haud magni aestimata, sed nunc ad summam dignitatem evecta, quum Simon, dux supremus et Pontifex factus, rempublicam, misere collapsam, instauraret, ita ut ea, antea varie agitata et adflata, libera et secura sit reddita. Proceres regni vocat הַבְּנֵי, aedificantes, quorum quippe la-

bor omnis in conservando atque administrando reipublicae statu occupatus sit. Post **כִּן** pronomen relativum est subaudiendum, ut Pf. CIV, 9., et saepius metaphora *lapidis rejecti* petita ab architectis, qui repudiant et rejiciunt, quod non est aptum operi. Quae imago bene convenit Maccabaeis, cum quod studium legis et religionis quo acti fuerunt, displicuit primoribus reipublicae, tum quod conamina et molimina eorum ad hostes reprimendos, et res instaurandas, per ipsos illos proceres, ut Menelaum (vid. 2 Macc. IV, 23. seqq.), Alcimum (1 Macc. VII, 5. seqq.) Pontifices, et alios magnates, *impios* in historia dictos, fuerint multimodis oppugnata. **לְרֹאשׁ כַּפֵּה** *Caput anguli* autem fieri dicitur lapis, quando in eo loco ponitur, ubi totius aedificii commissuram sustinet. Vid. J. E. FABRI *Archaeologie der Hebraer*, p. 411. 12. Eadem figura Jes. XXXVIII, 16. Zach. IV, 7. Sunt tamen, ut E. J. GREVE (*Ultima Capita Libri Jobi*, P. I. p. 27.), qui non lapidem in angulo inferiore collocatum intelligendum putent, sed *epistylium*, quum ex ruinis observetur, veteres Aegyptios, templa et aedificia majora columnis struentes, earum capitibus lapides ingentis longitudinis et crassitiei imposuisse, qui trabium primariorum loco inservierint, atque his dein transversim alios lapides, quibus structura contegeretur, intravisse. Magis apta tamen prior illa significatio videtur, ut rex comparetur lapidi, quo omnes substructionis partes nituntur, cf. Ephes. II, 20. 21.

23. Populus admiratur Davidem humili loco natum, qui regnante Saule multos annos vitam vagam ac miseram vixerat, et post ejus obitum, imperante decem tribubus Isboseth, gravissimo odio omnium fere procerum regni laborarat, tandem ad tantae dignitatis fastigium divinitus esse evectum, ut esset rex duodecim tribuum.

24. **וְהָיָה יוֹם עֲשָׂה יְהוָה** *Haec*, dicebat populus principi, sibi gratulans, *est dies, quam fecit illustrem ac insignem Jova, collato maximo beneficio regi et populo suo;* quod

quod tamen non est τεκμήριον, ea ipsa die, qua haec decantata sunt; extitisse ea, quae argumentum carmini dederint, quum praecedentes victoriae illam gratiarum actionis diem gloriosam effecerint. Verbum ηψψ h. l. pro nobilem atque insignem facere usurpatur, ut i Sam. XII, 6. *Iova qui fecit, i. e. reddidit claros et nobiles Moſen et Aaronem.*

25. ηε ηψψηη ηεη *Eia, salutem affer! fortuna! largire succellus, secunda, ut bene succedant omnia. Laetae acclamationis formula, qualis apud Latinos bene!* Sic OVIDIUS *Faſt.* II, 6. 36. *Et bene nos! bene te, patriae pater, optime Caesar!* Hinc et ex sequente versiculo non dubium est, quod desumpta sit fausta illa acclamatio, qua Christum ingredientem urbem Hierosolymitanam turbae, quae ad diem festum convenerant, et pueri in templo, tanquam Messiam, Davidis filium, prosequuti sunt, illa nimirum, quae legitur Matth. XXI, 9. Ὡσαννά νὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. Nam Ὡσαννά illud corruptum seu contractum ex Hebraeb huius loci ηε ηψψηη significat *salvum fac*, vel potius, quia regit dandi casum, *salutem affer filio Davidis.* Quanquam auctor est Elias Levita in Tisbi, ηεηψηη, contractum ex duabus illis vocibus ηε ηψψηη, significare fasciculos salicum torrentis, quos Judaei in festo Tabernaculorum tollunt, eo quod tunc subinde clamant ηεηψηη. Neque si haec sententia recipitur, obscura erit illa locutio Ὡσαννά νὰ υἱῷ Δαβὶδ, quae hoc valebit: hos salicum ramos praeférimus filio Davidis. Probat vero suam sententiam Elias ex Targum Hierosolymitano, quod ad Esther. III, 8. sic habet: *Et faciunt sibi Hofanna;* et mox: *ei circumveunt cum Hofanna.* Ibi profecto aperte intelligitur salicum aliarumve arborum fasciculus. Cf. *Talmudis Babylonici Codex Succah*, s. *de tabernaculorum festo*, ex edit. et cum Nott. F. B. DACHS, et J. J. CRAMBERI (Traj. ad Rhen. 1726. 4.), p. 332.

26. Hic et sequens Versus videntur dici a Sacerdotibus, qui populi acclamationi sua vota adjungant, novoque Pontifici et duci adventanti, aliisque, qui una cum eo venerant, sancta omnia precentur, et quidem מִבֵּית יְהוָה *e domo Jovae*, thesauro et promptuario omnis boni. Alii ante מִבֵּית subaudito pronomine אֲשֶׁר explicant vel: *nos qui de domo Jovae*, i. e. sacerdotes, *sumus*; sacerdotum enim erat bene precari, ut constat ex Num. VI, 23 Deut. X, 8.; vel: bene precamur vobis, *quotquot estis de domo*, i. e. familia, populo *Jovae*. Sed quum et aliis hanc bene precandi formulam usitatam fuisse conflat ex Pf. CXXIX, 8. coll. Ruth. II, 4.; sunt, qui in choro, qui cetera acciunt, haec etiam dici putent בְּשֵׁם יְהוָה vel referendum ad הַבָּא, *qui venit*, hoc sensu benedictus esto, qui divinitus constitutus et ordinatus es dux et Pontifex; vel ad בְּרִיךְ; tenebantur enim sacerdotes, quum benedicebant; adjungere *nomen Jovae*, ex Num. VI, 27. Deut. XXI, 5. 2 Sam. VI, 18.

27. אֱלֹהֵינוּ *Deus solus et verus est Jova*; alii: *fortis est Jova*. וַיֵּאָר לָנוּ *Illuxit nobis*, respexit nos benigne; depulsis tenebris, fortunat res nostras, et exhilarat nos. *Lux* prosperitatis imago, ut Esth. VIII, 16. *Judaeis lux oriri visa est, et laetitia et gaudium et honor*. In verbis, quae sequuntur, nomen הַג, *festum*, res ipsa docet μετρομυμῶς usurpari pro *sacrificio festo*, ut manifeste Exod. XXIII, 18. Mal. II, 3. (cf. Druſii *Observatt.* L. I. Cap. XVI. et Storrii *Observatt.* p. 18.) 2 Paral. XXX, 22. (וַיֵּאָכְלוּ הַמִּזְבֵּחַ *comederunt festum*, i. e. *victimam felli septem diebus*); atque post אָסְרוּ subaudiendum esse וְהָבִיאוּ, *adducite*, eadem loquendi formula, quae supra Vs. 5. *Exaudivit et collocavit me in loco amplo* (vid. Storrii l. c. p. 425.), ut haec sit sententia: in studio ergo pio gratiarum actionis vestro, adducite die hac festa funibus vinctas pecudes vestras sacrificio offerendas per totum atrium ad altare, usque ad cornua ejus. Sic quoque Chaldaeus: כַּפִּיחוּ מִלְּיָא לְכַכְסָה הַבָּא בְּשֵׁלְשָׁלֹן

בשלישין עד די הקרבנות וזהו ארמיה בקרנו מרבה
Ligata agnum in sacrificium festi catenis, donec sacrificaveritis eum, et insperferitis sanguinem ejus in cornua altaris. Nomen עבתיים Chaldaicum apparet recte *funium* significatione accepisse, qua et Pf. II, 3. Jud. XV, 13. Ezech. III, 25. occurrit. Alii vero, Alexandrino auctore, *ramos densos* intelligunt, de quibus עבתיים Ezech. XIX, 11. XX, 28. XXXI, 3. 10. 14. Atque hi quidem sensum faciunt, hunc: *ligate, i. e. redimite, ornate festivitatem hanc frondibus per atrium sacrarii usque ad cornua altaris*, quale quid in festo tabernaculorum praecipitur Levit. XXIII, 40. coll. Nehem. VIII, 15. Hinc Lutheri interpretatio: *Schmücket das Fest mit Mayen.* Alii: *exornate festam hanc diem fasciculis frondium agitandis usque ad cornua altaris.* Sic enim in Codice Talmudico *Succali: agitatio* s. *quassatio fasciculorum* fuit dextrorsum et sinistrorsum, sursum et deorsum, quum altare circumverunt. Vid. *Crameri* Nott. ad hunc Tractat. p. 238. seqq. ed. Dachs. Cui interpretationi recte opposuit Jo. GOTFR. LACKEMACHER in *Observat. Philologg.* P. III. Observ. I. (hac insignita epigraphè: *de Salicum ramis, tabernaculorum festo juxta altare holocaustorum statutis ad Pf. CXVIII, 27.*), primo quidem, verbum אבתי ligare, non nisi coacte *exornare* explicari posse; deinde vero, vix dimidiam altaris altitudinem attingere potuisse circum-euntes ramis suis, sesquicubitum ut plurimum longis, nedum cornua, in summa parte collocata, nono a fundamento cubito. Ipse vero Lackemacher respiciendam putavit ad illum morem, quo σατυροπηγίας festo perlongi salicam rami circum altare statuebantur, ipsam aram altitudinè sua aequantes, si non superantes. *Ligare festum ramis* per hypallagen quendam dictum exillimat pro: *ligare, alligare ramos in festo*; ut igitur haec sit nostri loci sententia: „asserite, ut nihil desit solennitati, quam celebramus, ramos arborum densos altari alligandos, eosque tam proceros, ut ad altaris usque cornua pertingant.“

dum est, Lackemacherum saae interpretationis patronum non attulisse Alexandrinum, qui verba nostra sic est interpretatus: συστήσασθε ἑορτήν ἐν τοῖς πικάζουσιν (scil. κλάδοις) ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιάστηρου. Cf. Crameri Nott. ad Codic. Succali, p. 325. seq. Sed *ligandi* verbo nihil aptius esse potest *funibus*, quae est nominis מִיָּבֵעַ significatio usitata. Commodum, ea adoptata, nostri loci sensum existere, supra vidimus. Taceo explicationes plures alias, memoratu vix dignas; eas tamen qui scire forsan cupiat, adeat BERNH. WALTH. MARPERGERI librum hoc inscriptum titulo: *De agno ad arae cornua ligando ad illustrandum Psalmum CXVIII.* Dresdae, 1730. 656. pagg. octon.

PSALMUS GENTESIMUS
DECIMUS NONUS.

ARGUMENTUM.

In hunc Psalmum varia congesta sunt, quae ad pietatem alendam et confirmandam faciunt, hincque scopus est auctoris praecipuus, ut doceat beatum vitam in observatione divinarum praeceptorum esse positam. Quare precatur Deum, ut animum ad obedientiam suis legibus plene perfecteque praestandam ipsi confirmet, atque adeo caveat, ut ne ullis malis et formidinibus, ullis illecebris et irritamentis ad transgrediendum eas impelli possit et incitari. Quibus continuae preces interferuntur, ut Deus eum conservet, eripiatque e conditione misera, in qua versetur. Quae dum precatur, testatur simul suam innocentiam et puritatem a criminibus, quorum ab adversariis accusatur, atque sese commendat Dei favori et defensionem in omnibus vitae suae periculis, argumento saepe repetito ab amore et studio suo erga leges divinas, a vitae suae innocentia et pietate, hostium improbitate, Dei veracitate.

Qui *Davidis* existimant esse hoc carmen, ii vel tum, quum inter Philisthaeos exsul degeret (1 Sam. XXVII), ab illo factum conjiciunt; vel Davidem juvenem, necdum imperium regium adeptum, a Saulo reliquisque inimicis odio habitum atque oppressum, composuisse carmen autumant, id quod potissimum ex Vs. 9. 23. 46. 141. et 161. recte colligere sibi videntur. GURLITT ¹⁾ conjecit, poëtam aliquem juvenem hoc carmen pepigisse, qui in captivitatem a Syris abductus et in custodia habitus, neque promissis salutis et incolunitatis, neque illecebris felicitatis et voluptatum, neque atrocissimis poenarum cruciatuumque minis avocari se a patria religione ad amplectenda colendaque sacra externa ullo modo pateretur, quique adeo, praestantiam religionis patriae toties sibi inculcando, spretis omnibus promissis, omnibus illecebris et minis, animum ad constantiam gravitatemque obfirmaret. „Quid? quod gravissimam indignatione percitus esse videbatur, quod alios popularium suorum, secum in captivitatem abductos, poenarum metu, promissorumve spe ad religionem patriam prodendam jam commotus audivisset, aut vidisset, ut nonnulli carminis loci declarant. Etenim hanc omnem de illius carminis argumento conjecturam fecimus ex ipsius carminis locis his Vs. 22. 23. 25. 28. 29. 36. 39.

1) Loco supra p. 1295. not. indicato.

39. 42. 43. 46. 50. 51. 53. 56. 67 — 72. 74. 78. 83. 84. 95. 109.“ HERMANN von der HARDT ²⁾ a Jaddo (277, Nehem. XII, 22.), summo Pontifice, Alexandri M. temporibus, in summis turbinibus publicis, civilibus et sacris, Sanaballati et Manassis, fratris improbi, qui a Jndaeis ad Samaritanos desciverat, insidiis et minis, Samaritanorum insultibus, templo Samaritano jam fiante et florente, compositum existimat hunc libellum, quo constantiam suam in vera religione, et reipublicae suae legibus defendendis, profiteretur, fratris et sacerdotum ad Samaritanos defectionem detestaretur, animum in Samaritanorum insidiis praesentem et imperterritum declararet, animumque adderet suis in agnita veritate, perseverandi ³⁾. RUDINGERUS denique existimat.

2) In libro hac insignito epigraphae: *Jaddus pro Republica. Effigies praeclari tertio ante Christum saeculo summi Pontificis et in populo Judaico Antistitis, qui fundamentales reipublicae et ecclesiae leges fortiter tuitus, et ab omni corruptione immunes praestare atque redintegrare annisus. Ut et exemplum justae interpretationis, pro legitimis exegeseos fundamentis nativa linguae indole; solido historiae et geographiae ieteris fundo; et curato affectuum in scriptore studio Psalmo CXIX. Libris V. Pro incremento philologiae, geminum ante saeculum per Aeuclinum suscitatae, in uberiores reconditae antiquitatis lucem, ac sereniorum posteritatis amulationem.* Guelferbyti, 1716. pagg. 702. octon.

3) Ut Versus omnes ac singulos rebus satisque Jaddi (quae JOSEPHUS in *Antiqq. Judaic.* L. XI. Capp. 7. et 8. proluxa narratione prosequutus est) accommodat, ita nominatim Versum 46. existimat pertinere ad colloquia, quae Jaddus cum Alexandro M. ha-

mat carmen inter Antiochicae tyrannidis calamitates factum, cum usu templi careret populus, et multi ex populo ad hostes deficerent, multi etiam, vel plurimi potius, ab hostibus abducti, inter eos miserrime exularent (cf. Vs. 19.). „Servat autem enallagen personae, utilitatem et paene propriam posterioris aetatis Psalmographis, *ut in sua persona verba faciant de populo*. Eritque summa haec et eo dirigetur totus Psalmus, ut commentatione verbi Dei muniat et confirmetur populus adversus ἀποστασίαν temporis Antiochici, eaque de causa petit studium et intelligentiam verbi hujus, et constantiam in agnita et demonstrata veritate. Apparet autem hoc etiam, propter studium ἀνεροσχιδων (in quo comminuit expositionem autor) multa dici et repeti incuriosius et inexquisitius.“ Quod quidem iudicium verissimum esse, unumquemque docebit lectio carminis. Neque veri dissimilis Rudingeri est sententia de carminis compositi tempore et consilio, etsi non talis, quae certis indubitatisque argumentis firmari possit, ut nec ulla earum, quae superius commemoratae sunt: ita *οικουμένη* sunt omnia in hoc Psalmo.

Structura hujus Psalmi singularis est, viginti duobus videlicet octostichis conscriptus, hac ratione,

huisse narratur a Josepho. Quae verò de Jaddo pontifice narrat, per *Simeonem justum* facta esse ceteri Juæorum historici contendunt.

tione, ut primi octo Versus omnes a prima alphabeti litera א incipiant, secundum octostichum a ב, tertiam a ג incipiat, et sic deinceps.

1. אֲשֶׁרִי הִמְיִמִּי-דָרָה *Felicia* (cf. not. ad Ps. I, 1.) *integrorum viae*, beati qui vitam degunt rectam scelerisque puram.

2. De עֵרָה vid. not. ad Ps. XXV, 10. Kimchi docet hoc nomine significari doctrinam divinam, quatenus habet adjuncta *testimonia*, i. e. sacramenta et ritus, qualia sunt circumcisio, Sabbatum, septimus annus, Jubilaeus, et aliae id genus ceremoniae.

4. *Valde* h. l. valere summo studio et diligentia, res ipsa docet; ita etiam Deut. VI, 5. 2 Reg. XXIII, 25.

5. אֲחֵלִי *Utinam!* Nomen plurale esse, cognoscitur ex 2 Reg. V, 3. ubi אֲחֵלֵי אֲרִנֵי pluralem constructum esse a singulari אֲחֵלִי vel אֲחֵלָה (formae אֲרִבָּה) observant Aben-Esra et Kimchi, quod a radice אֲחַלָּה, *rogavit, precatus est*, proprie notaret *vota, desideria*. Hinc אֲחֵלִי esset cum suffixo primae personae: *vota mea*, i. e. *utinam!* Alii ab Arabico حَلِي, *suavis, dulcis fuit*, volunt significare: *suavitates meae!* id quod dulcissimam mihi. Ad idem illud verbum Arabicum refert J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 60, sed explicat hoc modo: *dulcia verba do, precor*.

6. לֹא-אֶבּוֹשׂ, *Non erubescam*, plerique interpretantur: spes numquam me fallat, atque hujus Versus sensum faciunt hunc: tunc, cum vita mea ad legis tuae observationem fuerit composita, nihil non succedet, quodcumque e tuis praeceptis tentem atque aggrediar. Rectius Kimchi: „qui non observat praecepta, non potest non erubescere, quum illa respicit ac legit,“ ut igitur sensus sit: tunc, cum vitam recte instituiam, non confundar cum

perspexero vel oculis legens, vel animo pertractans mandata tua; neque enim teste conscientia pungar, aliud in factis meis habens, aliud in memoria retinens.

7. Promittit se tum demum rite et sincere celebraturum Deum, quum leges ejus, easque justissimas, bene fuerit edoctus.

8. Certum, inquit, mihi, tuam legem perpetuo servare, modo tu ne me unquam deferito, absque cujus ope ipse nihil possum. ער-מאז Aben-Esra recte notat conjungendum esse cum אל-מעוזבני, hoc sensu: *ne derelinquas me usque nimis*, penitus, hoc est, ea derelictione, ut non possim ea servare. Kimchi refert ad אשמר *custodiam*, vultque hoc respondere ad illud Versus 4. לשמר-מאז, perinde ac si diceret: certum est mihi custodire usque valde statuta tua, hoc est, omnibus animi et corporis viribus; nunc vero tu *ne derelinquas me*, sed adjuva laborantem. Si sic sentire vis, includendum videtur parenthesi illud אל-מעוזבני.

9. במה יזכה-בער אה-ארתו *Per quid?* quomodo (ut Jud. XVI, 6. 1 Sam. VI, 2.) *mundabit*, puram, et incontaminatam reddet *puer viam suam?* i. e. mores et actiones suas; quomodo puram inculpatamque praestabit vitam suam? Juvenilis aetatis mentionem ad efficacitatem studii pietatis demonstrandam pertinere verisimile, ut significet, etiam effrenes animos et tumultuantes affectibus, quales sunt ejus aetatis, hoc studio compesci et moliri. Sic etiam Pf. XXXIV, 12. admonitiones diriguntur ad aetatem juvenilem. Ut *custodiat*, vel *custodiendo eam*, scil. viam, vel secundum Aben-Esram, *statuta tua*, Vs. 4. 8. Pf. XVII, 4. ל format Gerundium in *do*; ut לשאל Pf. LXXVIII, 18.; לשמע CIII, 20. כרברך *Secundum verba*, praecepta tua. Masora notat hoc unum esse e tredecim quae amittunt Jod, pluralis numeri notam; sic et infra Vs. 37. כרברך.

11. Haeret mihi semper in animo tua lex, ne unquam ab illa declinem, et qua in re te offendam. In
verbo

verbo *abscondendi* (צַפְנָתִי) metaphora latet ab iis sumta; qui thesaurum inventum abscondunt, ne pereat.

14. Tam mihi jucunda est legis tuae observatio, quam omnium divitiarum possessio.

16. יִשְׁתַּחֲוֶה Jarchi *respiciam*, meditabor, interpretatur, quasi a verbo שָׁעָה, Exod. V, 9., et sic infra Vs. 117. וְיִשְׁתַּחֲוֶה בְּהַקְדִּיף. Rectius Kimchi aliique: *oblector*, quae notio et Pf. XCIV, 19. Jes. XI, 8. unice apta. Cf. nomen שְׁשַׁע, *deliciae meae*, infra Vs. 24. SCHULTENSIO in *Instit. Ling. Hebr.* p. 314. frequentativum est אֶשְׁעָה, *laxo gutturo fuit*.

17. Confer mihi hoc beneficium, ut vivam, quod sane a te non peto, nisi ut mandata tua exsequar, non ut genio indulgeam. אֶתְּנֶנּוּ h. l. ut Pf. CXVI, 7. non est *beneficium reddere*, sed, ultro *dare*.

18. נִפְלְאוֹת non solum *admiranda*, sed etiam *arcana*, *occulta* significat. Pf. CXXXI, 1. CXXXIX, 6. Jes. XXVIII, 29. et infra Vs. 27. Sic h. l. intelliguntur secreta religionis, סוֹדֵי יְהוָה.

19. „Legis divinae praestantia eleganti comparatione demonstratur. Homo peregrinus multis periculis est expositus sine notitia eorum, quae facere, quae omittere debeat. Igitur magnum ei est beneficium, si amicum habet, qui eum de omnibus admonet. Talis est homini amicus verbum Dei. Docet enim, quae in hac vitae suae peregrinatione facere, a quibus sibi cavere debeat.“

D A T H E.

20. Animi mei vires omnes consumtae, ac veluti attritae sunt perpetuo cognoscendae legis tuae desiderio, et assidua ejus meditatione.

21. אֶצְרֶנּוּ *Increpasti*, i. e. increpare, severe animadvertere, et coercere soles, Pf. IX, 6. LXVIII, 31. CVI, 9. וְזִיּוֹ *Superbos*, qui non curant tuam legem, cf. not. ad Pf. XIX, 14.

22. הֵלֵךְ Jarchi ad verbum הִלַּךְ refert, ut sit: *avolve a me opprobrium* (coll. Jos. V, 9.), quo me superbi (Vs.

21.) adficiunt, quod mandata tua servem. Alii vero לָאָה a לָהָה sic explicant: *retege* (ut supra Vs. 18.), i. e. remove, aufer a me opprobrium. Arabibus *velum*

(לְהַעֲבֹר) figurat pudorem gravem, qui vultum nubere cogat; unde *retegere*, discutere *velum convicii*, item *retegere poenam ab aliquo* dicere solent, de qua figura vid. A. SCHULTENSII Not. ad *Excerptae Hamasae*, p. 493. Sensus est, vindica me ab injuriis et contumeliis generis superbi et profani illius, quod me convitiis infectatur propter studium pietatis in eum.

23. „Sensus hujus et sequentis Versus est hic: si hostes mei consilia inter se ineunt ad me perdendum, ego meditor et cogito legem tuam. Haec autem docet vitam meam ita instituire, ut ne hostis quidem habeat, quod in me reprehendere. aut in verniciem meam convertere possit.“ DATHE.

24. מִשְׁפַּחַי עֲצָרִי *Viri consilii mei*, consiliarii mei in rebus dabiis et difficilibus sunt mihi leges tuae.

25. עֲפָרָה מוֹתָהּ h. l. pro עֲפָרָה מוֹתָהּ (Ps. XXII, 16.) dici arguit חַיִּי, *in vitam me restitute*, quod proxime sequitur; et עֲפָרָה solum de *sepulchro* usurpari, vidimus ad Ps. XXII, 30. Sensus est: vita mea morti proxima est, tu ergo recrea, conserva me כְּדִבְרֶיךָ *secundum verba tua*, i. e. promissiones tuas.

26. חֲרָבֵי וְדַלֵּי *Vias meas*, i. e. negotia et instituta, itaque sortem et pericula mea, ut Ps. XXXVII, 5. Sensus: semper ad te retuli de rebus et consiliis meis, a te petendi in difficultatibus et periculis, et tu exaudivisti invocantem, ut experirer opem tuam, itaque nunc etiam assis mihi et instrue me pietatis doctrina, praeceptisque, quibus docear, quid faciendum sit mihi.

28. הִלְפָה עֵינַי *Stillavit anima mea*, totus solvor in lachrymas; Job. XVI, 20. הִלְפָה עֵינַי *stillat oculus meus*. Quia vero sequitur קַמְּנִי, *erige me*, alii (auctore ANT. DRIESSEN in *Synecim. Observat. in auctorem V. T. ioc-*

ca, in *Sylloge Dissertat. sub Schultens. et Schroederi praesid. habit.* P. II. p. 1097.) verbo דָּלַף h. l. notionem Arabici دلف tribuendum putant, quod de *incessu senis lento*, item de *jumento quod prae nimio onere vix pergere potest*; usurpari solet, ut verba nostra reddenda sint: *incurvus lente incedo prae dolore. Stillandi tamen notio, quam verbum דָּלַף apud Syros Chaldaeosque habet, quum reliquis omnibus, quibus legitur V. T. locis (Job. XVI, 20. Prov. XIX, 13. XXVII, 15. Cohel. X, 18.) unice sit apta, dubitamus, Arabicam illam significationem hoc solo loco verbo דָּלַף recte tribui. קַמְנִי Erige me, qui jam prostratus jaceo, ex pulvere (Vs. 25.), recrea et conserva me.*

29. דַּרְךְ-שֶׁקֶר הָסֵר מִמֶּנִּי *Viam falsitatis remove a me*, averte a me omnia, quae a veritate abducunt. וְחֻרְהָהּ קַמְנִי *Et legem tuam gratiosa concede mihi*, i. e. communica mecum benigne scientiam et intelligentiam legis tuae, ne errem uspiam. Alii: fac, ut grata mihi sit lex tua. Alii, subaudito ante חֻרְהָהּ praefixo כִּי, ut Vs. 24. 105. 119., reddunt: *secundum legem tuam miserere mei*, coll. infra Vs. 58. et Pf. LI, 3., quorum locorum tamen ratio diversa est a nostro. Praeferenda interpretatio primo loco posita; verbum חָנַן eodem h. l. accipiendum significatu, qui Genes. XXXIII, 5. 11., *gratiam alicui testari collatis in eum beneficiis, donis aliquem ornare (einen mit Geschenken begnadigen)*. Supervacanea Muntinghii est conjectura, pro קַמְנִי enunciandum esse חָנַן, *propensio mea, amor meus est lex tua.*

30. מִשְׁפָּטֶיךָ שָׁוִיחִי *Judicia, jura, decreta tua posui* subaudi ex Pf. XVI, 8. לְפָנָי, *ante me*, proposui oculis meis, quibus ii dirigantur. אֶל-הַבִּישׁוּנִי *Ne pudore me afficias*, ne linas, ut frustrentur me preces meae; vel: ne committam aliquid tibi contrarium.

32. כִּי תַרְחִיב לִבִּי *Quum dilataveris cor meum*, i. e. me liberaveris; latitudinem opponi aerumnarum angustiis, vidi-

vidimus Ps. IV, 3. XVIII, 37. Jes. LX, 5. Per inversionem haec explicanda videntur sic: libera me ex angustiis meis, et tum decurram constanter alacriterque spatium hoc, ut vivam secundum ea, quae mandat lex tua. Alii *dilatare cor* interpretantur h. l. de intelligendi capacitate, de qua 1 Reg. V, 9. (al. IV, 29.) ea dictio usurpatur.

33. עָקַבְתָּ Jarchi explicat *e vestigio*, i. e. in omnibus orbitis et vestigiis viarum ejus; coll. Cant. I, 8. בְּעֵקְבַי יֵצְאָה *in vestigiis gregis*. Rectius alii: *usque ad extremum vitae meae*. Quod ipsum spectavit haud dubie Alexandrinus, qui διαπύρτος reddidit, et Vulgatus *semper*, tota vita mea. Cf. DRUSII *Observatt.* L. VIII. Cap. XX.

36. בְּצַע־לִי נִלְוֵהָ֑ Ne scil. permittas ut flectatur cor meum *ad quaesum*, i. e. ad quaestus cupiditatem; speciem pro genere nominari autumant, avaritiam pro omni prava cupiditate. Qui vero simpliciter de avaritia interpretantur, ii haec referunt ad ea, quibus movebantur carminis hujus compositi tempore homines, ut deficerent ad fallae religionis cultum. Ita sensus erit hic: averte a me omnem avaritiam, ne quaestus ullius causa a te et lege tua deficiam.

37. Guberna sensus meos, ne convertant se ad res vanas et malas, quibus corrumper, et corrobora me, ut sine impedimento alacriterque in iis spatiis decurrere possit vita mea, quae praelinit lex tua.

38. הַקָּם לְעֵבְרָה אֲמַרְתָּה אֲשֶׁר לִירְאָתָה *Confirma mihi, famulo tuo verbum*, promissum tuum (oppof. כָּפַל הָבֵר Jos. XXI, 45. XXIII, 14.) *quod datum est timori tuo*, i. e. ei qui deditus est timori tui. Optime Syrus: *Confirma verbum tuum servo tu* אֲמַרְתָּה לְיָדָי, *qui timet te*. Sensus: mihi, servo tuo, promissum serva; hoc est, opem praesta, quam tui timentis pollicitus es.

39. Averte a me ignominiam turpitudinemque omnem ab hostibus meis, in quorum infectiones incurrere solet

solet pietatis studium, qui metus exercet me, qui studeo obedire tibi. Eadem sententia, quae supra Vs. 22., et infra Vs. 42. Quod autem sequitur: *כי משפטיה טובים*, tua jura bona sunt et salutaria observanti, sic videtur aptari praecedentibus, ut si dicat: et tamen propterea tua jura non desinunt bona esse et salutaria, quicquid obtrectent legi tuae, et studio hujus in cultoribus tuis, homines impii.

40. Tanta cupiditate quum ferar ad mandata tua exsequenda, vitam largire mihi *בצדקתה*, pro justitia tua, i. e. promissionum tuarum veracitate (ut Pf. XXXI, 2.), ut colam jura tua alacer vegetusque.

42. *ואענה הרפני דברי* Ut respondeam conviciatori meo, qui mihi insultat, quasi me inani spe lactassem, *verbum*, i. e. aliquid, rem; ut suppetat mihi, argumentum scilicet, quod respondeam.

43. *ואל-תצל מפי דברי-אמת* Nec eripi, auferri finas ex ore meo *verbum veritatis*, id est, hoc argumentum, in quo se occupet os meum commemorando, et cor, s. animus, meditando, mihi conserva; praesta, ne quid dicant aut cogitem tibi contrarium. Particula *על מאד* conjungenda cum *על*, ut sit: *nullo modo eripias*. Alii dictioni *דברי-אמת* adstruunt, ut sit: *verbum veritatis admodum*, i. e. quod est verbum veritatis usque ad supremum gradum, maxime, coll. 2 Paral. XXIV, 24.

45. *ואחלהכה ברחבה* Et ambulabo in latitudine, in lata via et libere, coll. Pf. IV, 2., sine anxietate, tranquillo animo cultui tuo vacabo, cf. Vs. 32. Chaldaeus: *in latitudine legis*, forsan ex Vs. 96.

46. Si Maccabaicis temporibus scriptus sit Psalmus, verisimile, huic Versum referendum esse ad Antiochum, et satrapas ejus, per quos extirpare religionem moliebatur. Qui vero Davidicum Psalmum existimant, ad Saulum hoc pertinere volunt. Aliam conjecturam vid. supra not. 3) Argum.

48. *אֶל-מְצַחֶיךָ תִּלְוֵנָה כַּפַּי אֶל-מְצַחֶיךָ* *Tollam manus meas ad mandata tua excipienda et facienda.* Ambabus quasi manibus excipiam, et avidè complectar praecepta tua.

49. *עַל-אֲשֶׁר* *Propterea quod*, ut Dent. XXIX, 24. 2 Sam. III, 30. Alii: *super quo*, Vulgato auctore, qui habet: *in quo mihi spem dedisti.* Minus recte; sic enim *אֲשֶׁר עָלַי* dici debuisset.

52. Confolor me recordatione eorum, quae de decretis legis tuae fecisti jam inde ab initio, et quae inde statuisti adversus violatores ejus.

53. *וְלַעֲפָה* esse *Eurum urentem, letiferum*, vidimus ad Pf. XI, 6. Cùm eo comparat vates affectum indignationis summae et anxietatis, quem sentiebat ob vexationes impiorum.

54. *וּמְרוֹחַ הַיַּיִן לִי חֻקֶּיךָ כְּבֵיחַ מְגֻרָי* *Carmina, i. e. materia carminum mihi sunt statuta tua in domo, i. e. in loco peregrinationum mearum*, in peregrinationibus meis, quod ii, qui Antiochicis temporibus Psalmum assignant, de vita misera et calamitosa interpretantur, quum de exilio simpliciter interpretari illius temporis historia non ferat. Certe *vitam* hanc, quam in his terris vivimus, *מְגֻרָי* vocat Jacobus Genes. XLVII, 9., ubi interrogatus a Pharaone, *quot sunt יַמֵּי שְׁנֵי הַיָּדָה*, respondet *יַמֵּי שְׁנֵי מְגֻרָי* *dies annorum peregrinationum mearum 30 annis.* Cl. i. Paral. XXIX, 15. Qui vero Davidicum faciunt hoc carmen, hunc Versum exilii vel Saulici vel Absalonici tempora respicere putant.

57. *חֶלְקִי יְהוָה* *Portio mea*, peculium meum, quo nil pluris faciendum, est *Jova.* *אֶמְרָתִי* *Dixi*, statui mecum, Pf. XXXI, 15. CXL, 7.

59. *חֲשַׁבְתִּי דַרְכֵי* *Supputavi vias meas*, examinare soleo vitam meam, et studia hujus, atque insitno haec omnia, huc contendo, ut vivam secundum legem tuam.

61. *חֲבֵלֵי רְשָׁעִים עֹרְדִים* *Funes, infidiae improborum circumdant me*, quae est verbi *עָרַד* hoc tantummodo loco occurrentis significatio Aethiopicibus usitata. Vid. J. D.

MICHAELIS *Supplem.* p. 1837. Sensus est hic: neque tamen inter omnes vexationes improborum patior mihi eripi memoriam et studium legis tuae. Eadem sententia infra Vs. 110. Alii post Chaldaeam et Hieronymum חבלי רשעים interpretantur *coetus*, catervas *improborum*, quemadmodum I Sam. X, 10. חבל-נביאים est *caterva prophetarum*. Cf. DRUSII *Observatt.* L. II. Cap. V.

69. טפלו עלי שקר זרים *Elaborarunt*, concinnarunt (vid. de verbo טפל Michaelis l. c. p. 1022. seqq.) *contra me mendacium insolentes*, hominum profanorum insolentia crimina fingit adversus me, struunt calumnias.

70. טפש, *Obesum*, hoc solo loco legitur in V. T. sed Chaldaeis frequens ea significatione, ita Jes. VI, 10, Hebraeum טפיש לביה a Chaldaeo redditum est לביה טפיש. Cf. not. ad hunc Jes. loc. כחלב *Sicut pinguedo*; quae sensu caret. Animos istorum stuporem contraxit ejusmodi, ut non sit idoneum, quod sentiat aut intelligat leges tuas.

75. Ante אמונה subaudiendum est ב; dicitque vates hoë, Deum in afflictionibus immisissis tamen pro fide sua egisse, ita ut promissa servaret.

81. פלחה לחשוניתה בפשי *Consumpta* est intenta ad salutem tua anima mea, paeue deficit animus meus prae desiderio ingenti opis tuae. לך בקרה יהלתי *Propter verbum tuum* quod *expecto* (scil. deficit animus meus), i. e. qui tam cupide expecto, quae complectitur et promittit verbum tuum; דבר metonymice pro *re*, verbo promissa, ut Vs. 25. 43. 74. 114.

82. Sicut oculi, hominum subventurorum adventum praestolantes, intentione continenti defatigantur tandem et deficient, ita לאמרחה כלו עיני לאמרחה *deficiunt oculi mei* intenti ad sermonem tuum, i. e. prospectando quando veniat auxilium sermone tuo promissum, cf. Vs. 81: infra Vs. 123. et Thren. IV, 17.

83. כי-הייתי *Si etiam fiam*, כי h. l. est *hypotheticum*, ut Jes. LIV, 10, Pl. XXVII, 10. כינאר בקיטור

cut uter in fumo, i. e. si etiam miseris corpus meum ita emacietur, ut sit instar corii utris vinariae, quae in aëre fumoso exsiccata, sua sponte corrugatur. Solebant enim veteres vina sua cadis utribusve injecta tabulatis includere fumo perviis, in editioribus domuum locis, quia experiendo didicerant, citius inveterascere, et crudum, qui in novis vinis deprehenditur, saporem deponere, si admissio fumo paulatim coquerentur. GALENUS *de medic. simplicis*, IV, 14. T. XIII. p. 100. edit. Chartr. Καὶ παρ' ἡμῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οἶνον ἐν ὑπερώοις οἰκήμασι, ὧν ἐν τοῖς κατωγέοις μέλλει καυθῆσθαι φλόξ, πολλή κατατίθεται· ὁ γὰρ ἐν χρόνῳ πολλῶ τοῖς ἄλλοις, τοῦτο τοῖς θερμοθεῖσι ἐν ἐλαχίστῳ περιγιγνεται. Et mox: Ἡλιος ἐν θερμοκλίῳ καὶ φλογὲς πλησίον καίόμεναι πεπταίνουσι θάρττον οἶνους. COLUMELLA *de re rust.* L. I. 6. 20. *Apothecae* (i. e. cellae vinariae) recte superponentur his locis, unde plerumque fumus balnearum oritur, quoniam vina celerius vetustescunt, quae fumi quodam tenore praecocem maturitatem trahunt. Alludit ad hanc consuetudinem HORATIUS *Od.* III, 8.

Hic dies anno redeunte festus

Corticem adstrictum pice dimovebit

Amphorae, fumum bibere institutae,

Consule Tullo.

MARTIALIS X, 36.

Improba Massiliae quicquid fumaria cogunt,

Accipit aetatem quisquis ab igne cadus.

Et III, 57. *Vel cocta fumis musta Massilitanis.*

OVIDIUS *Fastor.* V, 517.

Quaeque puer quondam primis diffuderat annis,

Promit fumoso condita vina cado.

Cum tali igitur utre plane exsiccato vates Hebraeus sese comparans hoc dicit: etiam si maximis conficiar miseris, tamen non desinent mihi curae esse praecepta tua.

75. אֲשֶׁר לֹא כִּהְדָּרְתָּהּ. *Quod*, scil. quod foveas fodiunt, non est secundum legem tuam, i. e. insolentes illi et facinorosi struunt mihi infidias contra jus et fas et legem tuam. Alii vero אֲשֶׁר trahunt ad יָרִים, qui non sunt secundum legem tuam, hoc sensu: superbi illi, qui nihil curant legem tuam, minimeque se huic conformant, infidias mihi struunt.

86. בְּשָׁקֵר pro שָׁקֵר *Mendacio*, i. e. mendaciter, falso, sine caussa, cf. Vs. 69. 78.

87. כִּמְעַט פְּלִינִי בְּאַרְץ. *Fere confecerunt me in terra*, scil. prostratum, cf. Pf. VII, 6. XLIV, 26. LXXIV, 7. LXXXIX, 40.

94. Quia Deus meus es, et ego cultor tuus, finito me percipere hunc fructum studii pietatis mei, ut experiar opem tuam in rebus difficilibus meis.

96. Nomen תְּכֵלֶת ἀπαξ λεγόμενον (formae תְּכֵלֶת Pf. XXXIX, 11. a verbo תְּכֵלֶת) Alexandrinus συντέλειαν, Vulgatus *consummationem*, Syrus ܟܘܠܘܢ, idem significans, reddidit, Symmachus vero πάσης κατασκευής, et Arabs *omnis perfectionis*, quod quidem interpretationibus ceteris omnibus praeferendum videtur, cf. cognatum תְּכֵלֶת perfectio auri, i. e. aurum optimum; 2 Paral. IV, 11., et aliam formam (תְּכֵלֶת) Job. XXVIII, 3. Sensus: nihil video rerum humanarum omnium, tam plenum, perfectum et solidum, quod non deficiat tandem, et intereat, lex tua sola, et quae tu mandas et promittis; ita ampla sunt, et tam late patent, ut se extendant ad omnem aeternitatem, aeterna sunt et immutabilia. Eadem sententia, quae in primo hujus octonarii Versu, 89, aderat: J. D. MICHAELIS vero in *Supplem.* p. 2367. תְּכֵלֶת *spem* interpretatur; a verbo Aramaeo תְּכֵלֶת; *confidit*, et sic reddit verba nostra: *omnis spei vidi finem*, i. e. omnes spes humanas fragiles esse intellexi: Cui interpretationi jam Dathius opposuit, neque Syro, neque Chaldaeo interpreti illam linguae suae significationem in mentem venisse:

98. מאיברי החכמני מצוהיך *Præ hostibus meis sapientem me faciunt praecepta tua*, per doctrinam legis tuae ita me instruxisti, ut superem sapientia hostes meos, et nihil proficiant illi adversus me profanis conatibus suis, quibus ab illa me abducant. Verbum *singulare* femininum החכמני jungitur h. l. nomini *plurali* feminino, ut saepius, ubi nomen *rem*, non personam significat, ex Arabum more, vid. SCHROEDERI *Syntax*. LXII, d. STORRII *Observatt.* p. 383., et GESENIJ *Lehrgeb.* p. 719., qui plura alia hujusmodi constructionis exempla attulerunt. Veteres verbum illud pro secunda persona acceperunt hoc sensu: *redde*, vel: *reddidisti me sapienterem hostibus meis mandatis tuis*. כי לעולם היא לי *Nam perpetuo est mihi scil. unumquodque praeceptorum tuorum ante oculos, perpetuo mentem meam occupant.*

99. Verba מכל-מלמדי השכלתי *Aben-Elfra recte sic explicavit: magis sapui, quam informatores mei*, eo quod omnem meditationem meam impenderim legi tuae, quae ipsa plus me erudit, quam illi. Alii hoc putant pertinere ad Antiochica tempora, quibus constat etiam ex sacerdotum ordine aliquos defecisse ad hostes. Eadem sententia Versu sequ. verbis allis exprimitur: *Seniorum*, זקנים, nomine ibi similiter *doctores publicos* aliqui intelligunt.

102. *A tuis sententiis non deflecto*, כי-אתה הורהני *nam tu me instituisti*, non homines, quorum leges saepe a deo imperfectae sunt, ut non possint, nec debeant servari. Sed leges divinae perfectissimae sunt, et dignissimae, quae summa cura et diligentia servantur.

108. נדבוח פי רצה-נא *Spontaneas oblationes oris mei acceptas habe.* נדבוח, *Voluntaria*, ut Vulgatus reddidit, sunt talia sacrificia, quae neque ex lege, neque pro culpa, sed gratiarum actionis causa offeruntur, Deut. XXIII, 24. Significantur igitur laudes et gratiarum actiones.

109. נַפְשִׁי בְּיַדַּי *Anima, vita mea in manu mea*, in maximo verborum discrimine et vitae periculo, ubi summa opus est cautione et circumspectione. GROTIUS: „Loquendi genus Hebraeum, quod summa pericula significat, quia quod manu tenemus, facile eripi nobis potest.“ Alii petitum putant a militibus, qui *vitam in manu* videntur portare, ut eam vel servent, pugnando fortiter; vel, si male pugnent, amittant: atque hoc modo etiam Graeci dicunt proverbio: ἐν τῇ χειρὶ τῆν ψυχὴν ἔχει, de eo, qui in summo versatur discrimine. Cf. Jud. XII, 3. 1 Sam. XIX, 5. XXVIII, 21. Job. XIII, 14. Chaldaeus verba nostra sic reddidit: *anima mea periclitatur in superficie manus meae.*

111. נְחִלְתִּי *Pro haereditate possideo*, haereditarii peculii instar mihi sunt leges tuae, ita curo eas, et in pretio habeo.


113. סַעֲפִים Alexandrinus παρανόμους, Vulgatus *iniquos*, Syrus $\mu\alpha\lambda\alpha$, *perverfos*, Chaldaeus דְּחַשְׁבֵּין מְחַשְׁבֵּין סְרִיקָן *cogitantes cogitationes vanas*, reddidit. Recentiorum plerique *cogitationes ancipites*, ambiguas et inconstantes, coll. 1 Reg. XVIII, 21. Videntur intelligendi *homines effrenatis cupiditatibus*, qui leges omnes divinas et humanas susque deque habent, coll. Arab. شَعَاب *insania*, *affectus vehementes et turbulenti*, et سـمـشـوف , *demens, affectus amore, terrore et insania*. Vid. A. SCHULTENII *Commentar.* ad Job. IV, 13, Recte vero Aben-Esra observavit, nomen esse שָׂם הַחֹזֵר, i. e. *concretum, s. adjectivum*, quemadmodum et veteres omnes interpretati sunt; forma est ex Dagesfatis, ut חֹרֵשׁ, זַמַּח, ita et סַעֲף; cf. SIMONIS *Arcan. Formar.* p. 397. seq.

118. סָלִיָה, Chaldaeus כַּבְּשָׁה, *pedibus calcasti*, transtulit; retulit ad verbum סָלִי, cui ex מַסְלָה, *via strata, calcandi* notionem tribuit. Manifestum vero est, nostrum verbum pertinere ad radicem סָלָה, Syrorum سـلـ ,

rejecit, quae significatio tam huic loco, quam Thren. I, 15. est apta. Quam ipsam forsitan et Alexandrinus ac Theodotion suo ἐξουδένωσας, sprevisi, reprobasti, exprimere voluerunt. *כי שקר הרמיהם* Quia mendacium est dolus eorum, i. e. frustranei sunt omnes eorum conatus subdoli. Sensus est: tu reprobas omnes, qui deficiunt et exorbitant a praeceptis tuis: neque enim perficere huic generi a te conceditur, quod contra pietatem molitur; concidit in mediis conatibus. Posterius commatis nostri hemistichium Syrus ita reddidit: *וְאֵלֵינוּ מְדַבְּרִים וְלֹא יִשְׁלָמוּ*, quoniam improbitas est meditatio eorum. Vix dubitem, inquit Dathius ad Psalter. Syriac., „interpretem nostrum pro *הַרְמִיָּהם* legisse *הַרְעִיָּהם* quod est ejusdem significationis cum *רְנִיָּה*, quo usus est. Ita quoque legerunt Alexandrinus: *ὅτι ἄδικον τὸ ἐνδύμημα αὐτῶν*, Theodotion et Quinta: *τὸ ἐπιδύμημα*, Vulgatus et Arabs: *quia injusta est cogitatio eorum*. Lectio, si sententiam spectes, facilius est; sed neque receptae lectioni desunt testes ex antiquis. Nam praeter Chaldaeam Aquila et Symmachus, quamquam de illo non satis certo constat. Utitur enim vocabulo ab ipso efficto, et quod ex etymologia ad utramque lectionem referri potest: *ὅτι ψευδεῖς συνεπίθεσις αὐτῶν*. Symmachus vero: *ματαλα γὰρ πᾶσα ἡ δοκιότης αὐτῶν*.”

119. *כי יגים השבב כל רשעי-ארץ* Scorias removisti omnes improbos terrae, i. e. scorias, quales sunt omnes improbi, s. improbos, scoriarum similes, remove soles. Vid. de hac sermonis Hebraei proprietate, qua appellant aliquid ejus rei nomine, cum qua confertur, omisso *Caph* similitudinis, STORRII *Observatt.* p. 288. not. Similem imaginem reperies Jerem. VI, 28. seqq. Pro *השבב*, cessare fecisti, i. e. removisti (cf. Pf. VIII, 3. LXXXIX, 45.), veteres omnes *השבב*, reputasti (scorias, s. scoriarum instar improbos omnes) exprimunt, sensu minime inepto. Cf. quae de hac lectione in utramque partem disputata

sunt a BUXTORFIO in *Anti-Crit.* p. 695. atque a Da-
lthio in Not. ad Psalter. Syriac. לכן *Ideo*; ne impietatis et
poenae illorum particeps fiam, amo, revereor tuas sen-
tentias.

120. Exhoretisco toto corpore ad cogitationem sen-
tentiae severae tuae, qua uteris adversus eos, qui disce-
dunt a decretis iustis tuis. Prius Versus, hemistichium
Alexandrinus sic reddidit: κατήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου
τὰς σάρκας μου, et hinc Vulgatus: *clavis confige timore
tuo carnes meas.* Enuntiavit ille Imperativum עָמַר; et Ara-
bibus  in Conjug. II. significat *clavis compēgit
confixitque.* Ab ea notione *horripilandi* significatio dedu-
cta videtur (quasi *clavorum instar comas erigere*) qua He-
braeum עָמַר, Jerem. LI, 27. Job. IV, 15. sumendum, quae
יָמַר et huic loco unice apta. Cf. A. SCHULTENSII *Com-
mentar. ad Job.* p. 105. seq.

122. עָלַי עֲבָדָה לְמַעַן פְּלֵרִיקוּ, Jarchio auctore, sic
explicant: *esto pro me sponsor* (ut Gen. XLIII, 9. XLIV,
32. Jerem. XXX, 21.), vindica me adversus malum, *in bo-
num*, i. e. ut bene mihi sit, ut Deut. VI, 24. X, 13.
Alii, Chaldaeam, Syram, et Kimchium sequuti, *oblecta
servum tuum*, ex significatione *dulcedinis, jucunditatis,*
quam verbum עָבַד Proverb. XIII, 19. Jerem. XXXI, 26.
Prov. III, 24. habet.

126. עַתָּה לַעֲשׂוֹת לַיהוָה *Tempus est faciendi Jovae*
scil. מִשְׁפָּט, *judicium*, quod et Jerem. XVIII, 23. et aliis
locis est subaudiendum, vid. WALTHERI *Ellipses* p. 74.
Sensus: tempus est, ut Jova judicium exerceat, et vindic-
cet gloriam suam, neque enim salvam amplius patien-
tur legem suam, sed contemnunt et violant eam. Alii,
Chaldaeam sequuti (*tempus est faciendi voluntatem Do-
mini*), sensum hunc putant: tempus est, nobis, cultori-
bus Jovae, ei obtemperandi, et serviendi, siquidem ab
irropiis violatur et profonatur.

128. כָּל-דְּבָרֵי כָל-יִשְׂרָאֵל *Omnia mandata omnis
scil. rei recta et bona judico*; loquendi formula, qualis
Ezech.

Ezech. XLIV, 3. כל-הורגה כל-בכורי כל-זבל-הורגה כל *primitias omnium primitiarum omnis rei, et omnis oblatio omnis rei.* Significat, se absque ullo discrimine omnia omnino legis divinae mandata probare, neque facere, ut acciunt ii, qui ea duntaxat praecepta approbant, quae genio suo congruunt et placent, ceteras rejicientes, quae uae libidini adversantur. Hubigantius, Venema, alii pro כל-בכורי legendum censent בְּכֹרֵיךָ, sine necessitate.

129. מִרְאִיִּים *Mirabilia*, i. e. longe praestantissima, et egibus humanis ceteris omnibus perfectiora tua sunt praecepta. Cf. Dent. IV, 6. 7.

130. פֶּתַח quidam *apertionem, ostium, primum adiutum* explicant, ut dicatur hoc, qui a limine saltem, et rudimentorum aliquid legis divinae percipiunt, eos statim sapere incipere. Sed פֶּתַח *aperturam* potius, i. e. declarationem, expositionem videtur notare, hac sententia: *quicunque aperitur tuum verbum, is simul illuminari mentem suam deprehendet.* Ita Alexandrinus: ἡ δῆλωσις τῶν λόγων σου φωτισεῖ καὶ συνετισεῖ νηπίους, et Vulgatus: *declaratio sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis.* פֶּתַחֵיךָ vero sunt *simplices*, et imperiti rerum.

131. פִּי פִּעְרָתִי וְאֲשַׁמָּה *Os meum distendi et avideo in aethero, ἤθρος* cupidorum et anhelantium. Sensus: *summo desiderio teneor doctrinae mandatorum tuorum.*

132. כְּמִשְׁפַּט plerique de *consuetudine* agendi, quam Jova cum piis tenet; interpretantur, quo sensu nomen illud et Gen. XL, 13. Jos. VI, 15. et alias capiendum, ut dicatur hoc: *pro tuo more et consuetudine erga eos, qui te colunt, miserere mei.* Alii vero כְּמִשְׁפַּט *jus, aequitatem*, interpretantur, ut כְּמִשְׁפַּט לְאַהֲבֵי שְׂמֵךְ sit: *prout est jus erga amantes tui, sicut fas est te esse eis, qui diligunt te et colunt.* Cf. DRUSII *Observatt. L. I. Cap. XVII.*

136. Verba מִיָּם יִרְדּוּ עֵינַי *vulgo sic reddunt: Rivos aquarum descendere faciunt, i. e. demittunt oculi mei.* Sed docuit A. SCHULTENSIVS *Origg. L. I. Cap.*

Cap. VI. §. XXXV., quemadmodum Arabes dicere solent *العَيْنِ وَرَبَّتِ الْبُكَاءُ*, *oculus aquarum descendit in fletum*, pro: *multo flumine lacrymarum perfundi*, lacrymarum veluti rivis immersum lavari, ita et nostrum locum transferendum potius ita esse: *rivos aquarum intrant*, lavatum euntes, *oculi mei*, quod fulcitur loco plane gemino Thren. III, 47. פְּלָגֵי עֵינַי, quae verba neutiquam sic reddi possunt: *rivi aquarum descendunt oculo meo*, a quo tota structura abhorret, verum ita: *rivos aquarum intrat oculus meus*, hisque sese, haud secus ac si lavatum iisset, perluit et immergit. Tale lavacrum in cubili suo pinxit poeta Pf. VI, 7. Cf. Jes. XVII, 3. Jerem. IX, 17. Cf. GESENII *Lehrgeb.* p. 808. — על-אשר לא על ליא, pro *propterea quod non*, per ellipsin relativi, de qua loquendi formula vid. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. CIV. b. Sensus: summo afficior moerore, quod lex tua ita violatur et profanatur. Eadem sententia Vs. 139.

137. וְיִשָּׂר מִשְׁפָּטֶיךָ *Rectum* f. reutiludo sunt *jura tua*, iusta sunt omnia, quae decernit lex tua. Ad יִשָּׂר subaudiendum est דְּבָרֶךָ, vel nomen simile aliud, ut infra Vs. 155. רְחוֹק מִרְשָׁעִים יִשְׁעָה, *longinquum ab improbis est salus*, i. e. res longinqua; vid. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. XVII. c. Qualia Latini per genus neutrum enunciant, ut: *Triste lupus stabulis*, observante DRUSIO *Observatt.* L. I. Cap. III.

141. צָעִיר, *Parvus*, non aetatem, sed conditionem hic indicat, ut Jud. VI, 15., convenitque cum נְבוֹנָה, *contemptus*, quod proxime subjicitur.

147. Antevertō lucem et diluculum inclamando te, fretus promissione tua, a qua pendet spes mea.

148. Antequam decedant vigiliae nocturnae, jam evigilant oculi mei, et doctrinam tuam commentari incipio.

152. קרם *Jam pridem* (propr. *ab antiquo*), ut Pl. LV, 20. LXXIV, 2. Thren. V, 21. *Quod in aeternum fundaveris ea*, scil. praecepta, statuta tua, Vs. 151. 150. 149. Sensus: jampridem hoc, et ex ipso verbo tuo, didici, ea, de quibus hoc testatur, ita esse firma, ut nullo unquam tempore, illiusve casibus convellantur, sed perpetuo immota consistant, ut igitur semper his sit tutum niti et fidere.

154. ריבה ריבוי Vid. not. ad Ps. XXXV, 1.

157. *Ἀπενδοξαῖν* Psalmi III, 3: 4.

158. אֶחָקוּצָה *Summo fastidio affectus sum* facinorosis et perfidis illis hominibus (בגרים), cf. Cal. Ps. XCV, 10., et Niphal. Ezech. VI, 9. XX, 43. Job. X, 1. Alii, Chaldaeam et Kimchium sequuti: *certo, litigo cum eis, oppono me illis contendendo, ex vicini verbi Chaldaici קטט significatione.*

161. פָּחַד לִבִּי *Sed a verbo tuo solo timet, cor meum, nullam vim hostium meorum tam metuo, quam verbum tuum, ne quid committam huic contrarium.*

164. שִׁבַּע *Septies, i. e. iterum iterumque, aliquoties, ut Ps. XII, 7, ubi not. vid.*

165. שְׁלוֹם h. l. de animi tranquillitate et conscientiae bonitate accipiendum videtur, hac sententia: animo sunt prorsus tranquillo et quieto, qui diligunt doctrinam tuam, neque perturbat aut offendit eos quidquam.

168. כָּל דַּרְכֵי נִדְרֶךָ *Omnes viae meae coram te, tibi cognitae atque perspectae sunt, ut Ps. XXXVIII, 10. Sensus: quae tu mandas, observo; tu scis, me hoc agere, nihil enim te latet omnium, quae cogito et facio.*

169. כִּדְבַרְךָ הַבִּינֵנִי *Secundum verbum tuum intelligentem me redde, i. e. tuae legis intelligentiam mihi largire, ut faciam quae tua praecepta jubent.*

172. מִעַן h. l. non respondebit est interpretandum, sed cantabit, resonabit, ut Exod. XXXII, 18. עָנָה בְּתַרְגָּוָה est

est clamor victoriae, coll: Arab. عني in II. Conjug. cecinit. Cf. SCHULTENSI Commentar. ad Job. III, 2. Sensus: doctrina tua semper erit in ore mihi.

175. משפטך יעורני *Judicia tua juvent me, i. e. sententia justa tua, qua coerces et perdis impios.*

176. Huc et illuc profugus oberro, sicut ovis perdita, ita require famulum tuum, et reducito me in caulam, securum me praesta. Sunt, qui hoc referant ad calamitatem Antiochici temporis, quo et dissipatus erat populus et conventus etiam sacri impediabantur, in templo quidem prorsus, quo ne accedere quidem licebat Judaeis uno toto anno. Qui vero Davidicum existimant Psalmum has preces tum suas conjiciunt, cum Davides vel a Saulo, vel a filio regno pulsus, in peregrinis terris exul degeret.

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS.

A R G U M E N T U M.

Queritur de malignitate et calumniis hominum barbarorum et pacis inimicorum, inter quos verisandum sibi sit; contra illos igitur Dei opem implorat, quam saepius antea sit expertus.

Psalmus hic, et quatuordecim, qui eum proxime continenterque sequuntur (CXX - CXXXIV.); singuli שיר המעלות inscripti sunt. De cujus appellationis significatione et ratione diversorum diversae sunt conjecturae, quarum tamen pleraeque quum sint parum verisimiles, quaedam etiam absurdae prorsus; hoc loco unam tantum, alteramve illarum, quae reliquis sint probabiliores, attulisse sufficiet. Primum igitur multi sunt, qui שירי המעלות interpretentur *carmina ascensionum*, hoc est, quae canerentur, cum populus in Hierosolymitanam urbem ascenderet, nimirum vel ad festa quotannis celebranda, vel tum, cum e Babylonico exilio reverteretur. Ea sane reversio dicitur המעלה מבבל, *ascensio ex Babylone*, Esr. VII. 9. et revertentes vocantur העולים, *ascenden-*

tes,

tes, Efr. II, 9.; nam quia hic situs erat Israeliticae regionis, ut reliquis circumpositis altior esset; seu de Aegypto, seu de Babylone, ad eam tendentibus ascendendum erat. Ab iis igitur, qui de exilio in patriam redirent, decantata fuisse haec carmina, multi putarunt, hoc etiam argumento ducti, quod Efr. II, 65. inter redeuntes ex Babylonia etiam narrantur fuisse cantatores et cantatrices numero 220., vel, ut Nehem. VII, 67. habetur, 245., nimirum ad itinerum molestias molliendas, reducesque consolandos, et recreandos, atque ad Dei laudes celebrandas. Quod autem pluralis numerus, רַמְעֵלוֹת, in illis titulis usurpatus sit, causam afferunt hanc, quod non una vice et tempore reversus est populus, sed variis; reversionum certe *duarum* expressa sit mentio apud Esram, *prioris*, primo Cyri anno Serubabele et Josua ducibus (Efr. I. II.), *posterioris* anno septimo regis Arthasastae, ducente Esra (Efr. VII, 6. 7, VIII.). Illi tamen conjecturae de horum carminum occasione et usu monuit jam AGELLIUS, esse aliqua in his Psalmis, quae refragari videantur, ut cum Pf. CXXII, 1. dicitur: *edimus ad aedem Jovae*, neque enim tum reparatum erat templum a Chaldaeis destructum. „Quamobrem,“ pergit Agellius, „varia quidem esse argumenta horum Psalmorum puto, sed in unum hos quindecim collectos, qui ascendentibus in templum ter in anno apte conveni-

venirent, quamvis alia de causa editi ab autoribus fuerint. Illud etiam huic sententiae favet, quod ita dispositi videntur, ut in iis, qui deinceps sequuntur, propius ad terram Judae et ad templum accedi videatur, ut cum accederetur ad urbem Jerusalem, Psalmus CXXII. decantatus sit, cujus initium: *Vehementer laetor, cum mihi dicitur: eamus ad aedem Jovae*; cum jam perventum esset ad templum, tum ille (Pf. CXXXIV.); *Laudate Jovam omnes ejus ministri, qui in ejus aede ministeria peragitis*; populumque Israel, cum de diversis locis ter in anno juxta Domini praeceptum ad montana Judaeae et adorandum Dominum pergeret (Exod. XXXIV, 24.), his Psalmis laborem itineris levare consuevit, ut *ascensiones* non absurde dici potuerint progressiones illae Israelitarum ad templum accedentium. Et nostra aetate HERDERUS ¹⁾ hos Psalmos asciculum esse carminum ab Israelitis in itinere ad dies festos cantatorum existimavit. Laetitiae vero illi publicae, qualis erat Israelitarum ad celebrandos dies festos proficiscentium, minime congruunt lamentationes et querelae illae, quae non primo tantummodo, verum et aliis pluribus horum Psalmorum insunt. Afferitur igitur alia ratio nominis, sic appellatos esse a contentione vocis, ut hujus *ascensio* significetur. et *carmina ascensionum* dicta sint, quod elata

1) In libro de Poëseos Hebraeae genio (*vom Geist der Ebraeischen Poësie*) P. II. p. 367.

elata sublimique voce accinerentur, ac per singulos quasi gradu uno vox attolleretur²). Quam sententiam fulciri existimant 2 Paral. XX, 19., quo loco Levitas legimus laudasse Jovam *בְּקוֹל גְּדוֹל לְמַעַלָּה*, voce magna in ascensum. Ad rem musicam, vel metricam potius, illam appellationem spectare, J. D. MICHAELIS est conjectura³), observantis, *scalae*, s. *gradus* nomen esse Syris quoque inter voces musicas et poeticas⁴).

Quae

- 2) Quod ipsum voluit haud dubie Lutherus, qui translit: *ein Lied im höhern Chor.*
- 3) In nota ad LOWTHII *Praelect.* XXV. de *S. Poësi Hebraeor.* p. 512. edit. Goett. sec. p. 581. edit. Lips. „In *Assemani Biblioth. Orient.* T. I. p. 62. invenio *שָׁלָוִים* | *שָׁלָוִים*, *scalas odarum*, quae tamen quales sint dicere non habeo.“ Et ad CASTELLI *Lexic. Syriac.* a se editum ad vocem *שָׁלָוִים*, *scala*, haec notavit: „item *carminis genus*, *Assemani* T. I. p. 47. 61. Nempe a *scala* et *scansione profodica*, *carmina Syris* dicuntur, ut *Hebraeis* *שִׁיר הַמַּעֲלָה*, *canticum graduum*. Nos *pedes* in *carmine* dicimus, quos *Oriens gradus*.“ Quod ipsum tamen mera est conjectura.
- 4) Cf. EICHHÖRNII *Praefat.* ad *Jonesii Commentarios Poës. Aasiat.* p. XXXII. et XXXIV. ubi ipsa *Assemani* verba adducuntur, ex quibus apparet, *שָׁלָוִים*, *gradus*, *scalae*, esse nomen cuidam carminum generi proprium. Appellationem *שִׁיר הַמַּעֲלָה* ad rem metricam pertinere illaque cermen, quod *versibus trochaicis* constat, significari existimat J. J. BELLERMANN in *dem Versuch über die Metrik der Hebraeer.*, p. 190 seqq., *שִׁיר הַמַּעֲלָה* enim esse pedem metricum, in quo tonus ascendat, id est ejus syllaba prior sit longa, uti *Hebraeis* *שִׁיר הַמַּעֲלָה* est vox *καρποφόρον*. Praeterea observat p. 205. ad *Psalmum* CXXI.

Quae quidem sententia nec vobis improbanda videtur. Quicquid vero de nominis שִׁיר הַמַּעֲלֵה significatione statuas, hoc sane apparet, hos Psalmos omnino peculiare aliquid habere, quod et sic continenter et tanquam uno fasciculo colligati collocatique leguntur, et peculiari insuper inscriptione notati sunt, qualem non habent ulli alii. Et in hoc quidem nullo Psalmorum ordine omnino externam causam et communem quandam esse oportet, qua hos ipsos Psalmos uno titulo comprehensos habemus. De quo conjectura est perquam probabilis TILINGII⁵⁾, hos Psalmos

CXXI. esse in eo illam dictionis figuram conspicuam, quae Graecis $\alpha\lambda\mu\alpha\chi$ vocatur, Latinis *gradus*, *gradatio*, quae est $\alpha\nu\alpha\delta\iota\pi\lambda\omega\sigma\iota\varsigma$ pluribus gradibus ita continuata, ut antecedentis sententiae nomen aut verbum precipuum in sequentis principio subinde repetatur. Id $\sigma\chi\eta\mu\alpha$ tamen quum non tantum in Pf. CXXI., verum et in Pf. CXXVII. deprehendatur, inde hosce quindecim Psalmos nomen שִׁיר הַמַּעֲלֵה nactus esse, conjecit GESSENIUS in *Ephemerid., literarr. Halens.* anni 1812. No. 205. Sed quum non in cunctis Psalmis, qui ita sunt inscripti, et in paucis illis eorum subinde duntaxat ista figura sit adhibita, quae et in aliis V. et N. T. locis haud raro observatur (vid. e. c. Jes. XXVI, 1. seqq. et cf. GLASSII *Philol.* S. p. 1331. ed. Dath.), illa de appellationis שִׁיר הַמַּעֲלֵה ratione sententia parum est probabilis.

- 5) In libro hac insignito epigraphe: EBERHARDI TILINGII *Disquisitio de ratione inscriptionis XV. Psalmorum, qui dicuntur שִׁיר הַמַּעֲלֵה, seu Cantica Ascensionum, una cum succincta expositione eorundem.* Breae, 1765. 8. Majore cum scientia et sagacitate Tilingius hanc materiam tractavit, quam FRID. ADOLPH. LAMPE, cujus *Commentarius in Psal-*

Psalms eo temporis intervallo, quod inde a primo reditu ex Babylónico exilio usque ad restauratam religionem et rempublicam Judaicam effluxit, fuisse partim primum compositos, partim, si qui jam ante extiterint, accomodatos ad res istius aevi, atque in unum fasciculum collectos ad usum publicum. Cui sententiae maxime favet horum Psalmorum argumentum. Plerique enim continent questus de odio et inimicitia vicinorum, de contemptu hostium potentum et superborum, de malis et miseriis gravissimis sustentatis, sed divino auxilio feliciter superatis⁶⁾. Quae omnia simul sumta reipublicae Judaicae statui unice temporibus illis congruunt, quae reditum ex Babylone proxime sunt sequuta. Atque hunc quidem Psalmum Tilingius recte statuit

Psalms Graduum, in Ejus Meditatt. Exegett. edit. a Dan. Gerdes, Basil. 1742. 4. hodie exigui est usus. Nostra aetate prodierunt *Quindecim Psalmi graduales, quos ex ipso fonte Hebraico Latinos fecit, cum vulgata versione e regione posita exacte contulit et perpetuis annotationibus illustravit* SEBAST. SEEMILLER. Ingolstadii, 1791. 36. pp. in quatern. Sed Commentario longe praestantiore hunc Psalmorum fasciculum nuper illustravit THEODOR. ADR. CLARRISSE in Dissertat. quae inscribitur: *Psalmi quindecim, Hammaaloth philologicae et criticae illustrati.* Lugd. Batav. 1819. in octon.

- 6) Vid. Ps. CXX, 6. 7. CXXIII, 3. 4. CXXIV. tot. CXXIX, 1—3. Ceterum ad illa tempora referendos esse hos Psalmos, jam Theodreti aliorumque Patrum Graecorum erat sententia, quam et Syriacus Psalmorum interpres sequutus est. Vid. Tilingii l. c. p. 57. et 59. seqq.

tuit continere querelas populi, non amplius de-
tenti in Chaldaea, sed reducti, de invidia et
calumniis dolisque Samaritanorum atque popu-
lorum Judaeae confinium, qui Judaeis inflaura-
tionem cultus et reipublicae invidebant, atque
aedificationem urbis et templi ut impedirent om-
nem movebant lapidem. Ab iis igitur pacis tur-
batoribus ut suum populum liberet Deus, pre-
cibus petit Psalmus.

1. Introducit poeta populum grato animo commemo-
rantem divinam clementiam, qua antea semper preces il-
lius exaudiverat: *Clamavi ad Jovam in angustia quae
fuit mihi, et exaudivit me.* Quae verba respiciunt haud
dubie illud tempus; cum Jova populum ex captivitate
reduxit; et ad Ipem rea suas in pristinum restitutas vi-
dendi erexit. Hic ergo idem breviter complexus est poe-
ta, quod prolixius exsequitur Nehemias et explicatius in
oratione sua Cap. IX, 6. seqq.

2. Hac divina clementia et facilitate in audiendo fre-
tus orat, velit nunc quoque Deus, quum novum immi-
neret periculum a calumniatoribus, se liberare: *Libera,
Jova, animam meam a labio mendaci, et a lingua sub-
dola.* In *לשון רמיה* statuenda est vel enallage status ab-
soluti pro constructo, vel hujus certe ellipsis post abso-
lutum, ut Pf. LX, 5., ubi not. vid.; vel substantivum em-
phatice pro adjectivo ponitur, q. d. *a lingua*, quae me-
ra est *fraus et dolus*, ut Pf. XXXV, 6. *וְרַבְּמַחְשֵׁבֵי* *via
eorum sit caligo.* Hisce obtreptatoribus intelligendos esse
novas incolas regionis Samaritanae recte observat Tilin-
gius (p. 68.). „Quibus illi machinationibus; quibus do-
tis falsisque criminationibus fuerint usi, ut Judaeos tem-
plo et urbe reaedificandis depellerent, multis relatum le-
gimus in libris Esrae et Nehemiae. Modo apertis men-
daciis

daciis et falsis criminationibus (quod per שמה-שקר in-
nuitur) regum Perfarum animos in Judaeos accenderunt,
effeceruntque, ut severis edictis prohiberent, quo minus
templum reaedificarent, quod inprimis ab Arthasasta fa-
clum legimus Efr. IV.; modo tecta fraude et fucatis
verbis (quod forsitan spectat לשון רמה) illos ab opere
suscepto revocare illudque impedire studebant, Efr.
IV, 1. 2. Atque paucis annis interjectis, sub Artaxerxe
Mnemone, idem tentarunt, Judaeos a reficiendis moeni-
bus urbis abstrahere conantes, nunc virulentis cavillis et
sarcasmis, Nehem. III, 19. et IV, 1 — 5., nunc vi et ar-
mis, Nehem. IV, 7. seqq., nunc iterum verbis ad dolum
comparatis, aliisque fraudulentis mediis, Neh. VI. Va-
riis tandem artibus rem eo deduxerunt, ut non solum
quosdam ex principibus viris ad se pellegerint, uti ne-
potem Elisclibi, Nehem. XIII, 28.; sed et ut dimidia pars
Israelis, auctore *Abrahamo Zaccut*, ad Samaritanos de-
fecerit.

3. Apostrophe ad ipsos Samaritas, qua exprobrat
illis summam malitiam, utpote qui ex suis calumniis et
fallaciis nullum ipsi fructum caperent; aliis tamen maxi-
mum damnum afferrent: *Quid dabit tibi, obtrectator,
lingua tua fraudulenta? aut quid lucri tibi adjiciet?*
ita, scil. in bonam partem, verbum יסף dicitur etiam
Gen. XXX, 24. Pf. CXV, 14. Alii vero in malam par-
tem accipiunt, ut in jurisjurandi formula 1 Sam. III, 17.
XIV, 44. Ruth. I, 17. (quomodo et verbum יתן Levit.
XXIV, 19. 20. usurpatur), hoc sensu: quantum malorum,
quantum damnorum dare et inferre potest lingua dolosa
obtreccionibus atque calumniis suis! Alii haec verba
ex formula illa adjurandi (locc. proxime antea memo-
ratis): אלהים ירכה יוסף sic explicant: *quam
severe te puniet Deus, lingua dolosa!* Disparem tamen
esse utriusque locutionis rationem, manifestum est. Reti-
nenda omnino explicatio primo loco proposita, cujus sen-
tentiam etiam Chaldaeus expressit his verbis: *quid dabit*

tibi, o calumniator! aut quid adjiciet tibi, o obtrectator!
lingua dolosa?

4. Chaldaeus hunc Versum responſionem ad quaestio-
nem Vs. 3. simulque poenae divinae denunciationem exi-
stimavit, hincque צרן in Accusativo reddidit, hoc modo:
*Sagittas potentia acutas, veluti fulgura superne, cum
carbonibus genistarum, qui ardent in Gehenna inferne.*
Simplicius tamen est, hunc Versum sic accipere, ut per-
gat populus queri, et, quantum malorum sibi existat ab
istis calumniis, describat, comparando eas primo quidem
sagittis praeacutis, ab homine robusto et valente jacula-
tis, quorum idcirco plaga altius in corpus descendit;
tum vero carbonibus candentibus. Ita igitur verba he-
braea sunt transferenda: *Sagittae fortis acutae sunt ca-
lumniae! aequae ac carbones juniperorum s. genistarum.*
Particula בַּיִן significat h. l. *aeque ac*, ut Pf. CVI, 6.
Coh. II, 16. VII, 11. Nomine צרן aliqui *genistam* nota-
ri existimant (ut URSINUS in *Arboreto Bibl.* Cap. XXVII.
§. 7. CELSIUS *Hierobot.* P. I. p. 246. ALB. SCHUL-
TENSIS ad Job. XXX, 4. OEDMANN in den *Ver-
mischten Sammlungen, aus der Naturkunde*, Fasc. II. Cap.
VIII., et J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 2270.), quae,
referente Forskalio (cujus verba attulit Michaelis l. c.),
igni injecta fragore tonat, velut juniperus, quam notam
apprime convenire putant animo iracundo et immiti.
Sed quum צרן; *carbones*, poeta noster ad comparatio-
nem adhibeat, apparet, de fragore ligni ardentis non
posse cogitari. Quare retinendam censeo vulgo receptam
interpretationem: *aeque ac carbones juniperi*; de carbo-
nibus autem ligni hujus constat, quod nullam genus diu-
tius ignem teneat et conservet, et, quod consequens est,
urat diutius aut pertinacius. Hieronymus in libro
de Mansionibus ad Fabiolam, Mansioni XV. haec scribit:
„*cum carbonibus juniperorum: serunt lignum hoc ignem
multo tempore conservare, ita ut si prunae ejus cinere
fuerint opertae, usque ad annum perveniant.*“ Ita Ara-
bes

bes curas vivacissimas et indignationem vehementem comparant **גִּיסֵי אֶלְגָּזָא**, prunis Gadæ, cujus arboris lignum est valde durum, quod diutissime ignem servat, per quadraginta adeo dies; vid. Reiskium ad *Taraph.* p. 110., A. Schultens ad *Hariri Confess.* V, p. 175., et *Meidanii Proverb.* ex vers. H. A. Schultens, p. 253.

5. **וָאֵי אֵינִי לִי כִּי בָרַחְתִּי מִשֶּׁשׁ שְׂכַנְתִּי עִם-אֲהֲלֵי קֶדָר** *Vae mihi, quod commoror inter Mesech, et quod habito cum tentoriis Kedar.* Verbum **בָּרַח** h. l. non peregrinari significat, sed simpliciter commorari, ut Pf. V, 5. XV, 1. *Jes.* XI, 6., et respondet שְׂכַנְתִּי hemistichio altero. **בָּרַחְתִּי** pro **מִשֶּׁשׁ** ut Pf. V, 5. **יָנַח** pro **יָנַחְתִּי** ut Pf. V, 5. **עִמָּה**, vid. ibi not. Ita Zach. II, 11. *Vae tibi, Zion, habitans apud filiam Babel.* Verba, quae habitare, commemorari significant, construi cum Accusativo nominis ejus, quod locum, ubi quis commorari, aut homines, inter quos habitare dicitur, observavit G E S E N I U S *Lehrgeb.* p. 808. Cf. N O L D I I *Concordant. Particular.* I. v. עִמָּה, p. 740. et Not. 1943. **מִשֶּׁשׁ**, *Mesech*, nomen filii Japheti, Gen. X, 2. 1 Paral. I, 5., quo vix dubium est, quin *Moschi* sint intelligendi, inter Cappadociam, Colchos, Iberiam et Armeniam, ad Phasin fluvium, aut certe in ejus vicinia habitantes; cf. not. ad Genes. X, 2. Alii vero hoc nomen h. l. non ut proprium, sed ut appellativum accipiunt, quod longum et diu protractum tempus significet (a **מִשֶּׁשׁ**, traxit, protraxit, et, ad tempus translatum, distulit, prorogavit, ut Ezech. XII, 25. 28. Prov. XIII, 12. Nehem. IX, 30.), quemadmodum Hebraei dicunt **בְּמִשֶּׁשׁ** **שְׁנָיִם**, intra spatium decem annorum, et **בְּמִשֶּׁשׁ הַיָּמִין**, tractu temporis. Hinc nostra verba sic interpretantur: commoror longo tempore (ante **מִשֶּׁשׁ** praefixo subaudito). Ita Aquila: *προσηλύτῃσσι ἐν μακροσμῶ*, et, quamvis inverbis verbis, tamen in eundem sensum, Symmachus: *παροικῶν παρελκυσσα*, id est **בָּרַח מִשְׂכַּנְתִּי**, peregrinans protraxi, scil. tempus, pro

אֲשֶׁר מְרַחֵם Paullo aliter, licet eodem sensu, Alexandrinus: ἡ παρουσία μου ἐμακρύνθη, id est, אֲשֶׁר מְרַחֵם, *incolatus meus prolongatus est*, ut habet Vulgatus, quos sequuntur Syrus et Arabs. Solus ex veteribus Chaldaeus אֲשֶׁר h. l. pro populo accepit, recte, haud dubie, nam quum in altero hemistichio certae cujusdam nationis, *Kedarenorum*, fiat mentio, huic nomini, ut in priore hemistichio alius nationis nomen respondeat, parallelismi membrorum leges postulant. קֶדָר, *Kedar*, Ismaëlis filius, Genes. XXV, 13. 1 Paral. I, 29., cujus posterii non in civitatibus, sed sub tentoriis vagam et erroneam vitam ducebant, vid. Jes. XLII, 11. Jerem. III, 2. Ezech. XXVII, 21. *Mofchi* vero, et *Kedareni* h. l. non sunt intelligendi proprie, sed omnino gentes inhumanae et barbarae, quibus vates populi sui adversarios hucusque descriptos comparat propter ipsorum asperitatem ac saevitiam. Cf. DRUSII *Observat.* L. VI. Cap. XX. et *Proverb. Class.* II. L. III. C. 120. Ita et MICHAELIS in *Supplem.* p. 1569.: „duorum populorum, Moschorum et Cedarenorum, non ob viciniam eorum, sed quod maxime sunt barbari, nomina componuntur.“ Tilingius tamen (p. 71.) *Kedarenos* s. *Arabes* proprie intelligendos existimat, quod inter hostes reducis populi non tantam Arabum diserta fit mentio Nehem. IV, 1., verum et nominatim Geschemi cujusdam Arabis, qui gentis suae, ut videtur, antesignanus, una cum acerimis Judaeorum inimicis, Sanballato et Tobia, calumniis restorationi urbis sese opposuit, Nehem. II, 19. VI, 1. Et *Mofchos* etiam inter novos Samaritidis incolae, Judaeorum res affligentes, fuisse conjicit.

6. מְרַחֵם *Multum* (nomen adjectivum femininum forma regiminis adverbialiter positum, ut מְרַחֵם, *centies*, Cohele. VIII, 12.), i. e. diu nimis, ut Pf. LXV, 10. CXXXII, 4. CXXXIX, 1., et πολλά Marc. IX, 14. Marc. III, 12. — מְרַחֵם, *Sibi*, est quasi Dativus incommodi. s. patientis, ut Thren. I. 15. 17. III. 60.

7. Testatur populus, a se causam inimicitiarum non esse. אָנִי אִישׁ שְׁלוֹם pro אָנִי-שְׁלוֹם, *ego sum vir pacis*, i. e. pacis amantissimus; ut 1 Sam. XXV, 6. אַתָּה שְׁלוֹם, *tu sis pax*, s. *incolumitas*, i. e. prosper; ita et supra Ps. CIX, 4. in אָנִי הַפְּלֵה est nomen אִישׁ subaudiendum. וְכִי אֲדַבֵּר *Etiamsi loquor* scit. שְׁלוֹם, *pacem*, i. e. etiamsi semper auctor et suavor sim pacis, לְמַלְחָמָה *illi tamen ad bellum* scil. יֵצְאוּ, *prodeunt*, ut haec locutio integra habetur 1 Reg. XX, 18., s. בְּאֵימִים; ut Num. XXXI, 21. XXXII, 6. Illi tamen tantum bella volunt; solum hoc agunt, ut me perdant.

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Profitetur, se acquiescere in spe et fiducia protectionis divinæ, et se a Jova solo et coelitus expectare opem omnem suam.

Carmen militare esse hunc Psalmum, quo bene precatus sit copiis, quas cum ducibus suis ad bellum emisit, rex ipse domi manens, verisimile quibusdam visum, ob mentionem excubiarum, atque molestiarum a sole et luna (Vs. 6.), quae ad castra et commorationem in his sub dio pertinere existimant. Alii usurpatum fuisse Psalmum hunc volunt a sacerdotibus et Levitis, de cujus formula bene precarentur iter aliquod ingredientibus, aut peregre ituris quocunque, etiam extra expeditionem. Nos, ut Psalmos ceteros omnes, qui communem habent, titulum שיר המעלות, ad reditus ex Babylonico exilio tempora referimus; ita hunc quoque Psalmum non dubitamus iisdem illis temporibus assignare. Atque forsitan usurpatus fuit ipso sub egressu ex peregrinis terris. cum iam esset concessum ex-
ulibus,

ulibus, ut in patriam remigrarent, et nunc in eo essent, ut iter ingrederentur *).

1. חִיבְּמֵי רַיַּשׁ] Observat Kimchi, hic solum חִיבְּמֵי pro חִיבְּמֵי, sive *Lamed* pro *He* articuli, positum esse, ut 2 Reg. VII, 2. *Cujus manu אֱהִיָּה רֶגֶס* (pro אֱהִיָּה) *innitebatur*. Cf. STORRII *Observatt.* p. 289. et GESENI *Lehrgeb.* p. 681.

*) PILINGIUS in *Disquisit.* p. 80. 81. Psalmum confecto jam itinere, quum montana Judaeae, loca illa sancta, oculis denuo lustrari jam liceret decantatum conjicit. Nec multum discrepat Graecus quidam auctor, cujus verba AGELLIVS attulit (Eusebium illum putat): *Τὴν δευτέραν ὁδὴν ἄδει, προαπολυθεὶς μὲν τῆς αἰχμαλωσίας, ἐν ὁδῷ τε τῇ μακαρῆα (ἰσ. μακρᾶ) τῇ μεταξὺ Βαβυλωνος καὶ Ἱερουσαλήμ γενομενος, ὃς καὶ μέσος τῶν ὁρέων ἀπολειφθεὶς, εὐχεται βοήθειαν αὐτῷ γενέσθαι, οὐ καὶ ἐπακούσαν, τὸ προφητικὸν πνεῦμα ἀντιφθέγγεται: κύριος φυλάξει τὴν εἰσοδὸν σου, καὶ τὴν ἐξοδὸν σου.* *Secundum* carmen canit jam quidem e captivitate dimissus, sed adhuc in itinere illo felici (s. longiore) inter Babylonem ac Jerusalem positus; et in mediis montibus constitutus, optat sibi divinitus auxilium ferri, cujus vocibus exauditis responsum reddit propheticus spiritus: *Dominus custodiet introitum tuum et exitum tuum.* Post exilium Babylonicum carmen factum putat et J. G. LACKEMACHER, qui in *Observatt. Philolog.* P. IX. Observ. III. (in scripta: *de Numine Israelis tutelari Ps. CXXI.*) hunc Psalmum illustravit. Non improbanda prorsus, mihi quidem, Lackemacheri videtur conjectura, carmen hoc recitatum fuisse a choris, sive coetibus Levitarum duobus, quorum unus personam sustineret totius populi, alter huic per antiphonam quandam responderet, et priorem quidem chorum Versus cecinisse duos primos, alterum vero reliqua.

1. Verba *אַל-הַהָרִים אֶשָׂא עֵינַי* *Attollo oculos meos ad montes*, nonnulli sic interpretantur: sursum tollo oculos meos, ex alto enim, et desuper, -auxilium expecto; quasi dicatur idem, quod Pf. CXXIII, 1. *Ad te sustollo oculos meos, qui in coelo habitas*; ut sit *אַל-הַהָרִים montes versus*, nihil aliud, quam *sursum, in coelum*. Et sicut Pf. XVIII, 17. *e sublimi* (מְמוֹרִים) sibi porrectam manum canit David, quae opem ei afferret. Minus apte tamen *ad montes oculos attollere* pro eo quod est *ad coelum oculos attollere* dicitur. Alii *montes* de Zionio et Moria interpretantur (coll. Pf. LXXXVIII, 1. et CXXV, 2.), quasi dicat: respicio ad Zionium, ubi sedem habet Jova, et ubi et unde opem fert invocantibus (Pf. III, 5.), et convertebant se Judaei orantes templum versus, vid. 1 Reg. VIII, 33. 35. 38. 44. 48. Dan. VI, 11. Ita et Lackemacher (loco in not. ad Argum. cit.): „montes intelligit eos, quibus Hierosolymorum urbs, illum maxime, cum templum insidebat, Dei habitaculum; ad hunc vultum se convertere ait, dum auxilium petat.“ Quod vero addit Lackemacher, innuere vatem, idem sese quidem agere, quod gentes agant aliae, quibus ad montes respicere et concurrere solemne sit, auxilii impetrandi causa (quum persuasum esset gentibus plerisque, Deos in montibus plerumque versari); agere vero et animo rectiori, et effectu meliori; hoc, inquam, quaesitum videtur; neque porro quae adfert de templis ac delubris in montibus plerumque extructis, ad rem nostram faciunt, aut de hisce Psalmographus cogitasse quicquam verisimile (recte vero illa ad illustrandum locum Jerem. III, 23. assumi possunt). Nos quidem haud dubitamus cum Tillegio montes intelligere Palaestinae, Zion, Tabor, Carmel, ad quos reduces in ipso itinere constituti, summo cum desiderio oculos attollere dicuntur. Sensus igitur hic erit: euge! tandem adspicio laetissima haec patriae montana. Sunt, qui, Kimchio auctore, *לֵא* pro *לַע* positum existiment ut 1 Sam. XVII, 49. Ezech. XVIII, 6., q. d. *super mon-*
tibus

ibus constitutus circumspicio; nam qui a longinquo, inquit Kimchi, auxilium expectat, solet in montes ascendere, et huc et illuc oculos circumferre, num aliquid auxilii sese offerat. Simplicissimum tamen, et iis, quae sequuntur, accommodatissimum, montes, ut diximus, intelligere Palaestinae, qui termini futuri erant molesti itineris. Verba מֵאֵין זְבוּן עֲרִירָה, plerique sic reddunt: *undenam veniet auxilium meum?* ad quam quaestionem respondeatur statim Vs. seq. Qui Kimchicam sententiam sequuntur, faciunt haec sic: an alicunde aliquid auxilii veniat aut appareat? atque ita ἐναντιωματικῶς Vers. 2. interpretantur, ut sit: at a Deo creatore coeli et terrae venit omne auxilium mihi, quasi dicat; quid respicio, aut circumspicio humana praesidia? Sed malim cum Tillingio haec sic capere, ut vates admirabundus requirat auctorem hujus eventus, cujus auxilio tantum beneficium, in cujus spem ingredi vix ausa erat dissidentia ὀλιγοπιστῶν, sit assequutus: *unde venit auxilium meum?* h. e. quis est iste, cujus auxilio patriam mihi videre contigit? Ad quod sibi ipse respondet Vs. 2. Possint tamen verba מֵאֵין זְבוּן עֲרִירָה iis, quae praecedunt, ita jungi, ut unam continuam sententiam faciant hanc: *ad montes istos attollo oculos meos unde venit mihi auxilium*, quomodo et Lutherus hunc Versum reddidit (*Ich hebe meine Augen auf zu den Bergen, von welchen mir Hülfe kommt*). Neque enim, ut recte Clarisse monet, opus est, ut particulam מֵאֵין interrogative accipiamus, quum ex loco Jos. II, 4. (הַהֵין מֵאֵין הַר עֲרִירָה לֹא יָדָעִים וְנִשְׁכַּחֵם *ignoro unde venerint*) pateat, posse eam relative accipi. Tunc a montibus Palaestinae auxilium sibi venturam dicet vates, quod inter illos est Zion, in quo Jova, tanquam rex, sedem suam habet, et unde auxilium suis mittit.

3. Quae sequuntur, sacerdotum forsan chorus recitavit, vid. not. ad Argum. Neque tamen repugnabimus, si unius haec esse et ejusdem recitatoris omnia malit aliquis, κατ' ἐναλλανθῶν personae. ut verinde hoc sit ac si ipse reci-

recitator se confirmaret, atque haec personae mutatio suscepta sit, ut fiat bene precantis confirmatio, quae suggeratur ab altero, quod est ἐμΦατινώτερον. אל-ימן *Nec dabit*, i. e. sinet, permittet, ut Pf. XVI, 10. LV, 23. CXVIII, 18; לֹא vero h. l. non est *prohibitive*, sed simpliciter *negative* accipiendum, ut Pf. V, 3. Proverb. XII, 28. XXVIII, 17. הָיָה לְךָ נֹטָה *Nutare* (alii, quibus נֹטָה est nomen formae נָטָה, נָטָה, reddunt *in nutationem*) *pedem tuum*, i. e. sustentabit te, confirmando animum et corpus tuum, ut superes adversa omnia; nam qui casum et lapsum avertit, is sustentat nimirum eum, qui consistit, ut possit consistere. Cf. eandem formulam Deut. XXXII, 35. Pf. XVII, 5. XXXIII, 17. LV, 23. אל-יננום שִׁמְרָה *Non enim dormitat qui custodit te*, ergo continenter te sustentabit.

4. Verba לֹא-יננום וְלֹא יִישָׁן, *non dormitat, nec dormit*, aliqui mutato ordine poni dicunt, quum simpliciter sic esset: neque dormit, neque dormitat. Alii αὐξητικῶς hoc dici volunt, ut sit, non dormitat, multo minus dormit. Lackemacherus his verbis respici existimat ad gentium barbararum stultam opinionem, qua Deos suos *somnum* interdum *capere* sibi persuaderent, vid. 1 Reg. XVIII, 27., coll. *Iliad.* I. 606. CLARISSE imaginem desumptam putat ab itineratorum catervis (*Karavanen*), quae antequam se quieti tradant custodes disponere solent, ut ab Arabibus latrocinantibus ferisque se tueantur.

5. Verba אֶל-יְמִינִי עַל-יָדְךָ *non esse conjungenda*, quasi esset: *umbra tua super manum tuam dexteram* (quomodo Lackemacherus voluit, qui figuram petitam existimat ab umbella, quam, ut fieri solet in regionibus calidioribus, manu quis tenet dextera, ut a radiis solis corpus suum defendat), sed dirimenda potius, ut sit: *Deus umbra*: i. e. *protectio tua* (ut Num. XIV, 9. Pf. XCI, 1), *ad manum dexteram tuam*, id est, *s. aderit*, i. e. praesto tibi, paratus ad te juvandum, si opus sit, cf. Pf. XVI, 8. CIX, 32., jam monuit D R U S I U S *Observatt.*

L. I. Cap. VIII. Neque igitur cum J. D. Michaelis cogitandum videtur de refrigerio, quod umbra praebet a parte meridionali, quae h. l. *dexteri lateris* nomine indigitetur, ut Ps. LXXXIX, 13., ubi tamen יָמִין simpliciter.

6. יוֹמָם הַשֶּׁמֶשׁ לֹא-יַכְכָּה וַיָּרָח בַּלַּיְלָהּ *Interdium sol non laedet te, et luna noctu scil. non laedet te, ut enim solis aestus gravis in aprico, ita lunae lux noxia creditur sub hac dormientibus, in terris illis calidis, vid. e. c. ANPERSSENS Oriental. Reisebeschreib. herausgegeben von Ad. Olearius (Hamburg, 1696. fol.) p. 8. Cf. das a. u. n. Morgenl. T. IV. No. 869. p. 108. Vulgo percussionem lunae de frigore accipiendum existimant nocturno, quod praesertim post noctem mediam, orientis in regionibus, grave et molestum est, unde Jacobus interdium aestu, noctu vero frigore absutum se fuisse queritur Genes. XXXI, 39.; et Jerem. XXXVI, 30. קָרָח בַּלַּיְלָהּ, frigus nocturnum, conjungit cum aestu diurno. Frigus vero nocturnum lunae tributum existimant, quod, uti a sole aestus proficiscitur diurnus, ita luna (quod sidus nocti praeesse dicitur Genes. I, 16.) pro fonte et effectrice frigoris nocturni habita fuerit. Lackemacherus, Michaelis, alii ex opinione veterum illustrandum putant, qui lunae vim quandam pestiferam ad morbos corporis excitandos tribuerint, unde lunatici dicantur. Sed multo minus Knappii videtur sententia probanda, quam et Dathius sequutus est, lunam ferire i. e. nocere dici, cum vel luce maligniore vel splendore nimio aciemque oculorum praestringente rebus et locis fallacem speciem praebet, ita ut viatores in devia vel paludes aberrerent. Novam loci nostri explicandi rationem, eamque duplicem, proposuit GURLITT in *Animadverss. ad Auctt. vet.* (in *Sylloge Commentatt. Theolog.* a D. J. POTT edita, Vol. I, p. 337.). „Quarum prior est, si quaeratur: quomodo luna laedere et nocere possit, inprimis peregrinantium catervae, quae sibi, in illis praesertim regionibus, multa mala ab inopino latronum impetu timeret? Nempe, lucem plane*

plane condendo suam. Hinc sensus oritur hic: luna noctu non premet lumen suum, te illo recreabit usque viamque tuam illustrabit. Altera ratio est, ut verbum excidisse statuamus, quod notionem *illustrandi, exhilarandi, lucendi*, contineret, sive sit *וְאֶרְרָךְ*, sive *וְשִׂמְחָךְ*, sive *וְרִחָךְ*, sive aliud quid. Atque hæc quidem ratio, quum orationis concinnitatem quoque adjuvet, mihi videtur probabilior. Haec Gürlitt. Judicent lectores, explicationum recensitarum quaenam simplicitatis laudem prae ceteris mereatur.

8. *וְאֶרְרָךְ וְשִׂמְחָךְ* *Egressum et introitum tuum*, i. e. in tota vita, et omnibus actionibus, ubicunque versaberis, vid. Deut. XXVIII, 6. XXXI, 2. 2 Sam. III, 25. 1 Reg. III, 7.; sicut in vernaculo dicimus, aliquem egredi et ingredi eo in loco, in quo versatur et vitam degit, quomodo 1 Sam. XXIX, 6. dicit Achis Davidi, *bonus, in conspectu meo, et exitus tuus et introitus tuus mecum est in castris, et non inveni in te quicquam mali*, i. e. inculpate te gessisti apud me in rebus omnibus et tota vita tua. Neque de reditu in domum, confecto bello, neque de egressu e Babylonicis terris, et introitu in Palaestinam h. l. cogitandum esse, docet *וְעַד-עוֹלָם* quod sequitur.

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Studium maximum piorum hominum indicatur, Hierosolymam adeundi, quae urbs ab aedificiis, ab hominum frequentia, a religione, a tribunalibus laudatur, optanturque ei fausta et prospera omnia.

Quodsi vere Davidis, aut ejus temporis sit hic Psalmus, ut titulus monet¹⁾; in laetitia consecrati jam Zionii, vel adducta etiam eo arca, vel potius primo conventui, ex tribus solennibus, in Zionio novo, post arcam introductam, et declaratam urbem Hierosolymitanam caput regni et religionis (2 Sam. VI. 1 Chron. XV.), conditus fuerit. Nec repugnat huic sententiae, quod Versu 6. בְּמִן דָּוִד, *gentis Davidicae*, mentio fit, neque Davidis ipsius; nam potuit illud בְּמִן דָּוִד infertum esse ab eo, qui vetustum carmen laetitiae revertentium ex Babylone accommodaret

1) Alexandrinae tamen interpretationi nullum auctoris nomen est praescriptum.

ret²). Certe carmen, ut nunc legitur, nemo dubitabit esse ita comparatum, ut Judaeis de templo et urbe jamjam restitutis sibi gratulantibus optime congruat³).

1. Verba וְיִדְבַרְתֶּם aliqui reddunt: *propter illos, qui dicunt mihi, quomodo* ב *post verbum* קָמַץ *nomini praefixum, objectum; ut loquantur, sive materiam laetitiae indicat, ut* 1 Sam. II, 1. Joel. II, 23. Pf. XXXII, 11. Ita Alexandrinus: *εὐφράνθη ἐπὶ τοῖς εἰρημῶσι μοι.* Alii: *inter*

2) Quod ipsum et Pf. CXXIV. CXXVif. CXXXf. CXXXII. et CXXXIII., quibus itidem vel Davidis, vel Salomonis nomina sunt praescripta, esse factum, observat Tiling p. 87.

3) Graecus ille auctor, Agellio ad praecedent. Psalmum citatus (vid. ejus Argum. not.), de hoc Psalmo haec notavit: *Οὕτω μὲν οὖν ὁ ρκ. ψάλλμος. ὅσῃν δὲ ἔχει τὴν διαφορὰν ὁ ρκἀ. πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ, ἐγγύθεν συνιδεῖν ραδίον. λέγει γὰρ τοῦτον ὡσαυτεῖ νέων μὲν εἰσελθόντων εἰς Βαβυλῶνα τῶν Ἰσραηλίτων γενηροκότων δὲ ἐκεῖ, καὶ ὡς Φήμης αὐτοῖς γενομένης, οτι δὴ μέλλουσιν τὰ Ἱεροσόλυμα καταλαμβάνειν τὸν οἶκον τὸν ἅγιον ἀπολαμβάνειν. Φησὶ γοῦν οὕτως, εὐφράνθη, καὶ τὰ λοιπὰ. Sic quidem CXX. Psalmus [ex Graecorum numerandi ratione] habet, quantum vero CXXI. a superiore differat, in promptu est videre. Sic namque hunc canit, ac si Israelitae, adolescentes Babylonem ingressi, ibi consenuerint, et fama apud eos feratur, fore, ut Hierosolyma perveniant, et sacrae aedes incipiant; sic itaque dicit: laetatus sum de his, quae dicta mihi sunt, in domum Domini ibimus. Nec multum diversa Theodreti est sententia, duos superiores Psalmos a moerentibus adhuc dictos, fuisse, tunc jam nuntio felici reditus accepto, cum iter illud optatissimum arripissent; laetos atque alacres vicissim dicere. Syriacae interpretationis inscriptio haec est: *quum praecepit Cyrus, ut redirent exsules.**

inter dicentes mihi, sive: una cum dicentibus mihi. Sed recte haud dubie Syrus: $\text{בְּיָמַי אֲנִי אֶלְדָּרְבָּרְךָ}$, *laetatus sum, quum dicerent mihi*, et Graecus quidam interpres, cujus nomen ignotum: $\text{ἐὺφραγέντην εἰπόντων μοι}$. Ita Mal. I, 12. בְּאִמְרֵיכֶם , *dum dicitis*. Hoc tamen loco Participium pro Infinitivo positum.

2. Quum futurum בְּלֵךְ proxime praecesserit, praeteritum עָמְרוּהָ הָיָה itidem pro futuro accipere congruens quibusdam visum, ut saepe alias, ubi futuro subjungitur praeteritum, veluti Job. XIX, 27. *Quem ego אֶחֱוֶה videbo, וְעֵינַי רְאוּ, et oculi mei adspicient*; vid. et Job. V, 19. 20. XVII, 34. Jes. VIII, 8. Cf. STORRII *Observatt. p. 162*. Ita hujus Versus sensus erit hic: in tuis portis Hierosolyma, erit statio nostra. Sed praestat, hunc Versum in Praesenti interpretari, ut sint voces adventantium, hoc modo: jam subsistimus intra portas tuas, Hierosolyma! Quodsi verba עָמְרוּהָ הָיָה in Praeterito accipias, tolerabilem sensum vix elicies. Audi Aben-Esram, et judica ipse; sic enim ille: „meminimus, eos olim subsistisse in portis tuis, Hierosolyma, vel spectaculo pulchritudinis portarum atque murorum detenti, vel frequentissimi populi partim exeuntis partim ingredientis multitudine impediti.“ Nec magis ferendus Kimchi: „qui ex ascendentibus primi Hierosolymam veniebant, subsequentes sub portis expectabant.“

3. Sequuntur jam laudes Hierosolymitanae urbis, et prima quidem eo celebratur, quod non jam instar vici domunculis hinc inde dispersis, sed connexis et cohaerentibus aedificiis constet, adeoque amplae urbis formam omnino habeat: qui quidem simplicissimus videtur sensus horum verborum: $\text{יְרוּשָׁלַיִם הַבְּנוּיָה כְּעִיר שְׁחִבְרָה-לָּהּ יוֹחֵדוּ}$, *Hierosolyma aedificata est ut civitas, quae conjuncta sibi est una*, id est, quae perpetuis aedibus tota sibi veluti est conjuncta ac cohaerens. Ita Chrylſostomus, cujus verba

ba allata ab Agellio: τὸ συγκεκροτημένον αὐτῆς λέγει τῶν οἰκοδομῶν, καὶ τὸ ἀσφαλές, καὶ τὸ πεπυκνωμένον, καὶ ὅτι οὐδὲν ἔρημον εἶχε κατὰ τὸ μέσον, ἀλλὰ πάντοθεν ἦν πεπυκνωμένη, ἀπηρτισμένη, συγκεκροτημένη, συνεχῆς τις οὐσα, καὶ συνημμένη. *Cohaerentia sibi illius urbis aedificia dicit, ejusque tum firmitatem, tum frequentiam, et quod nihil in medio desertum ab aedificiis erat, sed undique spissa et perfecta et constructa, continentibusque fabricis conjuncta.* 3 ante רַר h. l. redundat, ut alias saepe, veluti Num. XI, 1. 1 Sam. X. 27. Cf. NOLDII *Concordant.* p. 357. not. 25. et not. 1314. Verba יְרֵחַ לְהַחֲבִירָהּ Syrus ita reddidit: sicut civitas יְרֵחַ לְהַחֲבִירָהּ, quam ambit murus. Symmachus: συνάφειαν ἔχουσα ὁμοῦ. Alexandrinus: ἧς ἡ μετοχή αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, et Vulgatus: *cujus participatio ejus, in id ipsum.* Cappellus in *Crit. S.* p. 227. illum להַחֲבִירָהּ legisse censeat, a חָבַר, *participatio, confociatio.* Agellius vero Vulgati interpretis sensum ita explicat: „laudat urbem Jerusalem ex frequentia maxima populi, quod, cum eo ter in anno universa gens conveniret, videretur metropoli persimilis, ad quam undique ex oppidis castellisque et circumjacentibus regionibus, fiat concursus, et, ut ipse dicit, *participatio et associatio.*“ Quae hausta sunt ex his Aben-Esrae: *Jerusalem in tribus festis assimilabatur civitati seu metropoli,* כְּהַחֲבִירָהּ אֵלֶיהָ כֻּלָּהּ, *ad quam congregant se undique universae ejusdem filiae tempore periculoso.* Asyraldus illud יְרֵחַ לְהַחֲבִירָהּ eo refert, quod urbs Hierosolymitana ex quibus oppidis in unam civitatem coaluerit: „aliquandiu enim urbs ipsa Hierosolyma divisa fuit ab arce, quam Jebusaei obtinebant, at tandem ipsa etiam arx venit in potestatem Judaeorum, 2 Sam. V, 6. seqq.“ Nos in eo, quod supra primo loco dedimus, acquiescendum putamus.


4. אֲשֶׁר יְרֵחַ *Illuc,* tanquam ad domicilium religionis et locum, quem sibi Jova elegit Exod. XX, 21. אֲשֶׁר יְרֵחַ *Ascendunt,*


dunt, ter quotannis in solennibus festis proficiscuntur, Exod. XXIII, 15 — 17. XXXIV, 23. Deut. XVI, 16. *Ascendere* vero dicuntur Hierosolymam proficiscentes utpote in regionem ceteris situ altiore, cf. Luc. II, 41. XVIII, 31. שבתי ירה, *Tribus Jovae*, vocantur tribus Israeliticae ob foedus istud peculiare quod Jova cum hac gente sanciverat, quam etiam suo sibi servaverat regimini, cf. Deut. XXXII, 9. Pf. LXXIV, 2. Jef. LXIII, 17. Verba לישׁרת ליהוה vulgo sic interpretantur: *secundum statutum Israelii datum*, subaudito ante ירה *Caph*, ut Pf. LXVIII, 14., atque nomine significatione *statuti* accepto, ut Pf. XXV, 10. (ubi not. vid.), Deut. IV, 45. VI, 20. Mihi simplicius videtur, ירה usitati *testimonii* significatione accipere, ut haec sit sententia: cum pergunt tribus Israeliticae Hierosolymam ad celebrandum Jovam, id ipsum eis pro testimonio est, se esse populum Jovae peculiarem; hoc signo indicatur, ad Jovam illos pertinere, illius servitutem et cultum suscepisse.

5. Tertia laus Hierosolymitanae urbis, quod ea civitas esset, in qua iudicandi potestas resideret, ac majestatis regiae sedes collocatae essent. שמה *Ibidem*, Hierosolymis, ut Chaldaeus addidit; ה paragogicum hic non significat terminum ad quem, sed redundat, ut Jerem. XVIII, 2. Pf. LXXVI, 4. Pro ישבו, *sedent*, Chaldaeus recte מהחביר, *collocatae sunt* posuit. בסאה למשפט *Sedes ad iudicandum*, iudicia exercenda; *iudiciorum* autem mentione regnum significatur, quum haec sit pars regni, et politiae omnis, praecipua.

6. שאלו שלום ירושלים *Rogate pacem Hierosolymorum*, agite, precamini pro salute et prosperitate hujus urbis. Quae sequuntur: ישליו אהבירך *benefit eis, qui te diligunt*, non existimo esse formulam votorum, ad quae concipienda verba proxima hortabantur, sed ita potius capienda, ut hoc praemii loco optet bene precantibus,

ut ipsis propter hanc pietatem bene sit; contra autem Pf. CXXIX, 5. malum precatur, vel execratur potius omnes, qui oderunt Zionem.

7. Bene sit ei foris et intus: id enim utrumque significatur nominibus אֲחִיבָּהּ, in *antemurali tuo*, ut opus non sit praesidio aut exercitu ad moenia tua ab insultibus hostium tutanda; atque אֲחִיבֹתֶיךָ, in *palatiis tuis*, synecdochice pro tota urbe, ut Pf. XLVIII, 4. De אֲחִיבָּהּ vid. not. ad Pf. XLVIII, 14. Alexandrinus h. l. ἐν τῇ δυνάμει σου, Vulgatus in *virtute tua*, et Syrus , in *robore tuo*, reddidit, quod nomen hebraeum omnis generis vim, robur et virtutem denotat, e. c. Deut. XXXIII, 11. Pf. CX, 3. Melius, apertius certe, Aquila, ἐν προτειχισματί σου, et Symmachus, ἐν περιβόλῳ σου, in *muro circumducto*, vel, ut alii codd. habent, ἐν προβόλῳ, in *aggere moenibus circumposito*, sive humiliore muro, sublimioribus praefecto, unde milites propugnare solent. אֲחִיבֹתֶיךָ Alexandrinus ἐν ταῖς πύργοις σου, Vulgatus in *turribus tuis* interpretati sunt; fortasse turrita intellexerunt palatia; nisi forte mentione *moenium* facta opinati fuerint, *turrium* quoque, moenibus contiguarum rationem haberi debuisse.

8. Tuorum civium causa, quos ego in fratrum et proximorum loco habeo, precor nunc, ac precabor tibi deinceps omnia fausta et prospera. אֲנִי אֶשְׁמַח בְּפָקֶדְךָ לֵבְךָ לֵבְךָ לֵבְךָ
Loquar i. e. precabor *pacem in te, de te*, ut Pf. LXXXVII, 3., quomodo et h. l. Alexandrinus et Vulgatus. Syrus  pro te. Alii אֲנִי ita accipiunt: (pacem) *intra te*, existituram, ut pax sit intra moenia tua. Alii: *dicam. pax in te!* Particula אֲנִי prorsus redundat, ut Pf. CXVI, 14. Ceterum diversae phrasae sunt Gen. XXXVII, 4. de fratribus Josephi, odio eum habentibus: non poterant אֲנִי אֶשְׁמַח לְבָבְךָ *alloqui eum*

eum pacifice, et Esth. X, 3. de Mardocheo: *quaerebat bonum populo suo*, וְיִבְרַח שְׁלֹמֹם לְכָל-וְרֵעֵו, *et loquutus est pacem omni semini ejusdem*, i. e. consuluit saluti et prosperitati ejusdem.

9. וְיִבְרַח שְׁלֹמֹם לְךָ, *Quaeram bonum tibi*, i. e. bene cupio tibi et facere studeo, ut Dent. XXIII, 6. Efr. IX, 12. Alii vero simpliciter: *bene precor tibi*, ut sit εὖ-εἰρηνησῆς coli ultimi in Versu praeced., quomodo eadem phrasis capienda Jerem. XXIX, 7. XXXVIII, 4.

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Oppressi et vexati injuriis et exagitationibus profanorum hominum adversus hos irrisores et contemptores suos auxilium Dei implorant his precibus, et hoc se subjectissime et cupidissime expectare ostendunt.

Referunt Psalmum alii ad captos adhuc et exulantes Babylone, alii ad populum Antiochica tyrannide vexatum ¹⁾. Nos adstipulamur Tilingio, hoc carmen (ut CXX.) referenti ad illud tempus, quo populo, e Babylone recenti, injuriae et contumeliae Samaritanorum tolerandae essent ²⁾.

1. Quia

1) Ex his RUDINGERUS, qui, *facio*, inquit, *hunc etiam Macchabaicum ἀπιστόν*. Quae autem non ludibria tantum, sed quae mala perpessi fuerint Judaei a Syris et Apostatis, historia illa narrat. Interpretor autem querelas hujus Psalmi magis de Apostatis, quam Syris. Nam hi vim, illi et vim, et insectationes et sarcasmos usurparunt adversus fratres suos, qui solent quam ceterae calamitates graviores esse.

2) In *Disquisit.* p. 93. „Non opus est, singularem hujus querelae occasionem in historia hujus temporis quaerere.

1. Quia non aliunde mihi adfore auxilium spero, ideo ad te sustollo oculos meos, והישגי בשמיים, qui habitas in coelis; praeifixum ה h. l. vel est *emphaticum*, certum unicumque designans regem summum, ut Judic. VI, 15. 1 Sam. IX, 21., vel est *relativum*, ut Jerem. XXVII, 3. 1 Sam. XXV, 10. Cf. SCHROEDERI *Syntax. Particular. Reg. CXCVII. Jod est paragogicum*, ut Pf. CXIII, 5. 6. CXIV, 8.

2. Dissentiunt, quorsum pertineat similitudo *servorum et ancillarum ad manus heri et herarum oculos sustollentium*. Aliqui, Kimchio patre, auctore, sensum enarrant hoc modo: quemadmodum servi, quum ab heris vapulant, ad quem respiciant, habent neminem, nisi eosdem illos, a quibus vapulant, si quo illos pacto ad misericordiam commovere possint, et exorare, culpam deprecando; ut a se abstineant manum, ita nos, ad quem convertamus oculos, prorsus habemus neminem, nisi Deum. Alii sic explicant; sicut servi vel ancillae, cum ab aliis violantur, quia ab eorum injuria se tueri non possunt, nihil illis reliquum est, nisi ut ad dominos herasque oculos convertant, et ab illis se ulcisci, et ab injuria defendi flagitent; non secus nobis faciendum est, ut cum a potentioribus premimur, ad Dei nostri opem et praesidium confugimus. Quod tamen, etiam propter *herarum* mentionem, minus videtur consentaneum. Itaque alii de victu et alimonia interpretantur, quam servi
ab

rere. Numquam inviti Samaritae cessarunt causas istiusmodi querelarum Judaeis subministrare. Praecipue vero ad fastum, et contumelias, atque sarcasticas irrisiones respicitur, quibus principes eorum, Tobias, Ammonita, et Sanballatus, Judaeos indignissime obruerunt. Vid. Nehem. IV. et VI. Syriaca hujus Psalmi interpretatio inscribitur: *dicitur ex persona Sorobabel, principis exsulum; estque oratio supplicationis.*

ab heris cupide expectent, hac sententia: quemadmodum servi et ancillae manus dominorum dominarumque propterea intentis oculis respiciunt, quod victum, cum indigent, ab illis accipiunt; ita nos ad manus illas, liberalissimas Domini respicimus; donec misereatur nostri. Cui explicationi tamen recte GURLITT (*Sylloge Commentatt. Theologicæ*. Vol. I. p. 340.) opposuit, queri poetam de injuriosorum et superbiorum hostium cavillatione, e quorum manibus ut mox elabi ipsum Deus jubeat, enixe precatur. „Itaque quaerenda potius erit comparationis vis in summo desiderio, et cupiditate, ut tandem aliquando conviciis et insolentiae hostium eripietur. Quidni igitur servos cogitemus et ancillas male mulcatas et fustibus coercitas, quae cupide expectent digitum heri heraeve castigandi finem facientem. Memini certe, me alicubi in itinere orientali legere, istum morem hodieque in Orientis regionibus obtinere.“ Quae quidem interpretatio reliquis omnibus praeferranda videtur. CLARISSE p. 83. cum Geiero, Pricaeo, aliis hunc locum illustrant e more, quo in Oriente servi ministrantes adsunt dominorum nutus attente observantes, uti Chardinus narrat, se apud Persarum regem eunuchos vidisse, qui marmorarum statuarum instar, manibus medio super corpore complicatis, oculis in regem fixis, ejus jussa expectantes adstitissent. Vid. HARMERI *Observatt. (Beobachtung- gen über den Orient)* P. III. p. 199. transl. theod., et No. 870. p. 109. Cf. *das a. u. n. Morgenl.* P. IV. Nescio tamen, num similitudo ab illo more mutuata, huic loco, quo servi et ancillae ab heris opem, non jussa, expectantes sistuntur, satis sit apta.

3. אֲבֵן אֶסְרָא et Kimchi אֲבֵן אֶסְרָא, *diu*, interpretantur. Sed videtur idem significare, quod femininum אֲבֵן, *nimum*, Vs. 4., coll. Numer. XVI, 3. 7. 1 Reg. XII, 28. Proverb. XXVI, 10. שָׂבַעְנוּ בֵּינֵינוּ *Saturati sumus contumelia*, tam multa ludibria devorare cogimur, ut toti quasi reserti his viveamur; metaphora a stomacho ad nau-
eam

seam usque oppleto, ut Pf. LXXXVIII, 4. Job. IX, 18. Thren. III, 15. Syrus: *quia multitudinem contentus* אָפּפּלעט *audivimus*; Hebraea praelegentis verba auribus non satis recte percepit, et pro שָׂמַעְנָה intellexit שָׂמַעְנָה.

4. שָׂבְעָה-לָּהּ נַפְשָׁנוּ *Satiata est sibi anima nostra*, i. e. satiati sumus, illud לָּהּ, *sibi*, redundat, ut Pf. CXX, 6. et alias. Cf. STORRII *Observatt.* p. 449. Obrutos igitur se queruntur esse הַשְׂמַנְנִים הַלְעֵב *subsannatione*, insultationibus *fastuosorum*. שָׂמַן, vel, ut Syri efferunt, שָׂן, שָׂן, valet *tranquillum esse*, unde in Paël apud Syros est *tranquillum efficere*. A tranquillitatis notione profecta est significatio *securitatis* ab hoste (Jes. XXXIII, 20. XXXII, 18.), etiam *securitatis*, quae in vitio est, *imprudens* (Jes. XXXII, 9. 11. Am. VI, 1.), aut *insolentis* (Jes. XXXVII, 29. Pf. CXXIII, 4.). Idem tropus obtinet in verbo שָׂן, שָׂן, Hebr. שָׂן, vid. SCHULTENSII *Orig. Hebr.* L. I. P. II. Cap. IV. §. XIV. XXII. p. 222. 226. STORRII *Observatt.* p. 179. not. Ceterum in dictione הַשְׂמַנְנִים הַלְעֵב Aben-Esra et Kimchi judicant desiderari alterum לְעֵב absque ה articuli, quippe quod nominibus in statu constructo positus alias non solet praemitti, ut igitur plene sic dicendum fuisset: *saturati sumus* הַשְׂמַנְנִים הַלְעֵב לְעֵב *subsannatione*, *subsannatione* inquam *fastuosorum*, coll. similibus exemplis Jerem. XXXII, 12. Jos. III, 14. Pf. CXX, 2. Alii post נַפְשָׁנוּ distinguunt, hoc sensu: *multum profecto saturata est anima nostra* scil. opprobriò (בְּוִי Vs. 3.); *haec ipsa autem insultatio est fastuosorum*, *hic ipse contemtus est superborum*, i. e. ab his proficiscitur, iis tanquam proprium est, insolenter nobis insultare; quippe sic enunciari solent ea, quae alicui sunt propria, praefixo ל, quale hic ante נַפְשָׁנוּ. Cf. STORRII *Observatt.* p. 290. sequ. Hoc modo distinxit quoque Alexandrinus, sed ita, ut posteriorem verficuli partem mala imprecantis vota esse putet;

tet; sic enim hebraea reddidit: ἐπὶ πλείον ἐπλήσθη ἡ ψυχή ἡμῶν τὸ ὄνειδος τοῖς εὐθηνούσι, καὶ ἡ ἐξουδένωσις τοῖς ὑπερηφάνοις. Et Vulgatus: quia multum repleta est anima nostra; opprobrium abundantibus, et despectio superbis. Quae Chrysostomus, Agellio citatus, ita exposuit: μεταστᾶτε ταῦτά εἰς ἐκείνους, καὶ τῶν αὐτῶν ἀπολαύσαιεν, ὧν ἐποίησαν. Transeant haec in ipsos, et eadem ferant, quae fecerunt. Theodoretus vero: ἀντίστροφόν φησι τὰ πράγματα, ὡ δέσποτα, καὶ τοῖς ἀλαζωνευομένοις δι' ἣν νῦν παράκειται εὐκληρίαν, τὰς ἡμετέρας ἐπάγαγε συμφοράς. *Converte, inquit, verum statum, o Domine, et his, qui praesenti felicitate animos tollunt, nostras calamitates infer.* Symmachus magis apposite ad sensum Hebraeorum: πολλῶν ἐχορτάσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἐπιλαλοῦντων τῶν εὐθηνούντων, καὶ ἐξευτελιζόντων τῶν ὑπερηφάνων. Syrus: *multitudine satiata est anima nostra, derisione irridentium, et despectu superbiorum.* אֲנִינִים esse *fastuosos*, a אָנָא, *fastus*, nemo facile in dubium vocaverit, quamvis ea ipsa forma alias non reperiatur. Recte vero monuit Kimchi, a verbo אָנָא, *superbivit*, unde אָנָא, '*superbus*, ה' mutato in י addendo ון fieri אֲנִינִים, et in plurali אֲנִינִים, quomodo ex הָלַע fit הָלַע, *excelsus*, et in plurali אֲנִינִים. In margine jubemur divisim legere אֲנִינִים אָנָא, quae vocabula Jarchi אֲנִינִים אָנָא efferenda censet, et totum locum ita explicat: אֲנִינִים אָנָא - אֲנִינִים אָנָא, *qui contemnuunt vallem columbarum*, id est, inquit, *Jerusalem*. Ridicule. Melius multo et convenientius Kimchi lectionem marginalem אֲנִינִים אָנָא efferendam docet; אָנָא vero exponit *superbos*, nimirum a אָנָא, in plurali constructo אָנָא, vocem autem אֲנִינִים derivat a אָנָא, *opprimere*, ut fit Benoni Cal, *opprimentes*, cf. Zeph. III, 1. Levit. XXV, 17. Ezech. XLV, 8. Igitur lectionem marginalem si sequaris, sensus erit hic: saturati, obruti sumus insectationibus hominum insolenter opprimentium.

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Populus, superato magno periculō, agnoscit divinitus se liberatum; et propterea gratias canit Deo liberatori.

Judaeos post regressum de Babylone, cum in eos finitimae gentes infesto impetu incurrisent, Dei ope liberatos hoc carmine usos fuisse probabilis est complurium interpretum conjectura¹⁾. Vetus autem aliquod Davidicum carmen illi usui aptatum esse, credibile facit Psalmi inscriptio. Quo vero tempore a Davide conditum sit

1) „Licet magnitudo imminentium periculorum, et angustiae populum Israeliticum prementes, quibus enim liberatum esse praedicat poeta, statum populi sub ipsō exilio et reductionem in avitas sedes aptissima accommodatione pingant; inde tamen non negatur, usum hujus odae fuisse post depulsum illud periculum haud sane leve, de quo legitur Nehem. IV, 7 — 15., scilicet postquam irritum reddiderat divina providentia atrox Samaritanorum, et Judaeis tam perniciosum consilium, conjunctis viribus ex improvise adoriendi intentos reficiendis moenibus, eosque antequam animadverterent opprimendi.“ TILING in *Disquisit. de Canticis Ascensionum*. p. 97. seq.

fit carmen, nemo nunc facile conjectura assequi poterit. Videntur enim quae propius spectarent illud tempus, cui primum destinatus erat Psalmus, minus vero idonea aliis temporibus essent, resecata esse ab eo, qui carmen reversis ex Babylone accommodaret²).

1. Imperfecta est hujus versiculi et sequentis oratio, et pendet ex iis, quae sequuntur. לְיָדֵי יְהוָה שְׁהִיָּה לָנוּ *Nisi Jova scil. is esset, aut fuisset, qui fuit nobiscum, absorpsissent nos vivos* (Vs. 3.). Praefixum וְ ante הִיָּה arguit ellipsin verbi antea subaudiendi. Cf. similem locum Pf. XCIV, 17. Porro verbum הִיָּה cum sequente לְ est *alicui adesse, stare a partibus alicujus*, ut Pf. XLVI, 8. 12. LVI, 10. CXVIII, 6. Quare לָנוּ Kimchi recte per עֲפָנוּבָה declarat. LUDOV. DE DIRU haec verba sic reddidit: *Nisi fuisset Dominus, quem habuimus*, „id est, nisi Dominum habuissimus; quum enim *habendi* verbo careant Hebraei, efferunt id per verbum substantivum, sequentē dativo, ut et Latini, *est nobis pater*, pro, *habemus patrem*.“ Sensum eodem recidere apparet. יִאמַר-נָא יִשְׂרָאֵל Ita nunc dicat *Israel*, liberatus periculis.

2. Hunc Versum Chaldaeus bene ita reddidit: אֱלֵי גִלִי מִימְרָא יְרִי וְהוּא בְּסַעְרָנָא כַּד קָם עַלְנָא בְּרַ בְּשׁ *Nisi fuisset verbum Domini, quod fuit in auxilium nostrum, quum insurrexit contra nos homo.* קוּם על *Insurgere contra aliquem animo hostili*; ut Pf. III, 2. LIV, 5. Jud. IX, 18.

No-

2) Alii post devictos Philisthaeos (2 Sam. V. 1. Paral. XV.), alii vero post superatos ac caelos Ammonitas eorumque socios (2 Sam. X. XI. 1 Paral. XIX. XX.) carmen factum existimant. Ad Saulica tempora Psalmum refert Tiling (l. c. p. 95.), ut sit epinicium ob Philisthaeos, Goliatho a Davide μονομαχία interfecto, devictos ac fugatos, 1 Sam. XVII.

Nomen מִן collective accipiendum esse, docent pluralia, quae sequuntur, *deglutivissent, ira ipsorum, abripuissent*, Vs. 3. 4.

3. מִן est adverbium temporis מִן, cum Jod paragogico, quomodo tamen nusquam alias occurrit, nisi hoc Psalmo, scil. hoc Versu et Vs. 4. 5. — וְזִכְרוּנוֹ וְזִכְרוֹנוֹ *Vivos deglutivissent nos, nondum mortuos, quod saevitiam auget, comparat enim eos feris belluis, quae captam praedam, antequam moriatur, adhuc viventem carpunt ac devorant. Aut, vivos idem est, ac si diceret integros, in quo eorum aviditatem expressit. Ita Prov. I, 12. נִבְלַעְם Deglutiamus eos sicut sepulchrum הַיִּים, viventes, וְהַחַיִּים et integros sicut descendentes in foveam.*

4. מִן הַיִּים שֶׁפָּרַחְנוּ *Tunc aquae obruissent nos, qua imagine vel hostium tumor, superbia et petulantia exprimitur, ut Prov. XXVII, 4. (שֶׁפָּרַחְנוּ) Apocal. XII, 15.; vel copiarum hostilium impetum et violentiam, quae et Jes. VIII, 7. 8. Jerem. XLVII, 2. et alias torrenti rapidissimo, omnia evertenti, et secum abripienti comparatur, imagine Arabibus quoque familiari; exempla plura congegit HERM. MUNTINGHE in *Dissertat. ad quaedam V. T. loca*, repetita in *Sylloge Dissertat. sub praesidio Schultens. et Schroederi defensar.* Vol. II. p. 1177. נִחַלְהָ *Torrentis* (הַיִּים paragogicum, ut Num. XXXIV, 5.) *transivisset super animam nostram, nos esset supergressus, cf. similem locutionem Ps. LXIX, 1. Alexandrinus: χελευθρον διηλθεν η ψυχη ημων, et Vulgatus: torrentem pertransivit anima nostra, coll. Jes. XLIII, 2.**

5. Cum nominibus pluralis numeri, הַיִּים הַיִּוֵּנִים, conjunguntur verbo singulari עָבַר, ut saepe alias, praesertim ubi verbum ante nomen collocatur, veluti Jud. XII, 6. XIII, 12. 1 Sam. I, 2. Vid. SCHROEDERI *Syntax. Reg. LXII, a. STORRII Observatt.* p. 381. Nomen יוֹרֵן, vel potius haec ejus forma, hoc tantummodo loco occurrit, quum alias dicatur יָרָה, *superbus; superbae vero vocantur undae, quae magno cum strepitu intumescunt omnia-*

niaque recusant repagula, quomodo Pf. LXXXIX, 10. simili fere modo dicitur: *tu dominaris בְּגִבּוֹר superbiae maris.* Cf. Job. XXXVIII, 11.

6. Redit ad metaphoram, supra Vs. 3. usurpatam, pingitque hostes, quasi feroces belluas, et fame exasperatas, magnaque rabie in praedam irruentes. בְּרִחַן h. l. *permisit*, ut Pf. CXXI, 3.

7. Nihil infirmus avicula laqueis aucupis innexa atque irretita: neque enim se inde ullo modo potest eripere. Sic nos, inquit, infirmi eramus, et spem paene salutis abjeceramus. Nunc vero contrito laqueo, et insidiis, quas in nos paraverant hostes, liberati sumus, ac periculum evasimus.

8. Fatetur omnem salutem suam in Dei praesidio sitam esse, in cujus manu sint omnia, utpote qui omnia condiderit.

PSALMUS CENTESIMUS
VIGESIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Fidos Jovæ cultores firmos et immotos permanuros canit in periculis et adversitatibus omnibus, neque metuendum iis esse, ut impiorum tyrannidi succumbant; perversos vero istos, qui a Jova deficiant, communi cum impiis poena abripiendos et perdendos praenuntiat, ut his generibus hominum sublatis pace fruatur Israeliticus populus.

Contra desertores cultus Jovani dirigi Psalmum, manifestum. Posito igitur atque concesso, omnem hunc quindecim Psalmorum, qui communi שיר המעלות titulo inscripti sunt, fasciculum, pertinere ad res Judaeorum ex Babylone reductorum; verisimilis Tilingii est sententia, nostrum Psalmum scriptum esse, postquam Samaritani magnam Judaeorum multitudinem ad sese pellexissent, in primis proceres quosdam, ut Semajam, argento corruptum, Neh. VI, 12. 13., et nepotem Eliafchibi, pontificis maximi, ma-
tri-

trimonii illecebris inescatum, Neh. XIII. Hoc igitur praesenti carmine vatem spectasse, ut magis confirmaret eos, qui neque minis hostium, neque blanditiis aut corruptionibus seduci se passi fuerint ad prodendum, impia defectione ad Samaritanos, communem populi Judaici causam.

1. *הַבְּטִיחַ בַּיהוָה כְּהַר-צִיּוֹן אֲלֵי-יְמוֹט לְעוֹלָם יֵשֵׁב* Qui in Jova confidunt, sicut mons Zion comparati sunt; qui non movebitur, sed perpetuo manebit: Ante *אֲלֵי-יְמוֹט* vel subaudiendum relativum *יֵשֵׁב*, vel *הַבְּטִיחַ* distributive accipiendum: *quicumque Jovae confidit, is sicut mons Zion non movebitur, sed perpetuo sedebit*, i. e. firmus ac immotus consistet, sicut mons Zionicus ad tempestates omnes omni tempore. Aliter Hebraea distinxit accepitque Alexandrinus, cujus interpretatio ita sonat: *οἱ πεποιθότες ἐπὶ κύριον ὡς ὄρος Σιών, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ.* Quae sic reddidit Vulgatus: *qui confidunt in Domino, sicut mons Zion; non commovebitur in aeternum, qui habitat in Jerusalem.* Primum Versus 2. vocabulum, *יְרוּשָׁלַיִם*, ad hunc Versum traxit, et ante *יֵשֵׁב* subaudiit *יֵשֵׁב*.

2. Sicut Hierosolymitana urbs montibus est omnibus a partibus, tanquam vallo, cincta et munita, ita Jova praesidio suo, tanquam propugnaculo, munit circumcirca populum suum. Nominativus, *יְרוּשָׁלַיִם*, vim habet integri membri: *urbem Hierosolymitanam quod attinet, montes circa eam sunt* etc. Cf. Pf. XI, 4. XXXII, 10. Ceterum, vix monitu opus, comparisonem inesse huic Versui, ommissa ante *הָרִים* *προτάσεως* particula *ב*, et loco *ἀποδοτικῆς* *ב* ante *וְהָרִים* copulativa *ו* posita, qualia plura in Proverbiis, vid. XI, 22. XVII, 3. 14. XXV, 3.

3. Ne iis, quae de praesidio divino modo dixerat, opponat aliquis praesentia mala, ea non diu duratura promittit. Neque enim, inquit, permittet Jova, ut premantur pii perpetuo a potentia tyrannidis impiorum, ne fracti malis tandem ipsi etiam in scelera eadem cum impiis delabantur. לֹא יִנָּחַ, *Non quiescit*, permanebit, ut Gen. VIII, 4. Jes. XXV, 10. Prov. XIV, 33. Alexandrinus et Vulgatus οὐκ ἀφήσει, *non relinquet (virgam improborum)* reddiderunt, ac si נִינְחָה scriptum esset. שֶׁבֶט *Virga*, h. l. plagae, verbera, ut Prov. X, 13., coll. Jes. IX, 3. XIV, 5. Zach. X, 11. Alii *sceptrum*, i. e. vim, potentiam, imperium, ut Genes. XLIX, 10., interpretantur. Cf. not. ad Ps. II, 9. — הִרְשַׁע *Improbitalis*, i. e. impiis, abstracto pro concreto posito, ut Job. V, 16. Prov. XIV, 1., unde Alexandrinus et Vulgatus ἀμαρτολών, *peccatorum*, posuerunt. Vel pingitur improbitas velut regina cum sceptro, coll. Zach. V, 7. 8., cui etiam alias, ut Ps. XCIV, 20. thronus aut solium tribuitur. גִּזְרֵי הַצְּדִיקִים, *Sortem piorum*, h. l. non terram tantummodo, verum res omnes et ipsa corpora piorum significare, res ipsa docet. לֹא יִשְׁלַח יְדָיָם בְּעִוְלוֹתָם וְיִרְיֶה. *Ne extendant pii ad iniquitatem manus suas*, ne malorum gravitate victi, relicta pietate malorum exempla sequantur. *Extendere* namque *manum ad aliquid* est illud aggredi.

4. Orat Deum, ut dignum cuique mercedem persolvat: nam quia dixerat, non commissurum Deum, ut impiorum tyrannide perpetuo premantur pii; ut hos ad rectitudinem confirmet, illos ab improbitate deterreat, consequenter nunt piis bene precatur, impiis mala eventura praedicat. יִשְׁרֵי לֵב יְשׁוּרִים בְּלִבּוֹתָם, ut Ps. VII, 11. XI, 2. XXXII, 11.

5. *Rectis* apte opponuntur עֲקִיבֵלוֹתָם *declinantes ad tortuositates* a recto tramite verae religionis: אֲלֵימֵי אֲלֵימֵי aliqui intransitivum faciunt: *qui declinant ad semitas*

mitas obliquitatis, vel tortuosas vias suas. Sed apparet formam esse verbi transitivam; quare alii, Kimchium sequuti, verbum construunt transitivum, cum sequenti nomine in Accusativo (ut 2 Sam. III, 27. 1 Reg. XI, 2. 4.), hoc sensu: *qui, declinare faciunt ambages suas, vel, ut*

Syrus: *et ii, qui*

pervertunt semitas suas. Rectius vero, repetito e Versu 4. nomine *לְבָנִים*, verba hebraea sic reddi videntur: *declinantes corda sua* (ut Jos. XXIII, 23. *הָיָה אִם-לְבָבָם אֲדָרְשָׁה אֶל-תּוֹרְשׁוֹתָי, s. in tortuosis viis suis, subandito praefixo ב* (ut 2 Reg. XII, 11.). Nomen *עֲקִלְיוֹתָי* praeter hunc locum semel tantummodo occurrit, Jud. V, 6., ubi viarum ambages, sive tramites a recto obliquantes per devia significat. Hoc loco transferri patet ad omnem pravam et perversam vitae rationem, quae a norma praeceptorum divinarum deflectit, praesertim defectionem a vera Jovae religione, quae *via recta* est (cf. not. ad Pf. XXV, 4.). Cf. Deut. XXXII, 5. Jes. LIX, 8. A nostro autem notari Judaeorum ex Babylone reversorum omnes eos, quicumque quomocumque contra rempublicam, aut potius contra religionem facerent, recte observavit Tiling. Tales erant matrimonia contrahentes cum mulieribus extraneis, idolorum cultui addictis, Efr. IX, X., Nehem. XIII, 23. seqq. coll. Malach. II, 11.; tum qui sacrilegio intervertebant decimas, Neh. XIII, 10—12. Mal. III, 8—10., porro violatores sabbathi, Neh. XIII, 15., et multi alii aliis multis criminibus polluti, quos pro indignitate rei acriter castigat Malachias tribus primis capitibus. His ergo annunciat poeta poenam et vindictam divinam:

יִזְלִיכֶם יְהוָה אִם-פְּעֻלֵי הָאָרֶץ, abire, perire faciet eos Jovae cum operantibus vanitatem, quibus Tiling falsorum deorum cultores designari existimat, quod אָרֶץ nonnumquam, veluti Jes. LXVI, 3, de diis fictitiis usurpatur. Sed quum אָרֶץ פְּעֻלֵי alias, ut Pf. V, 6. VI, 9. Jes. XXXI, 2. facinorosos,

rosos, scelestos, in univcrsum denotet, nec hoc loco aliter capiendum videtur, ut sensus sit hic, eos, qui a cultus Jovani praescriptis recedunt, communi cum ceteris peccatoribus et scelestis poena abripiendos esse. אָבִיט, *Abiit, periit*, ut Pf. LVIII, 9. LXXVIII, 39. CIX, 23. Hof. VI, 4., hinc in Hiphil *abire*, *perire facere*, i. e. perdere. Convenit Arabum *أبى*, *periit*, et in IV. conjug. *perdidit, ad perniciem deduxit*. Impiis vero ever-
 sis אֲבַדְתָּ עַל-יְשׁוּעָתָם, *pax sit s. erit super Israel*, hic sal-
 vus sit et maneat. Eadem clausula Pf. CXXVIII, 6.

PSALMUS CENTESIMUS
VIGESIMUS SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Reversi ex Babylone laetitia hoc carmine produnt, gratulanturque sibi de reditu in patriam, atque Dei beneficentiam admirabilem praedicant; tum vero orant, ut Jova velit et ceteros exules, qui Babylone remanserant, in patriam terram reducere, jam reversos vero defendere contra hostes, opus instaurationis impediens, et patriae recuperationem eis invidens, ut flebile principium sequatur fortuna melior, atque inchoata restitutio feliciter consummetur *),

א. שׁוּבוּ *In reducere*, i. e. quam reduceret Jova; verbum שׁוּבוּ, quod communiter intransitivum est, *reverti*, quandoque transitive capitur, ut Deut. XXX, 3. Job. XLII, 10. Ps. XIV, 7. — שׁוּבוּ צִיּוֹן veteres omnes et recentiorum plerique reddunt *captivitatem*, i. e. captivos *Sionis*, qui ex *Zione* captivi abducti fuerant, ut שׁוּבוּ ejusdem.

*) Cf. de hoc Psalmo HARMERI *Observatt. super Oriente* P. I. p: 84. transl. teut. et J. E. FABRI not. p. 86. 87.

dem fit significationis cum שְׁבוּה (Vs. 4.) *captivitas*, אַ שְׁבוּה, *captivum abduxit*, quemadmodum אִיחֹן, *ingressus*, a verbo אָחָה; extat Ezech. XL, 15., quod analogice אִיחֹן esse debuit. Imo sunt codices, Kennicotto memorati, qui et hoc Versu vel שְׁבוּה, vel שְׁבוּתָה exhibeant; cf. Pf. XIV, 7. LXXXV, 2. Ezech. XVI, 53. Hof. VI, 11. Sed Aben-Efra observavit, שְׁבוּה esse nomen a verbo שָׁב, *revertis, reducere* deductum, quemadmodum קִימָה, *surrectio*; Thren. III, 63. א. קִימָה. Metonymice autem שְׁבוּתָה, *reductio*; pro *reducibus* esset, ut 2 Sam. IX, 12. מִשְׁבֵּת, *habitatio*, pro *incolis*, et Job. XXXII, 7. רֵב שְׁנִים, *multitudo annorum*, pro *hominibus annosis*. Ita שְׁבוּתָה, *reducere reductionem*, esset, homines antehac a sede patriaria ad loca externa abductos pristinis restituere sedibus, qua ratione Pf. LXXVIII, 49. dicitur מִשְׁלַחַת --- יִשְׁלַח, *misit missionem*. Praeteritum הָיִינוּ aliqui, inter quos Lutherus, pro futuro positum putant, quod et Vs. 2. verba futura sequantur, et nondum praeteriisse eam, de qua hic sermo liberationem appareat ex Vs. 4., ubi pro ea maturanda funduntur preces. Quae tamen haudquaquam videbimus obstare, quo minus הָיִינוּ notione Praeteriti capiamus. כְּחֹלְמִים, *Sicut somniantes*, i. e. adeo laetati sumus, ut somnare nobis videremur, neque satis adhuc nobis ipsis de nostra laetitia crederemus; הָיָה laetantium laetitiam maximam, qui dubitare solent, an verum sit, quod percipiunt, et quo potiuntur. Loca similia e Graecis Romanisque scriptoribus congeffit GATACKER in *Adversar. Miscell.* L. II. Cap. X. p. 325. Kimchi patrem suum narrat hunc Versum non de praesenti laetitia, quam Vs. 2. describat, sed de dolore et anxietate praeterita cepisse: *dolorem scilicet angoremque*, quem deportationis tempore pertulerant ad reverlionem divinitus procuratam, *ex animis mentibusque omnem statim evolasse, quomodo somno expersactis insomniorum imagines nocturnae solent*. Cf. Pf. LXXIII, 19, 20. Chaldaeus sic reddidit: הָיִינוּ הָיָה מִרְעִיבָה אִמְסִינוּ *fuius sicut aegroti, qui sanantur*. Cepit

תִּחְיֶהֱ significatione *revalescendi*, Aramaeis non tantum, verum Hebraeis etiam usitata, vid. *Jes.* XXXVIII, 16. *Job.* XXXIX, 4. Ita sensus hic erit: ab exilio reduces, similes illis extitimus, qui a gravi et diuturno morbo subito tandem convalescunt. Et certe *reductio* e captivitate quasi a *mortuis revocatio* et resuscitatio quaedam dicitur *Jes.* XXVI, 19. *Ezech.* XXXVII, 11. 12. Eodem hoc sensu nostrum locum Alexandrinus etiam accepit; ita enim hebraea reddidit: ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακελημένοι, quod minus apte *Vulgatus facti fuimus sicut consolati* vertit, quum pro *consolati* rectius *revocati a morte*, s. *ex morbo recreati* posuisset. Utuntur enim Alexandrini verbo παρακαλεῖσθαι ad exprimendum חָנַם, *Deut.* III, 28., et פָּרַח, *Job.* IV, 3. atque יָעַר, *Jes.* X, 31. Et hoc ipsum verbum Graecus interpres *Jes.* XXVI, 19. usurpavit. Nostra verba Syrus ita reddidit: fuimus sicut *קָנַם* קָנַם illi qui laetantur. Sensus utcumque expressisse satis habuit. Graeci aliqui interpretes ἀνώθυμοι hebraeum תִּחְיֶהֱ ὡς ἐνυπνιαζόμενοι transtulerunt.

2. Futurum תִּחְיֶהֱ אֲנִי in Praeterito reddendum esse, tunc repletum fuit, inde cognoscitur, quod praeteritum Vs. 1. praecessit; vid. *SCHROEDERI Syntax.* Reg. XLIX., et *STORRII Observatt.* p. 162. Eodem modo *Exod.* XV, 1. יָעַר אֲנִי, tunc cecinit Moses. Quoad phrasin cf. *Ps.* LXXI, 8. XL, 4. — יָאמְרוּ אֲנִי Tunc dicebant scil. dicentes. i. e. dicebatur; tertia persona pluralis impersonaliter posita, ut *Ps.* LXVIII, 25. *Nehem.* II, 7., cf. *STORRII Observatt.* p. 410. הָאֵלֶּם-עִם Cum illis, Israelitis reducibus.

4. Gratulationi sequitur petitio. Non omnes Hebraei simul in patriam ex Babylone rediere; sed alii regnante Cyro, alii Dario, alii Xerxe, Darii filio. Qui igitur primi redierant, petunt reliquos quoque reduci, et sic coeptum beneficium perfici ac compleri. שָׁבְהָ אִם-שְׁבוּתָהּ *Reduc.* (cf. ad Vs. 1.) *captivitatem nostram*. i. e. ceteros nostrates,

rustrates, qui olim captivi abducti fuerant; שְׁבוּתָהּ ut
 גְּלוּתָהּ, *deportatio*, pro deportatis Ezech. XI, 24. 25. —
 כְּאֵפִיקִים בְּנֹבֶב *Sicut torrentes in terra arida*, i. e. sicut in
 locis aestu solis exsiccatis soles alveos arefactos et vacuos
 aquis pluvialibus replere (cf. OEDMANNI *Sammlungen*
aus der Naturkunde, Part. V. C. XIII. p. 116. seq. Ver-
 feuton.); ita fac, ut deserta haec terra repleatur iterum
 atque referta fiat incolis; restitue nos sedibus nostris prio-
 ribus, quae adhuc desolatae manserunt. אֵפִיקִים proprie
alvei, vid. Pf. XVIII, 16. et ibid. not., tum, per metonymi-
 am subjecti, *torrentes*, ut Job. VI, 15. Pf. XLII, 2.
 Cf. BRUNS in *Append. ad Kennicotti Nott. critt. in*
Psalms quosdam, p. 169., ubi et aliae loci nostri expli-
 cationes, sed minus probandae, sunt commemoratae atque
 refutatae. נֹבֶב h. l. prima et propria significatione *sicci*,
siccitatis est capiendum (coll. Syriaco נֹבֶב, *exsiccavit*,
 Samaritano נֹבֶב, *secum*, et נֹבֶבָה, *siccitas*), qua signi-
 ficatione et Jos. XV, 19. Jud. I, 15. occurrit, ubi אֵפִיקִים
 נֹבֶבֶב opponitur *scaturiginibus aquae*. A siccitate non solum
terra australis Judaeae, Jos. XV, 21 — 32. descripta, ve-
 rum et australis plaga universim nomen accepit. *Ventum*
australem h. l. illo nomine significari existimavit Alexan-
 drinus, qui ὡς χειμάρρους ἐν τῷ νότῳ reddidit, quod ita
 explicant: revertantur nostrates magno numero, com-
 plentes omnes vias, sicut ripas suas flumina inundantia
 ad austri flatus; is enim ventus et pluviis gignendis et
 nive liquefacienda torrentes plurimum auget. Sed recte
 Chaldaeus: הִיא הַמִּיחָבָה אֵפִיקִים כִּד נֹבֶבֶב מִפְּקֵי מִיָּם
 כְּבִצְרָתָהּ *Sicut convertitur terra, quando scaturiunt scate-*
brae aquarum in siccitate. Syrus: אֵפִיקִים בְּנֹבֶבֶב
sicuti scaturigines, qui sunt in meridie.

5. In spem se erigunt laetiorum temporum, quae
 secutura sint exilii miseras, vixdam exauclatas, atque
 difficultates et labores, quibuscum adhuc inter ipsa novae
 reipublicae initia reversis erat conflictandum (vid. not. ad

Pf. CXX. Vs. 1.). Proverbiali vero sententia utitur, quae significatur, tristibus laeta solere succedere. Similitudo deprompta est à seminantibus, quibus, dum terrae semina committunt, adversa quaeque occurrant, quae lachrymas saepe cient pauperculo agricolae, qui ultra sementem vix quicquam domi retinet, incertumque messis proventum reputat; quas ipsas tamen molestias laetissima messis excipit atque compensat.

6. Idem dicit, quod praecedenti Versu, sed aliis verbis: הַלֹּךְ הַלֹּךְ וְנֹשֵׂא הַלֹּךְ וְנֹשֵׂא *Vadendo vadit et flendo, i. e. ambulat flens, s. cum fletu* (scil. נושא, *portans* etc. quod sequitur); similis loquendi formula, qualis Jerem. L, 4. (הַלֹּךְ הַלֹּךְ וְנֹשֵׂא הַלֹּךְ וְנֹשֵׂא) (coll. Cap. XLI, 6. וְנֹשֵׂא הַלֹּךְ וְנֹשֵׂא) et 2 Sam. III, 16. וְנֹשֵׂא הַלֹּךְ וְנֹשֵׂא. In quibus tamen omnibus infinitivus adjunctus ad verbi potestatem nihil addit, ut alias, veluti Thren. I, 10. Jerem. XLVI, 5. (cf. SCHROEDERI *Syntax*. Reg. XCI, a. STORRII *Observatt.* p. 316. seqq. GESENII *Lehrg.* p. 779.; sed ideo tantummodo additus videtur, ut numerosiorem aut sonantio rem orationem efficiat. Velut Exod. XXI, 28. יִסְקֶל יִסְקֶל, *lapidando lapidabitur*, haud profecto plus est, quam Vs. 29. 32. יִסְקֶל solum; add. Jos. VII, 7. עָבְרָה הָעֵבֶיר, *transire fecisti*. Dictionem מִשֶּׁה־הַרְרֵעַ varie interpretantur. Alii: *extractionem, i. e. pretiositatem seminis, i. e. semen pretiosum* (coll. Job. XXVIII, 18. וְכִי תִקְחֶנָּה מִשֶּׁה, *pretium sapientiae exponunt*); sementem magno pretio emptam, ob caritatem annonae, quam נושא, *portans*, spargit in terram dubio eventu. Hinc Lutherus: *und tragen edlen Samen*. Alii (ut J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1567.): *corium, i. e. saccum ex corio, in quo seminans semen portat*. Verum quamvis hoc quidem certum sit, a *trahendo, detrahendo*, dici *pellem*, quae detrahitur animalibus, itemque *corium*, ex ea paratum, Syris ܟܘܪܝܘܢ , Chaldaeis ܟܘܪܝܘܢ , Arabibus كروان ; inde tamen minime consequitur, etiam *saccum ex corio confectum* eo nomine significari;

cari; sane nullo testimonio id probari potest. Et licet huic nostro loco *sacci* notio congruat; minime tamen apta illa est loco Amos. IX, 13. *Attinget arator messorum, et calcans uvas תרע תשח תרעם trahentem semen, i. e. satorem, qui semen e linteo extrahit, tractimque in terram spargit. Ex quo loco cognoscitur, תרע תשח תרעם esse tractionem seminis transferendum, i. e. semen e linteo, de collo suspenso, extrahendum, et in agrum projiciendum in longam seriem, juxta sulci ductum. BOCHARTUS in Phaleg, L. III. Cap. XII. p. 211. תרע תשח תרעם, tractum seminis dictum putat propter sulci longitudinem, in quem semen tractim spargitur. Prius praeferendum, ob praemissum תשח. Chaldaeus de verbo fere ad verbum reddidit: תרעם תרע תרעם תרעם portans tractionem frumenti seminis. Alexandrinus et Syrus nomen תשח vertendo non expresserunt; hic enim habet וְיָצֵא וְיָצֵא, qui portat semen; ille, βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν, et hinc Vulgatus: mittentes semina sua. Hieronymus: portans ad seminandum sementem. Integri Versus sententia haec est: abijt aliquando aliquis lachrymans ad sationem, et sementem facit in miseris et calamitosus, qui idem posthac redit ad agrum suum gaudens, et reportat inde laetus fasciculos frumentorum suorum de messe uberrima.*

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Docet, nullos hominum labores esse felices, nulla consilia salutaria, nisi Deo adjuvante et prosperante. Id quod ostendit in re familiari et publica, in quibus constituendis, conservandis, augendis atque ornandis omnis hominum labor et cura occupatur.

Habet Psalmus praescriptum nomen Salomonis; et tamen an ab ipso factus sit, controversum faciunt interpretes. Nam hebraeum illud לְשֹׁלֹמֹה non *Salomonis*, ut auctoris, sed *Salomoni*, id est, pro Salomone factum, aliqui interpretantur, existimantque a *Davide* paulo ante mortem praescriptum Salomoni vel ut regulam administrationis totius regiae, vel tum esse conditum, quum templi structuram in animo habuisset, ex vaticinio autem Nathanis (2 Sam. VII, 1. seqq.) per filium demum id futurum

turum cognovisset *). Alii vero, quum in titulis Psalmorum & nomini praepositum alias semper auctorem carminis soleat indicare, non dubitant, hanc odam a *Salomone* proficisci. Atque *TILINGIUS* quidem ipsum carminis argumetum huic sententiae favere existimat. „Namque non solum sententiae,“ inquit, „quae hic proponuntur de providentia divina, omnia complectente, deque vanitate laborum absque auxilio Dei, nimis familiaria sunt Salomoni in ejus *Ecclesiaste* et *Proverbiis*, quam ut hic non agnoscamus illius genium et stylum; sed totum quoque argumentum ita est comparatum, ut florem régni Judaici, qualem videmus maxime regnante Salomone obtinuisse, et vere aurea hujus regis tempora respiciat.“ Atque *Versum* quidem primum *Tilingius* ad templi a Salomone exstruendi aedificationem, secundum ad Salomonis opulentiam, reliquos ad multitudinem populi, Salomonis aevo in immensum auctam (1 Reg. III, 8. IV, 20.) putat referendos esse. Quibus argumentis et conjecturis quantum sit tribuendum, unusquisque intelliget ipse. Mihi verissimum videtur *RUDINGERI* judicium: „Quo tempore, aut quibus occasionibus factus sit Psalmus, dici non potest.

Atque

*) In versione Syriaca huic Psalmo haec praescripta leguntur: *Dictus a Davide de Salomone; dicitur quoque de Haggaeo et Zacharia, qui urgebant structionem templi.* Alexandrina translatio *Salomonis* nomen non habet praescriptum.

Atque ne de nostris quidem cantionibus omnibus, et quae hodie fiunt, sciri hoc potest, ut in talibus satis sit sciri; quid dicant, aut doceant. Et sunt sine dubio publicae etiam et ordinariae doctrinae in templo, et ritibus certis, Psalmi facti aliqui. Omnino autem verisimile est, ad dedicationes aedium apud Judaeos solennes hunc Psalmum assumptum fuisse; sive in hunc usum scriptus sit ab auctore, ut esset formula dedicationum, sive ad has aliunde translatus. Equidem vehementer dubito, contineri hoc Psalmo carmen integrum, quale primum ab auctore conditum fuerit. Sed videtur carminis alicujus majoris ἀποσπασμάτιον esse, primis reipublicae post reditum ex Babylone restaurandae temporibus accomodatum, ut reliqui Psalmi, communi שִׁיר הַמַּעֲלִיחַ inscriptione insigniti. Atque TILINGIUS quoque, etsi carmen nostrum Salomoni, ut vidimus, assignet; suam tamen de illo disquisitionem hacce clausula terminat: „At vero si quis perpendat, memorabilem plane providentiam Dei in aedificatione templi posterioris et urbis fuisse conspicuam, et ingentis beneficii loco esse reputandum, quod structura inter tot. tantaque obstacula, et inimicorum contra eam molimina, tamen sit perfecta; custodes et excubitores frustra fuisse vigilaturos, nisi Deus modo singulari hostium adversus civitatem consilia irrita reddidisset (vid. inprimis Neltem. IV.); reipublicam post restitutionem paulatim ad pristi-

pristinum florem et gloriam succrevisse, saltem ad hanc spem per prophetas erectos fuisse animos; denique benedictionem Dei eminuisse quoque in multiplicatione populi extraordinaria, secundum vaticinia Jerem. XXX, 19. 20. et Zachar. VIII, 4. 5. (de quo plura ad Psalmum proximum); qui omnia haec, inquam, perpenderit, haud mirabitur, Judaeos ex Babylonia recens reduces hoc Psalmo pro re nata esse usos, eumque hac de causa huic *Canticorum Ascensionum* fasciculo inferuisse“).

Cum Psalmo proximo nostrum ita conjungendum esse, ut ille (CXXVIII.) ea exhibeat, quae a choro recitanda, noster vero quae a singulis intercinenda essent, ingeniosa est POTTI conjectura, quam exposuit rationibusque haud prorsus contemnendis confirmare studuit in dissertatione Commentariis Novis Literaturae theologicae a Gablero editis (*Neues theologisches Journal*, Anno 1800. p. 201. seqq.) hac inserta epigraphe: *Ueber Psalm CXXVII. und CXXVIII.*

Ein

Ab hac opinione non diversus videtur KUINOEL in *Specim. Observatt. in Psalmos*, in *Commentatt. Theologicc.* ab ipso et Velthufenio edit. Vol. IV. p. 286. „Versus primus (inquit) continet sententiam hanc: omnes hominum labores sunt inanes et vani, si non Deus felicem successum concedit. Hanc sententiam vates exemplis quibusdam illustrat, ita, ut popularium suorum post reditum ex exilio Babylonico sortem respiciat. Nisi Deus, inquit, exstruat domus nostras, frustra laborant, qui eas aedificant, nisi Deus urbem nostram custodiat, frustra excubitores vigilant. Versu 2 rem alio exemplo illustrat.“ etc.

Ein Versuch nach Grundfätzen der höhern Kritik vom Abt POTT. Argumenta a Pottio ad suam sententiam, stabiliendam allata examinavit, et plura, nec levia illis opposuit CHRIST. FRID. FRITZSCHE in peculiari scripto, quod hanc gerit epigraphen: Ueber einen Versuch Psalm 127. und 128. nach Grundfätzen der höhern Kritik in eine andere Ordnung zu bringen. Grimma, 1809. in quatern.

1. Nomine בית h. l. aliqui *templum* significari existimarunt, coll. 1 Reg. VIII, 17. Illud vero si vates exprimere voluisset, posuisset non simpliciter בית, sed vel בית יהוה, vel certe בית. Loquutio autem בית בית, *aedificare domum*, figura hebraea non est tantum aedificium habitationis exstruere, sed etiam familiam, et rem familiarem, instituere, constituere atque augere, vid. Exod. I, 21. Dent. XXV, 9. 1 Sam. II, 35. 1 Reg. II, 24. XI, 38. Prov. XIV, 1. 11. Ita et Graecis οἶκος non tantum *domus* est, sed etiam *res familiaris*, et Latinis *domus* etiam *familia* est, ut: *Qui genus, unde domo?* Significari autem h. l. utrumque, sequentia ostendunt; nam de opibus, familiae sustentandae causa acquirendis, Versu 2., de liberis Vs. 3. seqq. sermo est. Prioris igitur hemistichii hic est sensus: nisi Deus ope sua adsit domui atque rei familiari constituendae atque augendae; frustra consumitur humana opera, quae suo studio suaque industria hoc se perfectura existimat. In altero hemistichio nomen עיר, *civitatis*, apparet πολιτείαν omnis generis significare, hoc sensu: nisi Deus suo praesidio adsit civitati, et custodiat et conservet eam, adversus incendia, hostium machinationes, aliave incommoda, frustra vigilant excubitores,

et

et inane est studium qui administrant et incolunt eam, universorum.

2. Compellat eos, qui summam diligentiam in eo ostendunt, ut quam citissime de mane surgant, quam tardissime ab opere quiescant, et quam minimum quieti concedant. Vanam autem esse tantam eorum diligentiam et assiduitatem operis, tantumque laborem pronuntiat, nisi Deus eorum studiis et laboribus prosperum successum tribuat. *שָׁוּם לָכֶם מַשְׁכֵּמֵי קוּם מֵאַחֲרֵי-שָׁבָה Vanum, frustra vobis est, matutinantes surgere, i. e. qui mane, vel, ut Vulgatus habet, ante lucem, surgitis ad opificia, retardantes federe, i. e. quiescere a labore, quietem differentes, i. e. qui ad opus celerrime surgitis, et tardissime cessatis.* *אַחַר* est *retardare*, ut Exod. XXII, 28. Dent. XXIII, 22., *שָׁוּם* vero *cessare* a labore, *quiescere*, ut Prov. XX, 3. Ps. CXXXIX, 2. Thren. III, 63. Alii verba *שָׁבָה מֵאַחֲרֵי-שָׁבָה* reddunt *morantes sedendo, i. e. operi faciendo in seram usque noctem adidentes, s. qui in multam noctem labores producit, coll. Jes. V, 11. Vae iis בְּבֹקֶר מַשְׁכֵּמֵי בְּבֹקֶר מַשְׁכֵּמֵי qui mane surgunt, ut sedentur siceram, מֵאַחֲרֵי בְּנֶשֶׁף, qui ad crepusculum usque morantur, donec vinum eos incenderit.* Praeferendam tamen iudico priorem sententiam, quum *שָׁבָה* manifeste sit oppositum *קוּם*, neque usquam *operi faciendo assidere* significet. Hebraea de verbo ad verbum reddidit Aquila: *ἐλθὲ ὑμῶν ὀρμρίζουσαν ἀνίστασθαι, βράδυνουσαν καθῆσθαι.* Nec non Symmachus: *μάταιον ὑμῶν ἐξ ὀρμρου ἀνίστασθαι, χροουλζουσι τοῦ καθῆσθαι.* Alexandrinus vero: *sic μάτην ὑμῶν ἐστὶ τὸ ὀρμρίζειν, ἐγείρεσθε μετὰ τὸ καθῆσθαι,* et Vulgatus: *vanum est vobis ante lucem surgere; surgite, postquam sederitis.* Patet, Alexandrinum vocem *מֵאַחֲרֵי* tanquam adverbium accepisse, sensumque hoc modo fecisse: nihil proderit, statim postquam quieveritis, ante lucem e. quiete surgere, ita ut vix exiguum quieti concedatis. Ceterum pro *ἐγείρεσθε* Agellius monet legendum *ἐγείρεσθαι.* „Vera editio LXX., inquit, sic habet: *εἰς μάτην ὑμῶν*

ὑμῶν ἐστί, τὸ ὀρθρίζειν ἐγείρεσθαι et sic habet Vaticanus
 codex antiquissimus; quamvis de illo impressus habeat
 ἐγείρεσθε, *surgite*; itaque illa repetitio verbi *surgite*
 neque in LXX., neque in ullo interprete habetur, neque
 in Hebraeo, et sensum obscurat. Sic habent etiam alii
 codices manuscripti, sic notatum est in Catena Graeca
 ἐγείρεσθαι, et ita legendum censet Theodoretus et Euthy-
 mius. "Sensum plane alienum verbis hebraeis affinxit
 Chaldaeus, qui illa sic explicavit: *In vanum laborabitis*
vobis, qui praevenietis mane ad perpetrandum vobis rap-
pinam; qui moram facietis atque sedebitis ad patrandum
scelus. אכלי לחם העצבים Qui comeditis panem dolorum,
 i. e. multis laboribus curisque paratum et sumtum. Ita
 Prov. IV, 17. לחם רשע, *panis impietatis*, est impie
 partus. Syrus: *edentes panem* כ-ב-כ *cum dolore.*
 Chaldaeus: *comedentes cibos miserorum, in quibus labo-*
rarunt. Alii *panem dolorum* dici existimant cibum vilem,
 ut Dan. X, 3. לחם המרות, *panis voluptatum*, est cibus
 delicatus. כן יתן ליירדו שנתא *Ita dabit dilecto suo som-*
num, i. e. quemadmodum vos frustra fatigamini, ut vix
pauillum somno et quieti indulgeatis; ita e diverso Deus
iis, quos diligit, quiete et sine curis et molestiis dormi-
re concedit. Similitudinis particula כן, hemistichio po-
 steriori praemissa, ante hemistichium prius arguit כ similitu-
 tudinis subaudiendum esse, ut Jes. LV, 9. כפי גבהו שמים מארץ *ita al-*
tiores sunt viae meae vestris viis. Job, VII, 9. כן גבהו *Nam quemadmodum altiores sunt coeli terra,*
 כלה ענן ויילה כן *ita consumitur nubes et abit, ita is qui*
 ירד שאול לא יעלה *in orcum descendit, non ascendet.* Vid. et Ezech. XXII,
 20. Jerem. III, 20. — *Dilecto suo*, collective ca-
 piendum esse, res ipsa docet; diligit autem eos, qui co-
 lunt ipsum religiose, quorum spes omnis pendet ab ipso.
 Alii accipiunt כן h. l. pro asseverandi particula, *vere,*
profecto, ut aliqui Pf. LXIII, 3. (cf. ibi not.) et post יתן
 subaudiunt לחם ex hemistichio proximo, ante שנתא autem parti-

particuliā ׀, saepius omisā, ut hic prodeat sensus: *profecto suis victum necessarium concedis in somno, i. e. sine labore anxio.* Quam rationem nuper et Kuinoelius commendavit, loco in nota supra ad Argum. citato. LUDOVIC. DE DIEU ׀ h. l. *recte, bene,* ut Num. XXXVII, 7. XXXVI, 5. 2 Reg. VII, 9, reddendum censet, et verba nostra sic vertit: *bene dat dilecto suo somnum, i. e. quum ii, qui Deo dissidentes, suo labori omnia tribuunt, somno recte non fruuntur, mane enim admodum surgunt, et in multam noctem sedent, eam gratiam dilectis suis largitur, ut in paterna ejus cura et benevolentia recumbentes somno suo recte fruuntur, ut qui sciant tam sollicito labore neququam sibi opus esse.* Huic concinit Chaldaeus, qui sic reddidit: *convenienter vero et recte dabit Dominus dilecto suo somnum.* Ita tamen hiulcam nimis evadere orationem, monuerunt jam alii. Alexandrinus: *ὅταν δὲ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον,* et Vulgatus: *quum dat dilectis suis somnum.*

3. *הנה נחלה יהוה בנים* *Ecce haereditas Jovae, i. e. a Jova datā, peculium a Deo concessum, sunt liberi.* Gemitivus, *Jovae,* hic non *possessorem,* sed *auctorem* indicat, quomodo terra Israelitica Exod. XV, 17. *haereditas Dei,* i. e. peculium Israelitis concessum (vid. Levit. XX, 24. Deut. III, 18. XII, 9.) dicitur. Significat, non solius vi naturae procreari liberos, sed a Deo potissimum contingere, non fecus atque haereditas liberis a parentibus relinquitur absque ullo illorum labore. In altero hemistichio post *שָׂכָר* est *יהוה* subaudiendum: *Dei merces* i. praemium, i. e. donum est uteri foecunditas. Chaldaeus hunc Versum sic reddidit: *ecce haereditas Domini filii recti: merces operum bonorum filii ventris.*

4. Quum Dei munus esse dixisset sobolem propagare atque genus porrigere, jam docet, quantum bonum sit, filios fortes strenuosque educasse. *הַצִּים בְּיָד בְּנֵי גִבּוֹר כֵּן* *Sicut sagittae in manu fortis, ita filii juven-
tutis,* quibus plerique eos filios, qui homini adhuc juveni

nascuntur, intelligendos existimant, ut Gen. XXXVII, 3. בן-זקנים *filius senectutis*, est filius patri seni natus. *Filios* vero *juventutis* hoc loco ideo volunt commemoratos, tum quod filii in juventute geniti robustiores esse soleant, utpote geniti, quum vis genitilis adhuc fortior et vegetior est; tum quod parentibus grandiorum et proVectioris aetatis liberorum opera utilis sit ad popullanda mala atque incommoda; quum qui filii homini jam seni nascuntur, per aetatem neque consilio, neque opera unquam utiles esse possint. Ego tamen malo ad stipulari iis, qui בנעורים non ad parentum, sed ad liberorum aetatem referunt, ut, quemadmodum Pf. XVIII, 45. בני-בקר sunt *extranei*, Pf. LXXII, 4. בני-אביון *egeni*, et Coh. X, 17. בן-חרים *nobilis*, ita h. 1. בני-הנעורים *filius juventutis* sint *adolescentes* s. *juvenes*. Sicut autem in praecedenti Versu בני, *fili*, liberos in genere significant, ita in praesenti *fili*, id est, mares liberos, significari, sequentia ostendunt. Vires autem et robur masculum cum robore sagittarii, proceritatem rectam juvenum viribus valentium cum sagittis sagittarii fortis comparari existimo, tales enim esse sagittas oportet, tanquam hastilia recta et non nodosa. Ceterum eandem hanc filiorum cum hastilibus comparisonem Arabibus etiam familiarem esse, docet Taurizius, Scholiales Hamasae, hoc loco, Schultensio in suis ex *Hamasa Excerptis* p. 436. citatus:

اشبه الرجل اذا اتى باولاد تخبأ بصر له
 بهم حد حديد كشي الاسنة

Dicitur: cupidavit vir, quum producit filios strenuos, in quibus aciem habeat, instar cuspidum mucronatam. Verba בן בני הנעורים sic reddidit: οὕτως οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων, et Vulgatus: sicut filii excussorum. Vocem בנעורים interpres ille pro Participio Paul verbi בער, *excussit*, habuit. Intellexit vero haud dubie tales, qui plurimis, aerumnis vexantur (οἱ σφόδρα ταλαιπωροῦ-

πρωτόμενοι, ut Snidas explicat in voce (Ἰοί Θεοῦ). Verum Symmachus et Theodotion, teste Hieronymo in Epist. 120. ad Marcellum, ἰοί θεότητος reddiderunt. Syrus quoque (حَبَبُ الْيُفُوتِ), filii juventutis, habet.

5. אשרי הבכר אשר מלא אה-משפחו מהם. *Beatus ille, qui implevit pharetram suam illis!* O beatum, cujus familiam anget et ornat Deus hoc modo, ut filios tales pulcros et fortes habeat, quibus instruat domus ejus. מהם referendum esse ad הציים (Vs. 4.) *his sagittis*, i. e. filiis, manifestum est. *Pharetram* vero vocat domum, quae est eorum receptaculum, in qua educantur et adfervantur donec emitti queant. Inepte Alexandrinus ἀποφύλαξ αὐτοῦ reddidit. לא-יבשו *Non pudescent*, non ad utrosque, parentes et liberos, ut Kimchi aliique volunt, sed ad liberos solos referendum est, quos non frustretur conatus ipsorum, quando negotium eis erit cum hostibus, ut sequitur. Verba כר-יבשר אה-אויבים בשער *quum loquentur cum inimicis in porta*, i. e. in disceptatione forensi, quod judicia apud veteres in *portis* exerceri solebant, vid. Deut. XXI, 19. Prov. XXXI, 23. XXII, 22. Job. V, 4., ut sensus sit hic: defendentur a natis suis parentes in litibus, quum erit illis de honore aut capite disceptandum in foro, patris causam strenue agent liberi. Sic et Chaldaeus: *quum condenderint in porta domus judicii*. Sensus vero multo aptior prodit, si verbum דבר h. l. *perdendi, interficiendi* significatu accipias, quo occurrit 2 Chron. XXII, 10. (וידבר אה-כל-ירע הממלכה, pro quo in loco parallelo ודאמה אה-כל-ירע הממלכה legitur), quam significationem verbum illud haud dubie a nomine דבר arab. ^س ^ب ^ر mors, addidit (quare sine causa idonea DATHIUS ad *Glassii Philolog.* S. p. 256. verbo דבר *perdendi* notionem inesse negavit). Ita igitur verba nostra sunt vertenda: *sed periment hostes in porta, s. in portis*, quae ideo commemo-

Tom. IV. D d d d d rantur

rantur, quod ad portas pugnari plurimum et periculosissime solet. Atque propugnationem pro patria adversus hostes hic intelligendam esse, suadet etiam allegoriae ratio, quum filii cum *sagittis* comparentur, quae apte dicuntur hostes interficere. Nec obstat, quod verbum *שׁוּב* praecessit, quod fortasse minus aptum *sagittis* dicere aliquis possit, quum et alias propria cum tropicis per *ναράχρησιν*, misceri videamus; cf. e. c. not. ad Ps. LXVIII, 31. Hoc autem videtur dicere voluisse vates: quos Deus dat et procreat ad propugnandum idoneos, eos feliciter propugnare pro patria. Quasi dicat: Deus dat propugnatores, non civitas.

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Docet, in summa prosperitate vitam acturum, quicumque Deum veretur et colit; talem hominem frustra laboraturum numquam, imo bene suaviterque victurum, eique abundantem liberis fore familiam. Carmen concluditur voto, ut vir pius a Deo fortunetur, fruaturque perpetua tranquillitate, et longam liberorum ac nepotum seriem conspiciat.

Patet, hunc Psalmum factum esse ad imitationem praecedentis, quem explicat et confirmat. Sunt, qui eum formulam esse putent, qua bene precari conjugibus novis solerent. De tempore vero, et occasione, quibus primus sit factus, definiri nihil potest. Rebus autem Judaeorum ex Babylone recens reversorum accommodatum esse, credibile facit hoc, quod huic ipsi carminum talium plurimum fasciculo insertus est. Quod ipsum forsitan hoc consilio factum est, ut vatum praeſagia (e. c. Zach. VIII,

4. 5. *) Jerem. XXX, 19. 20.) de novae reipublicae civiumque ejus incremento, quasi in compendium redacta exhiberet, atque sic dejecti animi eorum, qui tenuibus rerum suarum initiis diffidebant, ad spem meliorum temporum erigerentur, excitarenturque ad commune bonum fortiter promovendum.

2, Sunt, qui hunc Versum ita vertant: *laborem manuum tuarum quando comedes, eris haec ratione felicissimus, ut* ἢ h. l. sit temporis particula. Ita Aquila: κόπον τῶν ταρσῶν σου ὅτι Φάγεσαι μακάριος εἶ, καὶ ἀγαθόν σοι. Et Symmachus: κόπον χειρῶν σου ὁ ἐσθίων μακάριος ἔσῃ, καὶ μάλόν σοι ἔσται. Sed prodit sensus commodior, si particulam ἢ per synchysin (cujus exempla plura congescit GLASSIUS *Philol.* S, p. 660. 662. ed. Dath.) trajectam sumamus et initio Versus, ponamus hoc sensu: *nam laborem manuum tuarum comedes, non in cassum laborabis, sed bonis labore tuo partis secure frueris.* Quod spectat ad poenam illam, quae Dei timorem abjicientibus definita est Levit. XXVI, 16. Deut. XXVIII, 33. Cf. CIX, 11. LXXVIII, 46. Zach. VIII, 10 — 13. Alexandrinus nostra verba sic transtulit: τοὺς πόνοὺς τῶν καρπῶν σου Φάγεσαι, quae in quibusdam exemplaribus versionis Vulgatae, hoc modo reddita leguntur: *labores fructuum tuorum manducabis*, in aliis vero pro: *fructuum tuorum recte manuum tuarum* exstat. Καρπὸς enim, ut Agellius scite notavit, utrumque, et
fru-

*) Zachariae Cap. VIII. integrum et initium noni praestare vicem commentarii in hunc Psalmum, observavit TILINCIUS in *Disquis.* p. 129.

fructum significat, et *manum*, seu *palnam*, unde LXX, in Proverbiis Cap. XXXI, 20. καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῶν, *palmas suas extendit ad pauperem*. Itaque Didymus in hunc locum, ambiguitate nominis animadversa, καρπούς Φησι νῦν ὡς ἀπὸ μέρους τὰς χεῖρας τουτέστι τῶν πρακτικῶν σου δυνάμεων Φάγεσαι τοὺς πονοὺς. Καρπούς, inquit, nunc ex parte manus intelligit, hoc est, *activarum tuarum facultatum labores manducabis.* Cf. DRUSII *Miscellann.* Cent. I. Cap. 26., et GATACKERI *Adversarr. Miscellann.* L. II. Cap. VI. p. 303. 305., quo posteriore loco pluribus ostenditur, καρπὸν esse proprie *manus cum brachio commissurum.*

3. Alterum hoc est beneficium, quo se timentem Deus donat, ut uxorem habeat et foecundam, et verecundam ac pudicam. אִשָּׁא פְּגוּפָה פְּרִיָּה בְּיַרְכֵי בֵּיתָהּ *Uxor tua quasi vitis fructifera in lateribus domus tuae.* אִשָּׁא cum Segol non nisi h. I. occurrit, notante Masora; alias enim Chirek habet, ut Gen. XVII, 15. 19. Ita Hof. XIV, 9. פְּרִיָּה, pro פְּרִיָּה, cf. Ezech. XXV, 4. פְּרִיָּה *Fructifera*, ex qua multi ac viridantes palmites atque uvae oriuntur. Similis forma Participii est בְּיַרְכֵי Thren. I, 16. Cf. GESSENI *Lehrgeb.* p. 429. Quod additur, בְּיַרְכֵי בֵּיתָהּ, alii ad *vitem pergulanam*, alii vero rectius ad uxorem domi se continentem (oppositam mulieri in plateis vaganti, qualis Proverb. VII, 11. describitur) referunt, quum יַרְכֵי הַבַּיִת de *penetralibus domus* Amos VI, 10., atque יַרְכֵי הַסִּפְיָה de *interioribus navis* Jon. I, 5. usurpetur. Cf. HARMERI *Observatt.* P. I. p. 177. vers. theod. בְּנֵי הַחֵטְא כְּסִיבֵי לִשְׁלֵשׁ הַיָּם *Filii tui sicut plantae olearum in circuitu mensae tuae*, liberi tui stipabunt mensam tuam confertim, ut καλλιπαῖδα στέφανον, *pulchram liberorum coronam* dixit EURIPIDES *Hercul. fur.* Vs. 839., et: τέκνων ἐν οἴκοις γλυκερὸν βλάστημα, *liberorum in aedibus dulce germen*, *Medea* Vs. 1098. ; וְיַרְכֵי הַיָּם dubium est num accipiendum de ramis, qui scitent fructibus, oleae, quos *termites* vocant Latini; an vero de ramis simplici-

ter,

ter, sicut plerique interpretes fecerunt, ut comparetur liberorum multitudo ramosae oleae. Videtur tamen prius magis consentaneum, etiam propter fractuum allusionem, quum *fructus uteri* significantur, ut est in Pf. praeced., Vs. 3.

4. Particulam כִּי plerique redundare existimant, ut etiam 2 Sam. III, 9. כִּי-כֵן pro simplici כֵּן positum. Alii tamen illam et in interpretatione exprimunt, hac ratione: considerate et attendite! hoc enim modo beat Deus qui ipsum colit; haec praemia rependit pietati.

5. וְיִרְאֶה אֲנִי בְּיָמַי alii in futuro, ut certam spem et promissionem, alii in Optativo vertunt, ut bene precantis voces sint: *Jova benefaciat tibi*, quod praestat, quum sequatur Imperativus. יְהוָה מַצִּיֵּן, *Dominus e Sione*, interpretantur aliqui *Dominum Sionicum*, coll. Pf. CXXXV, 21., sed rectius alii: benefaciat tibi Jova e Sione, sede sua, unde beneficia sua longe lateque in populum suum largitur; cf. Pf. XIV, 7. XX, 3. CXXXIV, 3. וְיִרְאֶה בְּטוֹב יְרוּשָׁלַם *Et videas felicitatem Hierosolymitanæ. urbis*, fruaris prosperitate illa, quam Deus incolis hujus civitatis largitur, eamque semper spectes pace et bonis omnibus florentem. De constructione verbi וְיִרְאֶה cum בּ vid. not. ad Pf. XXII, 18.

6. וְיִרְאֶה בְּנֵי לְבָנֶיךָ *Videas filios filiis tuis scil. natos* (cf. Genes. XLV, 10. XLVI, 7, Prov. XVII, 6.), i. e. verbis Virgilianis (*Aeneid.* III, 98.): *Adspicies natos natorum, et qui nascentur ab illis.* Non tantum nepotes significari videntur, sed pronepotes etiam et abnepotes, id est, successio et conservatio familiarum, secundum promissionem praemissam, promulgationi Decalogi de tertio et quarto gradu succedentium. Dicit igitur hoc: non tantum tua familia crescet, sed etiam liberorum tuorum. Quae sequuntur: שְׁלוֹם עַל-יִשְׂרָאֵל, aliqui cum praecedentibus connectunt, hoc modo: *adspice nepotes, et pacem super Jerusalem.* Sed cum copula ו ante שְׁלוֹם absit, praestat,

stat, haec verba ut votum accipere, quale est clausula
PL CXXV. In versionis Vulgatae latinae libris editis le-
gitur: *pacem super Israel*. Ad quae haec notavit Agel-
lius: „Graeci quidam codices habent *εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ*,
pax super Israel, quam lectionem et Hebraei nonnulli
probant, et codex Vaticanus habet, et aliqui latini codi-
ces. Sic quoque legit Theodoretus et Chryfostomus, qui
etiam *pacem*, accusandi causa, alterius interpretis esse,
non LXX., testatur. Sic certe habet vetus Romanum
Psalterium, et Augustinus et Hieronymus sic explicant“.

PSALMUS CENTESIMUS VIGESIMUS NONUS.

ARGUMENTUM.

Ne praesentibus malis Israelitae victi animo concidant, et nuper de exilio reversi, ac subinde aliis atque aliis difficultatibus excepti desperent, revocat in memoriam mala, quae olim experti sunt etiam praesentibus graviora, ex quibus quum Dei beneficio sint erepti, desperandum illis haud esse, quin praesentibus quoque sint illius ope liberandi.

1. צָרָרִי מִנְעוּרֵי רַבָּה צָרָרִי מִנְעוּרֵי *Multum, i. e. graviter, diu ac multifariam, angustarunt l. oppugnarunt me hostes inde a pueritia mea, id est, a primis meis temporibus, quibus eram in Aegypto. Totum illud spatium, quo Israelitica gens fuit, hominis unius temporis et aetatis comparat; hinc superiora illa atque antiquiora tempora, quibus gens illa jam in Aegypto numero aucta velut adoleverat, juventutem vocat, ut Iesaias XLVII, 12., 15. Hoseas II, 17., Jeremias II, 2. XXII, 21. Ezech. XXXIII, 3. seqq. Simili imagine dixit FLORUS *Hist. Rom. Prooem. §. 4. Si quis populum Romanum quasi hominem consideret, totamque ejus aetatem percenscat, ut coeperit, atque adoleverit, ut quasi ad quendam juventutis florem pervene-**

penerit, ut postea velut consenuerit, quatuor gradus processusque ejus invenerit. — יֵאמֶר-נָא יִשְׂרָאֵל Sic dicat Israel, talem profopopoeiam habet etiam Pf. CXXIV, 1. Sic autem haec facta sunt, ut praeceat ἔξαρχος hanc formulam gratiarum actionis populo, qui eam deinceps toto choro accineret.

2. לֹא-יִכְלֹוּ לִי עַם Etiam non, ne sic quidem (ut Ezech. XVI, 25.) *praevaluerunt mihi*, neque tamen opprimere aut delere nos potuerunt. Chaldaeus: כָּרַם לִי לֹא יִכְלֹוּ לִאֲבֹאֵשׁ לִי *verum non potuerunt malefacere mihi*.

3. עַל-גְּבִי הַרְשִׁוּ הָרָשִׁים *Supra dorsum meum ararunt aratores*; hostes Israelitae figurate *aratores* appellant, eosque ajunt suum dorsum verberibus, quasi solum aratro proscidisse, hoc est, multa mala et plagas sibi inflixisse. Quum addunt הֶאֱרִיכוּ לְמַעְבֹּתָם, *prolongaverunt sulcos suos*; significare volunt, longa et diuturna fuisse sua mala. Haec ab simili figura summae contumeliae, quibus quis afficitur, exprimuntur Jel. LI, 23. Quia nomen גֵּב non tantum *dorsum* in animalibus (ut Ezech. X, 12.) significat, verum etiam quodcunque *eminens* atque *excelsum* est, sunt, qui h. l. dorsum arborum, vel montium juga intelligenda censeant, ut verba nostra ita sint vertenda: *in jugis, s. excelsis meis ararunt aratores, et protraxerunt jugera sua*. Quibus verbis exprimi volunt extremam desolationem Judaeae, adeo ut hostes aratrum superinduxerint excelsis ejus terrae locis, dum et ipsas arces et urbes munitas devastarint, et tanquam agrum solo aequarint, cf. Jerem. XXVI, 18. Mich. III, 12. A qua sententia non multum diversus est J. D. MICHAELIS, qui in *Supplem.* p. 246. nostrum גֵּב significatione Arabici

جَبُون, *superficies terrae*, et جَبَابَة, *campus*, capiendum voluit. Ego tamen in vulgari explicatione acquiescendum puto: patet enim ex Vs. 1. et 2., filii populum Israeliticum imagine servi aut mancipii inde a prima sua juven-

juventute male tractati; neque quidquam de *terras* vastatione in reliquo carmine dicitur. Minus apte etiam *dorsum meum* pro *locis excelsis* terrae patriae dixisset. De corpore humano nomen בָּא intellexerunt quoque veteres omnes, et si ceteroquin invicem diversi. Alexandrinus: $\text{\u0395\u03c0\u03b9 \u03c4\u03cc\u03bd \u03bd\u03c9\u03c4\u03cc\u03bd \u03bc\u03cc\u03c5 \u03b5\u03c4\u03b5\u03c5\u03c4\u03b1\u03b9\u03bd\u03cc\u03bd \u03cc\u03b9 \u03b1\u03bc\u03b1\u03c1\u03c4\u03c9\u03bb\u03cc\u03b9, \u03b5\u03bc\u03ac\u03ba\u03c1\u03c5\u03bd\u03b1\u03b3 \u03c4\u03b7\u03bd \u03b1\u03bd\u03cc\u03bc\u03b9\u03b1\u03c3\u03c4\u03b9 \u03b1\u03bd\u03c4\u03c9\u03bd.}$ Hinc Vulgatus: *supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.* Verbum $\text{\u05d4\u05e8\u05d4}$ Graecus interpres accepit *fabricandi* notione, qua Genes. IV, 22. 1 Reg. VII, 14. occurrit, $\text{\u05d4\u05e8\u05d4}$ vero pro $\text{\u05d4\u05e8\u05d4 \u05e8\u05e2}$, Job. IV, 8., vel pro $\text{\u05d4\u05e8\u05d4 \u05e8\u05e2}$, cf. Prov. III, 29. Porro nomini $\text{\u05e2\u05e2\u05d4}$ (*sulci*, cf. 1 Sam. XIV, 14.) tribuerunt significationem nominis $\text{\u05e2\u05e2\u05d4}$, Levit. XVI, 21. Pf. CXXX, 3. Sensum vero hujus Versus secundum Alexandrinum AGRILIUS hoc modo exponit: „*Fabricare* hoc loco proprie de aeriis ac ferrariis dictum patet, qui ferrum aut aes malleis ad incudem feriendo ducunt. Ergo labores illos hoc verbo significavit, quibus Israeliticum populum rex Aegypti et populus ejus iniquissime vexavit, adeo ut corpus laboribus immensis conferrerent, dorsum oneribus premerent, flagellis ita caederent, quasi malleis aes ferrumque ducerent. Deinde, translationem servans, inquit: *prolongaverunt iniquitatem suam*, nam quia malleis allisis prolongatur aes, ac producit, ferrum, $\text{\u03c0\u03b1\u03c1 \u03c5\u03c0\u03cc\u03bd\u03cc\u03b9\u03b1\u03bd}$ quum consequens fuisset, ut diceret, *prolongaverunt me*, hoc relicto, *prolongaverunt iniquitatem suam* dixit, nam quo saevius et inhumanius illos tractabant, eo magis iniquitatum suarum crimen extremo supplicio vindicandum agebant.“ Ab *arando* vero imaginem h. l. esse depromptam, ostendit Versus, qui sequitur. Quare verbum $\text{\u05d4\u05e8\u05d4}$ Aquila et Theodotion recte $\text{\u03b7\u03c1\u03cc\u03c4\u03b9\u03c1\u03b1\u03c3\u03b1\u03c2}$ verterunt. Syrus sensum propriis verbis expressit: $\text{\u05d4\u05e2\u05d4 \u05e2\u05e2\u05d4 \u05e2\u05e2\u05d4 \u05e2\u05e2\u05d4}$, *super dorso meo flagellarunt flagellationes, et protraxerunt humiliationem suam.* $\text{\u05e2\u05e2\u05d4}$ accepit pro $\text{\u05e2\u05e2\u05d4}$, ab $\text{\u05e2\u05e2\u05d4}$, *affliccio.*

afflictio. Sed recte Chaldaeus: על גושמי רגלי ררנא אוררנא, למוררנא ההון, *super corpus meum ararunt arantes, prolongarunt arationes suas, f. sulcos suos.* Quod hic interpretres pro גבאי posuit גושמי, nequaquam argumento est, eum nomen illud hebraeum non *dorsi* significatione accepisse, ut Michaelis voluit, loco supra memorato. Nam et Prov. XXVI, 3. גושמא נר *tergum*, reddidit גושמא.

4. יהוה צדיק קצץ עבות רשעים. *Jova justus est, concidit funes impiorum, i. e. funes in jugis aratorum crudelium illorum, qui arabant tergum nostrum; accommodandum enim hoc est ad mentionem sulcorum et arationis, Vs. 3.* Funibus autem, quibus ad juga alligantur, et onera trahunt jumenta, his, inquam, scissis, non potest amplius onus trahi, neque fieri aratio. Cf. Nah. I, 13. Jerem. V, 5. et PAULSEN *vom Ackerbau der Morgenlaender*, p. 66. Alii *funes γενιμῶς* explicant de vi et potentia, quibus, quasi vinculis, Israelitae ab hostibus constricti tenebantur. עבות Alexandrinus *αὐχένιας*, et Vulgatus *cervices* reddidit. Agellius illos nomine *cervicium* existimat intellexisse superbiam et elationem peccatorum. „Est autem in Hebraeo simile nomen *dorsi* et *elationis*, seu *cervicis*, nempe גב, *gab*, *dorsum*, et עבות, *ghaboth*, quasi גבנות, *gabuth*, *altiludo*, *sublimitas*, *cervix*.“ Recte vero Symmachus βρόχους, Theodotion *κλοιούς*, et Chaldaeus עטנא, *catenas*, reddidit.

5. Incipit altera pars Psalmi, in qua, exemplo scilicet superiorum liberationum, jubentur Israelitae bene sperare, nec deficere in praesenti periculo: יבשתי ויסגו אחור *Confundentur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sionem*, perinde quasi diceret: nunc quoque, speramus, Sion et Jerusalem redibunt in pristinum ac felicem statum, et qui inimicos animos gerunt, erubescant irritis conatibus ac terga vertent. TILINGIUS in *Disquisit.* p. 135. intelligendos censet Samaritas, nomina-

minatim Rechum, consilij Samaritani praesidem, et Sim-
sai, scribam, cum reliquis gentis proceribus, qui fallis
criminationibus suis tantum valuerunt in aula Persica,
ut regium decretum contra Judaeos emanaret. quo aedi-
ficatio templi per aliquod tempus impedita est, vid.
Esra IV.

6. Adversarios de medio tollendos significat, ante-
quam quicquam perfecerint, non secus atque herbae,
quae nascuntur in tectis (referendum autem hoc ad tecta
plana aedificiorum in terris illis, cf. *das a. u. n. Mor-
genl.* P. IV. No. 874. p. 113.): priusquam in aliquam
altitudinem assurgant, ardore solis exarescunt. Verba
שָׂרֵי הַיָּשׁוּבִים נִחְרְפוּ non uno modo vertunt. Aliqui sic: *quod
priusquam strinxerit* scil. aliquis falcem, i. e. priusquam
maturum sit ad messem, *arescit*. Verbum הַיָּשׁוּבִים enim no-
tum est de gladio stricto dici, vid. e. c. Judic. VIII, 20.,
unde h. l. accommodata ad rem de falcis extractione
uirsutum exultant. Melius tamen placet eorum ratio,
qui sic faciunt: *priusquam extrahat* quis gramen illud,
id est, ut recte Alexandrinus: *πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι*, et
Vulgatus: *priusquam evellatur*, nam הַיָּשׁוּבִים *extrahere* in
universum notare, patet ex Ruth. IV, 7. 8. ubi de calcei
detractione dicitur. Nonnulli interpretandum putant:
priusquam exoriatur, et de terris exurgat ac germinet.
Ita Aquila: *ὁ ἀρχῆθεν ἀνέθαλεν*, et Symmachus: *ἐκ-
ναυλήσαι, priusquam in eodem assurgeret*. „Theodoretus
testis est, multos codices Alexandrinae versionis habuisse
non *ἐκσπασθῆναι*, sed *ἐξανθῆναι*, non *evellatur*, sed *esslo-
rescat*; seu, ut ipse explicat, *πρὶν βλαστῆσαι κερπὸν τῆ
τοῦ ἡλίου ξηραίνεται, προσβολῆ, priusquam fructum pro-
ferat, solis vi et appulsu siccatur*, nam *ἐξανθῆναι*, quan-
tūm ex LXX, consuetudine colligi potest, *florem emittere*
est, non, ut quidam putant, *florem perdere*. Hanc ean-
dem similitudinem 2 Reg. XIX, 26. legimus, nisi quod
pro eo, quod est in hoc Psalmo הַיָּשׁוּבִים, et quod LXX.
dixe-

dixerunt *evellatur*, in Hebraeo est שָׂרַף, simili voce, *Ipriusquam vento uratur.* AGELLIIUS. Chaldaeus hunc Verbum sic transtulit: יהונו כהציר אפרית דמן קדם ויצין *Erunt sicut gramen tectorum, quod priusquam efflorescat, venit ventus eurus, evellit ipsum, et arefcit.* Syrus: אָרַב דַּבְּבָא; אָרַב דַּבְּבָא אָרַב דַּבְּבָא אָרַב דַּבְּבָא אָרַב דַּבְּבָא אָרַב דַּבְּבָא *Erunt sicuti herba tecti, quae cum flavit in eam ventus, marcescit et arefcit.*

7. *Quo non implet manum suam messor, aut lacertum s. sinum, qui manipulos colligit.* Nulli ulni est foenum tectorum, itaque ne metitur quidem, neque demessum in manipulos ligatur. Significare vult autem, ut nemo est, qui foenum illud in tectis domorum enatum metit, sic qui hostes curet, et floccifaciat, fore neminem.

8. *Neo dicant praetereuntes: benedictio Jovae vobis.* Mos erat, ut qui per agrum, dum segetes meterentur, transirent, gratularentur et bene precarentur messoribus (vid. Ruth II, 4.): itaque quum deesse ait viatores, qui foeni in tectis enati messoribus bene precarentur, significare vult, nullos esse ejusmodi foeni messoris, ac per hoc, hostium consilia non successura. Precatur igitur, ut omnis spes successus et frugis seu emolumenti semper illos frustretur, ut nihil unquam proficiant adversus populum Israeliticum. Sunt, qui bene precandi formulam non ad messoris graminis referant, sed ad gramen illud ipsum. Sed ut esset per se alienum, talem graminis benedictionem fieri, ita illam sententiam refutant verba, quae sequuntur: בְּרַכְנוּ אִתְּכֶם בְּשֵׁם יְהוָה, *bene precamur vobis nomine Jovae*, quae non sunt accipienda, cum Kimchio, pro mera repetitione et confirmatione formulae praecedentis, sed

sed pro salutatione mutua, quod et Chaldaeus vidit, qui his verbis haec praemisit: וְלֹא יִתְיַבֵּן לְהוֹן, *neque respondent illis*, scil. salutantibus viatoribus messorum. Ita enim Ruth II, 4. *Booz e Bethlehemi veniens dixit messoribus*: יְהוָה עִמָּכֶם וַיִּבְרַכְךָ יְהוָה, *Jova vobiscum, illi vero ei responderunt, Jova te fortunet!* Est autem ἀφελαια haec amabilis antiquitatis, quales sunt multae Homericæ, quod simul tota bene precandi formula refertur et exprimitur, quum satis esset dicere: nemo bene precatur talibus.

PSALMUS CENTESIMUS
TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Preces sunt ardentes ejus, qui haeret in calamitatibus gravissimis, et cum his, tum conscientia peccatorum suorum ita premitur, ut tantum non opprimatur. Et sic tamen veniam et remissionem illorum a Deo sibi petit et pollicetur, liberationemque ab iis malis, in quibus propter illa haeret.

Totius populi sub unitis hominis persona preces fieri hoc Psalmo, Versus duo ejus postremi ostendunt. Videtur factus, aut certe adhibitus fuisse in publica illa poenitentia ob peccatum commissum in conjugis cum gentibus exteris in templo acta, de qua Efr. IX. et X.

1. מִמְעַקִּים *Ex profundis* scil. aquarum, cf. Ps. EXIX, 3. 15. Jes. LI, 10., i. e. mersus malis, quae saepe in Psalmis aquarum voragini comparantur.

3. אִם-יִזְכֹּר הַשְׁמֵר-יָהּ *Si serpaveris iniquitates, Domine*, i. e. si memoriam peccatorum admissorum retineas (Job. X, 14. XIV, 16. 17.), et eam tua misericordia non aboleas,

aboleas, אֲבוֹלֵאס, מִי יַעֲמֵךְ, *Domine quis confisset?* quis non ad extremum interitum ac perniciam perveniet? Aut, quis est, qui coram te iudice stare possit, et objectis criminibus respondere, se defendere ac purgare?

4. כִּי-עִמָּךְ הִסְלִיחָה לְמַעַן תִּזְרָא. *Nam tecum, i. e. apud te* (non male Syrus *אִתְּךָ אֲפֻדְךָ*, *ab apud te, f. a te*) *condonatio, ut timearis, i. e. ut spe veniae hominibus facta ad colendum te perducantur, ut colant te homines ut Deum misericordem. Nisi enim talis esset, coleretur Jova non aliter, quam Vejoves, ne noceret scilicet, non ut commodaret, aut sugeretur etiam prorsus, ut tyrannus. Chaldaeus pro duobus postremis vocibus haec habet: מִן בְּגִלְלָהּ הִתְחַחְמִי; ut videaris, ac si תִּזְרָא legisset pro תִּזְרָא. In Graeca Alexandrina versione pro verbis לְמַעַן תִּזְרָא haec leguntur: ἐνενεῦ τοῦ ὀνόματός σου. Sed quum in latina Vulgata, quae graecam totam refert, ita extet: *propter legem tuam*; Agellius conjicit Alexandrinum vertisse ἐνενεῦ τοῦ νόμου τοῦ σου, quod deinde corruptum sit in τοῦ ὀνόματός σου. Et certe magis credibile est, interpretem illum, pro תִּזְרָא legisse aut intellexisse הוֹרָה, quam שִׁמָּךְ. Alias conjecturas de causis Graecae Alexandrinae et Chaldaicae interpretationis vid. in CLARISSII *Commentat.* p. 127. Sensus vero, secundum Alexandrini interpretationem, hic erit: ut lex tua, qua te misericordem et clementem esse docuisti, fidelius ac vera comprobaretur.*

5. קִוִּיתִי יְהוָה מִנְפֹשִׁי וְלִדְבַר הַוְהִלֵּיתִי. *Exspecto Jovam, expectat anima mea, et in verbum ejus spero, spem meam in promissis ejus colloco, spero, ut Jova promissa sua de peccatorum venia sit exsequuturus. Verbo Jovae, דְּבַר, h. l. intelligendae sunt promissiones ejus, ut Pf. CXIX, 74. Job. XXXII, 11.*

6. נַפְשִׁי לְאֲדָרְי מִשְׁמֵרִים לְבֹקֵר. *Anima mea Dominum scil. exspectat, quod est repetendum ex Vs. 5. et 7. cf. Pf. XXXIII, 20.) praecustodibus sub auroram, i. e. ardentius,*

dentius, quam excubitores matutini, qui ultimas noctis s. matutinas vigilias sub diluculum agunt (cf. Exod. XIV, 24. Jud. VII, 19.). שמרים לבקר sunt qui custodias habent sub diluculum, et attenti diem expectant, ut feriatim a custodiendi vigilandique labore somnum capiánt. Ponitur autem prius שמרים nominaliter, alterum participialiter. Similis locus est Jerem. XXIII, 2. הורעים הורעים pastores pascentes populum meum. Quod et Chaldaeus vidit, qui Versum nostrum sic reddidit: נפשי אוריקא לני מן נארי מטרח לצפרא דנשרין לקרבא קרבן צפרא. *Anima mea expectat Dominum magis quam custodes vigiliarum matutarum, quas observant ad offerendum oblationem matutinam.* Mos enim erat, ut eorum Levitarum, qui templi custodiam noctu agere solebant, unus ad hoc esset constitutus, ut observaret primum aurorae ortum, quo sacrificium iuge matutinum rite offerre liceret. Locum ex Tractatu Talmudico *Tamid* attulit Tilingiis in *Disquisit.* p. 141. Aben-Esra vero comparationem nostro loco petitam existimat a re militari. Requirebant autem illa tempora adversus pericula ab hostibus perpetuas excubias, ut igitur ex re praesenti similitudo fumatur. Aliqui de metu excubitoris interpretantur, propter quem diem optet, quum simplicius sit et honestius, propter quietem diem circumspicere, ut liberetur non tam periculo, quam vigiliis excubiarnum. Sunt, qui geminata formula, שמרים לבקר שמרים לבקר excubitores pervigiles significari existiment, qui soli, sine successoribus, totam noctem, usque ad diluculam pervigilant, et tanto magis et cupidius lucem expetunt et prospectant. Sed videtur potius haec repetitio affectui poetae tribuenda. Alexandrinus: ἀπὸ Φυλακῆς πρώτης μέχρι νυκτός ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν κύριον, et Vulgatus: a custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino. Illud: ad noctem Alexandrinum de suo addidisse patet, ut his verbis non tam desiderii vehementia, quam spei firmitas et diuturnitas significetur. Praeterea sequentis Ver-

lus initium ad hunc trahit. „Graeci codd. plerique habent diplasiatum, qui est in Hebraeo: *a custodia matutina usque ad noctem, a custodia matutina speret Israel in Domino*; et hanc repetitionem et Joannes Chrysostomus, et Theodoretus, et de nostris Hieronymus et Augustinus habent, quamvis Augustinus etiam alio modo distinguit: *speravit anima mea in Dominum a custodia matutina usque ad noctem*, deinde subjungit repetitionem; *a custodia matutina speret Israel in Domino*, quae mihi distinctio maxime probatur, et magis ad Hebraeum accedit.“ AGELLIVS. Syrus: $\text{אֲשַׁרְבֵּן מִלַּיְלָה וְעַד בֹּקֶרֶת אֲשַׁרְבֵּן מִלַּיְלָה וְעַד בֹּקֶרֶת}$ *Expectavi Dominum a custodia matutina usque ad custodiam matutinam.* Sensus cum Alexandrino convenit.

7. Non, inquit, vana tua spes erit, neque irrita expectatio, nam apud Jovam est misericordia, illius propria est virtus clementia, $\text{וְיְהוָה עִמּוֹ בְרַחֲמָיו}$ *et nullum apud eum redemptionis*, non tantum voluntatem habet, verum etiam facultate pollet te liberandi, neque illi tamquam qui cupiat quidem te a servitute redimere, sed cui desit pretium, quod pro redemptione detur, parum fidendum est.

8. Liberabit populum Israelicum suum a reatu et poenis peccatorum suorum universis, i. e. a malis, quibus nunc opprimitur.

PSALMUS CENTESIMUS
TRIGESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Contestatur de animo humili et demisso suo auctor, et quod alienissimus sit ab omni insolentia et elatione, contra potius se totum a Deo pendere, neque a se aut rebus suis ullis.

Qui pro Davidico habent Psalmum, ut inscriptio prodit, ferè existimant eum factum adversus calumnias et obtrecciones Sauli et aulicorum ejus, quod regnum malis artibus adspiraret (1 Sam. XXIV, 10. XXVI, 19.); a qua ambitione se alienissimum esse testatur. Tum ob Versum ultimum, ubi apostrophe est ad universum populum, Judaeis ex Babylone reducibus accommodatus fuerit ob criminationes a Sanbalato sparsas, illos meditari rebellionem contra regem Persarum, ideoque aedificare muros urbis, vid. Nehem. VI, 5. 6. 7. Nihil tamen impedit, quo minus credamus Psalmum illa ipsa tempestate primum esse conditum; quum satis constet, quantum fidei inscriptionibus sit tribuendum.

1. וְלֹא-רָטַו עֵינַי *Neque elati sunt oculi mei*, non attollo supercilium, ut facere solent superbi et fastuosi; cf. Ps. XVIII, 28. Cl, 5. Proverb. XL, 17. — וְלֹא-הִלְכְתִי בְגָדֵלֹת *Nec incesse*, s. ambulare, versari consuevi magnis rebus, non arrogavi mihi majora, וְבִבְרָאֹתַי מִמֶּנִּי, *et in mirabilibus prae me*, quae miris modis supra me essent, rationem conditionis meae excederent. De rebus difficulter exsequendis וְבִבְרָאֹתַי dicitur etiam Genes. XVIII, 14. Dent. XVII, 8. XXX, 11.

2. אִם-לֹא שִׁוְוֵיתִי וְרָנַמְתִּי בְפִשִׁי *Si non aequavi et complanavi animum meum*, scilicet hoc vel illud mihi Deus faciat (vid. Ruth I, 17. 1 Sam. III, 17. XX, 13. Dent. I, 35. Jes. V, 9.), i. e. jurans testor, quod compecco et coerceo animum meum, ut sim ab omni elatione et superbia purus. *Animum complanatum* et *aequatum* opponi tumido, et cupiditatum fluctibus turbato (Jes. LVII, 20. Jerem. XLIX, 23.), observavit N. G. SCHROEDERUS in *Observatt. Selectt. ad Origg. Hebr.* Cap. IV. §. XIII. p. 67., et similes Graecorum et Arabum figuratas locutiones attulit. Quorsum vero pertineat comparatio, quae sequitur, וְנִמְלַל עָלַי אִמִּי, *ut ablactatus erga matrem*, dissentiant. Aliqui sensum faciunt hunc: animum meum iusti quiescere, nullam sui curam agentem, non secus atque infans a lacte depulsus. totus a cura matris pendet de nulla re prorsus sollicitus, tantum absūm, ut magna moliar. SCHNÜRREUS in *Dissertatt.* p. 168. puerum uberibus desuetum, qui desiderium ubera sugendi deposuerit, neque amplius plorans ejulansque illa appetat, proponi putat h. l. tanquam imaginem hominis moderati et ab omni cupiditate liberi, cujus animus bene compositus sit. Cui sententiae opposuit GURLITT in *Animadversiff. ad auctores vet.* (in *Sylloge Commentatt. Theologg.* a. D. J. Porro editt. V. I. p. 343.), dubium esse, an וְנִמְלַל dicatur de pnero jam diu ablactato; in infantem vero, modo lacte depulsam, desiderium ubera sugendi omnino depositum non cadere. Ipse vero Gurlitt sensum putat esse

esse hunc: animus meus tam constanter adhaeret Jovae ejusque tutelae confidit (nimirum pro vocabulo Versus nostri penultimo $\eta\gamma$ legendum conjicit $\eta\delta$ vel $\alpha\gamma$ $\beta\gamma$), ut infans lacte matris depulsus, etiam uberibus ejus adhaeret. Alii verba hoc sensu capiunt: tam expertus sum omnis fastus et superbiae quam puer recens ablactatus; in ea enim aetate nihil adhuc esse potest $\epsilon\pi\epsilon\rho\gamma\epsilon\lambda\alpha$ elatum aut superbum, et imprimis ablactionis tempore, quo infantes miserissimi esse solent, quod praeciditur eis prima et propria alimonia ipsorum. Minus commode tamen homo demissus et modestus infanti ablactato videtur comparari. Rectius Muntinghe et Clarisse hoc sibi verba velle dicunt: ut infans a matre paulatim ablactatur, ita et ego paulatim desiderium meum ablacto et compesco. Ceterum $\eta\gamma\delta$ utrinque positum esse elliptice pro $\omega\sigma\tau\alpha\eta\delta$ $\eta\gamma\delta$, notavit Schnurrerus; in comparationibus enim, ubi eadem res his nominanda, interdum quidem repetitur nomen, ut Jes. XXI, 3., frequentissime autem secundo loco omittitur, ut Pf. XVIII, 34. XLVIII, 7. LV, 7. CIII, 5. 15. CX, 3. Attamen illa ellipsis haud esse opus, scite Clarisse monuit, quum non tam animas ablactati, quam ipse ablactandi actus, tertium efficiat comparationis. Neque igitur $\eta\gamma$ esse pleonastice positum, uti nos olim, cum Schnurrero, sumimus, sed esse $\tau\omega$ $\eta\delta$ oppositum, hac sententia: *uti conditio ablactati est erga matrem, sic conditio desiderii mei erga me.* Unde locum ita vertit: *ut ablactatus matri puer est, sic ablactatum mihi meum est desiderium.* In Alexandrina versione hic Versus ita sonat: *εἰ μὴ ἔταπεινωφράνουν, ἀλλὰ ὑψώσα την ψυχὴν μου ὡς τὸ ἀποστραλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ὡς ἀνταποδώσις ἐπὶ τὴν ψυχὴν μου.* Quae Vulgatus sic reddidit: *si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam; sicut ablactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea.* Verbo $\eta\gamma\delta$ Graecus interpres significari existimavit eum, qui supra ceteros sese non attollit, sed eis, etiamque humilioribus, sese aequat; pro $\eta\gamma\delta$ legit

כָּנַמְלִי עָלַי וְנִפְשִׁי עָלַי בְּנַפְשִׁי, atque pro נַפְשִׁי וְנִפְשִׁי enuntiavit עָלַי כָּנַמְלִי. Igitur secundum Alexandrini interpretationem vates imprecatur sibi vindictam atque supplicium, ni humilem sensum sui habuerit, sed in superbiam et factum se extulerit. Sensem ACELLIUS hoc modo explicavit: „Si refugi me aliis aequare, et per animi humilitatem componere; sed me ceteris praeposui et extuli; hoc mihi Deus pro hac superbi animi elatione reddat, ut sicut ablactatus est prope matrem suam, et illam sequitur illique proxime adhaeret, ita retributio sequatur et adhaereat animae meae. Joannes Chryostomus et Theodoretus ad Symmachi translationem verba haec cum exigerent, hyperbaton in LXX, inesse putarunt. Sic namque ille translulit: *εἰ μὴ ἡξίωσα καὶ ὠμολόωσα τῆν ψυχὴν μου ἀπογαλακτισθέντι πρὸς μητέρα αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδοθήσῃ τῇ ψυχῇ μου,* ut rectus ordo in LXX sit: *si non humiliter sentiebam sicut ablactatus puer super matrem suam, illi nimirum adhaerens, et ab illa pendens, nihil sibi confidens, sed exaltavi animam meam, ita retributio sit in animam meam.* Chaldaeus hunc Versum sic reddidit: אִין לָא שְׁוִיתָ אִירָא לְפָנִים וְשָׁתָקִיתָ בְּפִשִׁי עַד דְּצִית פְּחָמִי אִוְרִיתָ הִיךְ חֲסִילָא עַל הַרְרֵי אַמִּיהָ אֲחַבְבְּרִתָּהּ בְּאִוְרִיתָּהּ הִיךְ חֲסִילָא עָלַי בְּפִשִׁי. *Si non posui manum ad os, et tacere feci animam meam, donec audiret verba legis, sicut ablactatus super mammas matris suae, roboratus sum in lege, sicut ablactatus, ita super me anima mea.* Syrus hebraea verbo verbum expressit.

PSALMUS CENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Continet cum confessionem publicam voti Davidici de templo exstruendo a Deo approbati, tum declarationem, templum exstructum sedem Dei et religionis esse debere, tandem repetitionem promissionis divinae per Nathanem Davidi datae de perpetuitate regni ejus.

„Quum David *), pro excellenti sua pietate, postquam ad regiam dignitatem pervenerat, semper in animo habuisset aedificare templum, in quo locaretur Arca Domini, quae ad illud usque tempus sub tentorio fuerat, et ex loco in locum migraverat, nullo domicilio fixo; hoc tamen grave peccatum commisit, quod, ut recitatur in historia sacra, populum cenferi et dinumerari iussit. Ea de causa Deus misit Angelum, qui horribili pestilentia atque mortalitate

*) MOÏSIS AMYRAELDI utor verbis in *Paraphrasi in Psalmos* p. 757.

tate erratum illud castigaret, et cum jam septuaginta millia hominum occidisset, et in eo erat, ut Hierosolymae ipsi imminens, horrendam illam stragem edere perseveraret, cohibuit eum efficitas precum et sacrificiorum, quae David Deo obtulit in area, quam ob Ornano Jebusaeo in eum finem comparaverat. Tanta autem tum fuit Dei erga Davidem bonitas, ut non modo illi peccatum condonaret, et plagam in caede ista sifteret, sed etiam testaretur, sibi magnopere placere desiderium aedificandi Templi, quod semper ille prae se tulerat, et locum in quo sacrificia obtulerat, ei rei dicatum esse significavit, unum hoc reservavit, quod aedem istam sacram construi a Salomone voluit (Vid. 1 Paral. XXI, 18. 26—30. XXII, 1.). Id Salomon postea magnificentissime exsequutus est (2 Paral. III, 1.), et proxime ad veri similitudinem accedit, hunc Psalmum ab eo illa de causa compositum fuisse, ut ad commemorationem rerum jam praeteritarum, et earum, quas Deus pietati Davidis in tempus futurum sponderat, solenniter caneretur. Atque Salomonem, non vero Davidem, ut nonnulli ex Hebraeis putant, hocce Canticum composuisse, probabile facit cum occasio, tum etiam id quod Vs. 8. 9. et 10. continetur. Usurpatum enim fuit a Salomone in celebri illa precatone, qua, ut refertur 2 Chron. VI, 41. 42. Templum jam absolutum consecra-

vit."

vit. Ceterum et in dedicatione templi secundi carmen nostrum usurpatum fuisse, ostendit hoc ipsum, quod XV. illorum carminum, communi שירי המעלות titulo insignitorum fasciculo insertum est.

1. Inducitur primis carminis Versibus universus populus, Deum obtestans, ut declaret se memorem esse Davidis omniumque ejus sollicitudinum in ardore desiderii ingentis sui, quo expetivit templum Jovano cultui sacrum condere. Tribuitur hoc laudis Davidi solum, quod de quaerenda templi sede fuerit sollicitus. Non enim Davidi per Deum licuit templum extruere, ut constat ex 2 Sam: VII, 13. 1 Paral. XVII, 12. In persona universi populi haec verba dici, illud persuadet, quod inferius Vs. 6. 7. in numero multitudinis dictum est: *audivimus, invenimus, introibimus.* זכור לדרך את כל עונותיו *Memento Davidi omnis affligi ejus*, i. e. omnem recordare laborem et sollicitudinem, quibus se ipsam adflixit cultus tui paene collapsi restituendi causa, cui etiam omnia bellici sui laboris praemia consecravit 1 Paral. XVIII, 11. — לדרך *Davidi* memento scil. in bonum; sic verbum cum Dativo personae et accusativo rei construitur Pf. XCVIII, 3. Exod. XXXI, 13. Levit. XXVI, 45. — ענות est Infinitivus nominalis Conjugationis Pyhal, quam vide Jof. LIII, 4. Pf. CXIX, 71. coll. ibid. Vs 50. 61. et 1 Paral. XXII, 14. Alexandrinus (αὐθιγῆ) πάντας τῆς προπόθητος αὐτοῦ, et Vulgatus *memento omnis mansuetudinis ejus* reddidit, quasi ענותו pro ענותו legerit. *Mansuetudine* autem pietatem ac religionem Davidis videtur intellexisse. Ceteri vero interpretes omnes *afflictionem* interpretantur, velut Aquila, κακουχίας, Symmachus κακώσεως, Chaldaeus ܐܘܬܘܪܐ, Syrus ܩܘܪܒܐܢܐ.

2. His quatuor Versibus declaratur Davidis pietas et religio, qui jurasset et vovisset, se templi locum, quem scilicet Dens destinarat (Deut. XII, 5.), quaesiturum, donec reperisset. *אשר* h. l. non *quod*, ut aliqui faciunt, sed *qui* vertendum est: (David) *qui juravit* etc. *לְאֱבִיר יַעֲקֹב* *Potentis Jacobi*, quem Jacobus omnipotentem suum Deum dixit, e. c. Gen. XLIX, 24. Jacobi autem potius quam ullius alterius Patriarchae meminit, quia hic erat generis totius et duodecim tribuum proximus auctor.

3. Sequitur jurisjurandi et voti formula. Subaudiendam autem est hujus Versus initio *לְאֱבִיר*, ut infra Vs. 11. 13. — *אִם-אֶבְיָא* *Si introiero* scil. sic mihi saxis Deus et sic addat (cf. 1 Sam. III, 17. XIV, 54. XXIV, 22. Pf. LXXXIX, 36. et ibi not.) i. e. non ingrediar. Una sententia tribus hisce Versibus continuatur. Votum autem, quod sequitur, *non ingrediar tabernaculum domus meae* (phrasis ex usu veterum desumpta, qui in tentoriis habitabant, cf. Pf. LXXVIII, 55) *neque conscendam spondam, lectum, stratorum meorum, nec concedam somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, usque dum invenero locum*, non esse ita, ut verba sonant, accipiendum, res ipsa et historia docet. Davidem enim, ex quo decreverit templum aedificare, numquam domum suam introisse, numquam obdormisse, nemo facile crediderit; nec voti ejusmodi verbis concepti in historia sit mentio, imo historia habet, cum jam habitaret in domo sua cedrina (vid. 2 Sam. VII, 2.), de condenda aede Jovae Davidem cogitasse. Significatur vero illa hyperbole nihil aliud, quam hoc: prorsus non acquiescam. Talia sunt in vernaculo: non deponam molliter caput meum, et similia; et quae exercent aliquem, ea non sinunt eum quiescere, etiam quum quiescit. Sic Proverb. VI, 4. sapiens homini sponcione obligato suadet, ut eo nexu quantum cura et sollicitudine nisi potest, se expedire curet: *ne dederis, inquit, somnum oculis tuis, neque dormitent palpebrae tuae*. Non enim praecipit, ne omnino dormiat, sed

sed illud consulit, ut omni studio e laqueis sponsonis quam primum se curet exsolvere. Quanta autem Davidi fuerit extruendi templi cura et sollicitudo, intelligitur ex his ejus verbis ad Nathanem, prophetam, 2 Sam. VII, 3. *Videsne, quod ego habitem in domo cedrina, et arca Dei posita sit in medio pellium?*

4. In versione Alexandrina Versus nostri interpretatio legitur haec: *εὶ δώσω ὑπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου.* Quae in Vulgata sic reddita sunt: *si dederō somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis.* Sed illa verba: *et requiem temporibus meis*, ex Theodotionis interpretatione sunt, idemque explicant, quod praecedentia, *et palpebris meis dormitationem*, ideoque in editione LXX., quae habebatur in Octaplis, obelo confossa erant. A. G. E. L. I. U. S.

5. Verba *עַד אֲמַצְא לָךְ מָקוֹם לְיְהוָה* Chaldaeus recte sic explicavit: *עַד הָאֲשַׁמָּה אַחַר לְמַבְנֵי בֵית מִקְדָּשָׁא דְיָי* usque dum invenero locum ad aedificandam domum Sanctuarii Domini. Pluralis *מִשְׁכָּנֹתָי*, *habitationes*, ponitur pro singulari, per enallagen, unum enim fuit et tabernaculum et templum, ut 2 Paral. XVI, 4. *שְׁבַע בְּנֵי בֵּנְיָמִן* tribus Benjamin, ut Genes. XXVIII, 11. *filios*, i. e. Isaacum.

6. Difficilis locus, qui interpretes multum exercuit. Atque primo quidem dissentiant, quo pertineat pronomen feminei generis verbis *שְׂמֵעָה* et *מְצָאָה* affixum. Jarchius subaudiendum censet *שְׂמֵעָה טוֹבָה*, *nuntium bonum*, Kimchius *שְׂבִיבָה הַפְּבוֹרִי*, *Schechinam gloriae*, s. gloriosam Jovae super arca praesentiam. Alii *אֲרֹן*, *arcam*, quod nomen, etsi saepius masculinum, interdum tamen femininum est, ut 1 Sam. IV, 17. 2 Paral. VIII, 11. Alii rectius ad *מִשְׁכָּנֹתָי* referendum putant, non obstante numeri diversitate, dum ad sensum in constructione respicitur, quemadmodum Hof. X, 5. *עָלָיו*, *super eo*, vitulo suo, quamvis *עָלָיו* praecesserit. Cf. STORRII *Observatt. ad Andl. et Synt.* p. 369. 371. Sed majorem difficultatem

creat locorum אפרתה atque שרי-יער mentio. Nam אפרתה quamvis notum sit esse nomen *Bethlehemi* (vid. Gen. XXXV, 16. 19. coll. XLVIII, 7. Ruth. IV, 11. Mich. V, 1.), tamen quo sensu noster dicat: *audivimus illud* scilicet tabernaculum *Ephratae* s. *Bethlehemi* esse, obscurum est, quum nusquam in V. T. libris historicis memoriae sit proditum, arcam sive tabernaculum sacrum *Bethlehemi* unquam collocatum fuisse. Kimchius existimavit referri hic per mimetia verba Davidis, quibus de reperto, quem quaesierat, loco sibi gratulatus fuerit. *Ecce*, iuquebat, *audivimus*, olim ex majoribus nata in *Ephrata*, urbe patria, futurum esse, ut locus eligatur, quo Jovae sacrarium perpetuo sit mansurum; ecce nunc tandem *invenimus* illum in *campis sylvae*, hoc est, in area *Ornanis*, *Jebusaei*, *sylvoso* loco. Alii אפרתה interpretantur *Ephraimicam*, i. e. *Ephraimiticam* regionem (ut *Elkana*, pater *Samuelis*, *Levita* genere, sed patria *Ephraimita* dicitur אפרתה 1 Sam. I, 1., *uli* et *Jeroboamuq* rex, ex tribu *Ephraim* oriundus, 1 Reg. XI, 26.); in qua *Silo* urbs sita fuit, ubi arca subsisterat 349. annis (vid. Jud. XVIII, 31. XXI, 19. 1 Sam. I, 3.); nomine שרי-יער autem indicari putant urbem a locis *sylvosis* dictam קריית-יערים, quo loco arca per 20. annos morata fuit, 1 Sam. VI, 21. VII, 1. 2. Horum igitur plerique sensum faciunt hunc in modum: quum percontabamur olim, ubinam esset *Sacrarium Jovae*, audiebamus, illud esse in *Ephraimitica* regione, i. e. *Silunte*, ubi autem ex eo loco translata fuit, quum eam alias quaesivimus, reperimus eam in *Kiriath-Jearim*, et sic e loco in locum migrare cogebamur, ut *Jovae* debitum cultum ex illius praescripto adhiberemus. Nunc autem, postquam illius domicilium firmiter constitutum est, accedamus pie et religiose ad *tabernacula Domini*, cet. Vs. 7. *TILINGIUS* in *Disquisit.* p. 158. seqq. nomine *Ephraimitidis* designari censet regionem, ubi post infelix proelium cum *Philisthaeis* arca capta et amissa est (1 Sam. IV, 3—18.), *campis sylvae*
vere

vero agrum *Kiriath-Jearim* inter et *Beth-Semes* interjectum, nobilitatum strage aliquot millium hominum, irreverenter ad arcam affluentium (1 Sam. VI, 18. 19.), indeque *Kiriath-Jearim* deducta est. „Exultat autem vates in sui temporis felicitate, qua populus fruebatur, quod arca non amplius huc illuc vagaretur, sed stabilem tandem sortita esset locum, quem populus sine mortis formidine accedere potuit. Huc enim vatem digitum intendisse patet, quia meminit non ipsarum arcae mansionum sive stationum, non *Siluntia*, sed regionis *Ephratae*; ubi Israel adverso proelio victus et arca capta fuerat; non ipsius urbis *Jearim*, i. e. nemorum, sed agri nemorum, illius nempe, ubi Deus, ob irreverenter inspectam sacrosanctam arcam, tot myriadum stragem ediderat. Sicque res tristes tegit verbis concisis et tenuioribus, animos locorum tantum notatione ad eas revocans. Hoc igitur dicit populus: quanto nunc sumus feliciores, quam quidem antea, duris illis et calamitosis temporibus! Olim *audiebamus illam* (arcam) amissam in *Ephraimitide*, et reductam *inveniebamus* prope *Kiriath-Jearim*, in *planitie illa nemorosa*, et utrobique non sine severo Dei in populum iudicio. Quam flebilis erat temporum illorum conditio! quam dehonesta religionis facies! cum arca foederis huc illuc vagaretur, imo ab hostibus caperetur. Nunc vero Deus tandem sibi elegit locum perpetuo habitandum; nunc parata nobis est accedendi et libertas et fiducia.“ — Alii *Ephratae* nomine non tantum urbem *Bethlehem*, vero etiam totum illum tractum inde ab ea urbe usque ad *Hierosolimam* appellatum olim opinantur (neque enim *Bethlehemum* inter et *Hierosolimam* spatium plus quam sex miliarium Romanorum aberat, vid. *RELANDI Palaest.* p. 645.), adeo ut et *Moria mons*, quo templum erat constructum, *Ephrataeae* regionis nomine comprehensus fuerit. Qui hanc sententiam amplectuntur, negant commemorari hoc Versu locos commorationis arcae antiquos *Silunte* et *Kiriath-Jearimis*, sed putant re-

spon-

sponsorum tradi ad desiderium, quod in Versibus, qui praecedunt, expressum erat, ita ut designetur hoc Vs. 6. terminus, quorsum se venturos gaudent Israelitae pii (Vs. 7.), qui ipse locus describatur tum generalius, quod sit in regione Ephrataea, adeoque prope Davidis patriam, Bethlehem, tum specialius, quod sit in agris sylvae, i. e. in monte Moria, qui mons hoc nominis, eo tempore habuerit, quamquam nobis non satis constet de hoc ipso. Sionem vero intendi, manifestum esse ex Vs. 13. — Nova ratione VENEMA hunc locum explicavit. Nimirum Israelitas, qui in hoc Versu loquentes inducantur, dicere: votum illud Davidis, quod inde a Versu 2. allatum fuerat, Salomonem implevisse: *audivimus, invenimus*, inquit, scilicet id, quod David se inventurum voverat. Foeminini enim generis pronomen verbis affixum, vel pro neutro positum esse, ut saepe alias, vel ad מְצַנְנָה referri, (vid. supra). Verbum *audiendi* respicere ad nuncios a Salomone missos, ad convocandos Israelitas ad illam solennitatem 2 Chron. V., 2. Ubi vero haec perceperant? In *Ephrata* et *agris sylvae*, i. e. in locis propinquis et remotis, cultis et incultis. *Ephratam* s. Bethlehemum poni *vel* pro locis vicinis; *vel* pro fertilibus (significat enim אֶפְרַתָּה *summam fertilitatem*, vid. SIMONIS *Onomastic.* V., T. p. 187.), in oppositione ad *agros sylvae*, quibus regiones incultae, praesertim Libani, sunt intelligendae. Hoc forsitan Chaldaeus voluit, qui alterum hujus Versus hemistichium sic reddidit: אֲשֶׁר־תַּחֲנִיחַ בְּתַקְלָה לִבְנֵי אֶתְרֵי דְצַלְיָא, אֶתְרֵי עַלְמַי *Invenimus eam in agro sylvarum Libani, ubi orabant patres antiqui.* Nobis quidem ceteris omnibus Tilingii praesertim videtur hujus loci interpretatio supra allata.

7. נְבוֹאָה *Eamus ergo.* Exhortantur se invicem Israelitae ad solennem loci sacri, jam divinitus definiti, frequentationem, ut Jes. II, 3. Zach. VIII, 21. Alii indicative: *adibimus* itaque et *intrabimus*, ut spem sibi mutuo faciant Israelitae, venturos se in posterum esse ad locum

cum certum et fixum, in quo cultus Jovae sit celebrandus. *בְּתַחֲתוֹת לְהִרְם רַגְלָיו* Adorabimus ad scabellum pedum ejus, i. e. coram arca sacra, cui pedes imponere videtur is, qui insidet alis Cherubinorum, super arca expansis, vid. Ps. XCIX, 5. 1 Paral. XXVIII, 2. Jef. LX, 13. Alii templum scabellum pedum Jovae appellari existimant, respectu coelestis solii, cui Deus insidet.

8. *קוּמָה יְהוָה לְמִנְחָתָהּ* Surge, Jova, ad locum quietis tuae occupandum. Mutavit formulam Moisaicam evocationis Num. X, 35, quum non ad migrationem, sed ad sedem fixam et stabilem arcam evocet ex eo loco, in quo dum templum conderetur, interea substitit. Hunc et duos Versus, qui sequuntur, Salomon solenni illi precatiōni, quam in dedicatione Templi, post illatam illuc arcam adhibuit, totidem fere verbis inseruit, vid. 2 Paral. VI, 41. — *אֲרוֹן עֹדָה* Arca roboris tui, i. e. potentiae et majestatis tuae symbolum. Hoc nominis nusquam alias arcae tribuitur, nisi loco ex nostro Psalmo desumpto 2 Paral. VI, 41; alias communiter dicitur *arca foederis*, *arca Dei*, et semel *arca sanctitatis*, 2 Paral. XXXV, 3. Cf. Ps. XCVI, 6. Alexandrinus nostro loco *ἡ κιβωτός τοῦ ἁγιασματος σου*, et Vulgatus *arcam sanctificationis tuae*, sed 2 Paral. VI, 41. *ἡ κιβωτός τῆς ἰσχύος σου* posuit. „Parum,“ inquit Agellius, „inter utrumque interest. Nam in Paralipomni. quasi materiam sanctificationis et laudis, fortitudinem, posuerunt, nostro loco ipsam laudem; sanctificationem enim pro veneratione ac laude posuerunt; laudantur autem res fortiter gestae. Ergo quum arcae causa multa fortiter gesta essent, ut Jordanis trajectio (Jof. III.), ut Philisthaeorum pestis et lues, ut idolorum eorum dejectio (1 Sam. V, 7.), merito et *arca fortitudinis* vocatur, et *sanctificationis*. Utrumque nomen, quia res conjunctae sunt in Cautico Moisi Exod. XV, 2. conjunctum legitur: *fortitudo mea et laus mea* (עֲרֵי יוֹמְרוֹת) Dominus.“

9. *Sacerdotes tui induant justitiam.* Sacerdotes et Levitae portarunt arcam, qui affuerunt tui, cum ornatu suo. His igitur precatur verum et internum ornatum, ut caste religioseque praesint sacris Jovae in nova aede Sionica. Sequens autem hemistichium, *והסירים ירינו*, et *pii tui jubilent*, non Levitis tantum, sed toti populi bene precari videtur, ut piorum sacerdotum sit populus pius, qui gaudeat et laetetur pio cultu, et fructus hujus percipiat. Sunt enim *והסירים יתה*, quos benignitate sua complectitur, et beneficiis suis afficit. Cf. Ps. XXX, 5. CXLIX, 1. 9. Alii tamen de solis Levitis, quorum erat cantare et psallere, *piorum* nomen capiunt, Chaldaeo auctore, qui sic reddidit: *והסירים יתה*, et *Levitae sancti tui laudes cantant super oblationibus.* Illud, quod 2 Paral. VI, 42., ubi hic Versus ponitur, non *justitiam* (צדק), sed *salutem* (חשיעה) induci dicuntur sacerdotes, et in hoc eodem Psalmo (Vs. 16.): *sacerdotes etiam induam salutari* (ישיע), permovet, ut conjici possit, idem esse *indui salutem*, et *indui justitiam*. *Salutem* vero *indui* idem esse puto, quod pro salute atque auxilio praestito gratias Deo agere, ac Deum laetis vocibus attollere, coll. Ps. CXVII, 15. Si igitur hae laetae acclamationes, *salutis* voces dicuntur, et *indui salutem* est ejusmodi laetis vocibus salutem a Deo praestitam tellari, eadem ratione *indui justitiam* erit res julle vel clementer a Deo gestas alacri voce laudare. Hanc sententiam confirmat, quod sequitur: *et sancti tui exultent.* Maxime vero hoc probat locus Jer. LXI, 10. *Exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, מעיל צדקה יעטני, et indumento justitiae circumdedit me.* Ubi pro indumento justitiae LXX., ut peritissimi viri, qui non verbum verbo, sed sensum redderent, posuerunt *tunicam laetitiae.* AGELLIUS.

10. *Propter Davidem, servum I. cultorem tuum ne avertas faciem uncti tui, ne averferis preces Salomonis, cui regnum com-*

commisisti, propter Davidem, quem tantis promissionibus ornare dignatus es, cf. Vs. 11. et 2 Reg. VIII, 19. *Avertere faciem alicujus* est alicujus vota precesque non admittere, non dare, quod postulat, ut 1 Reg. II, 20., ubi Bathseba ad Solomonem: petitionem unam parvam peto a te, אל השב אה-פני, vide ibid. Vs. 16. 17. Nam qui impetrare nequit, erubescens et adspectu averso discedit. *Uncto Jovae* autem neque Davidem, neque Messiam esse intelligendum, sed Salomonem, jam vidit Chaldaeus, qui Versum nostrum sic reddidit: מטיל וכוחיה דדור עבדך במעל ארונא במצע הרעיה לא תחוב אפי שלמה משיחך. *Propter justitiam Davidis; servi tui, dum intrat. arca per medium portarum, ne avertas faciem Salomonis uncti tui.* Eodem modo et Jarchi. exponit: ne avertas faciem Salomonis, arcam illuc, in locum extruendo templo a Davide destinatum inferentis. Pro successore Davidis preces fieri, inde apparet, quod Vs. sequ. promissionis de successoribus admonetur Jova.

10. נשבע-יהוה לרור אמה *Juravit Jova Davidi veritatem, jusjurandum verum, fidele et firmum.* Subaudiendum est vel nomen verbale שבועה אמה, quod nomen femininum videtur innuere affixum femininum in ממה, vel praefixum ב, *juravit בממה, in veritate, veraciter.* Ita Chaldaeus: בקישטא. *Jurare* vero h. l. *promittere* est, et respicitur promissio Davidi per Nathanem facta 2 Sam. VII, 12. seqq. Cf. 1 Reg. VIII, 25. Pf. LXXXIX, 50. Observant praeterea, respicere haec ad Vs. 2., ut Davidi, qui Deo juraverat, juraverit rursus Deus ipse, adeoque paria quasi reddiderit. לא ישב ממה *Non recedet ab ea promissione; fidem dedit, quam numquam violabit, cf. Jes. XLV, 23. Alii: non poenitebit eum promissionis, s. jurisjurandi sui, eadem sententia, quae Pf. CX, 4. coll. Num. XXIII, 19. 1 Sam. XV, 29. Pf. LXXXIX, 29. Ante verba, quae sequuntur, subaudiendum est לאמר, ut supra Vs. 2. et infra Vs. 13. —* *Unum de fructu ventris tui, de natis tuis,*
Tqm. IV. FFFFF Deut.

Dent. VII, 13. XXVIII, 53. Pf. CXXVII, 3. אָשִׁירָה
 אֶל־לְבַטָּא־לְךָ *Collocabo in folium tibi*, i. e. successorem lar-
 giar. In folio regio collocari s. sedere idem est, ac re-
 gem esse, cf. Prov. XX, 8. Pf. LXXXIX, 30. 37.

12. אִם־יִשְׁמְרוּ בְנֵיהֶם בְּרִיתִי *Si custodient filii tui foe-*
das meum, si sincere observent conditiones sibi a me prae-
 scriptas. וְעֵדוּתִי *Et testimonia*, praecepta (cf. not. ad Pf.
 XXV, 9.) *mea*, combinantur, extra ordinem, nomen plu-
 ralis numeri et suffixum, quomodo alias nominibus sin-
 gularis numeri addi solet; nam ex praescripto regulae
 וְעֵדוּתִי esse debuit. Ita Dent. XXVIII, 59. מִכִּתְּבֶיךָ
plagas tuas. Hebraei haec distributive accipienda opi-
 nantur, q. d. unumquodque *testimoniorum meorum*; utram-
 quamque *plagarum tuarum*. Sed imitati sunt, qui pun-
 cta vocalia illis nominibus subjecerunt, Syros, quibus eo-
 dem modo pluralia nominum femininorum cum eoran-
 dem singularibus coincidunt, ut *בְּרִיתֵי*, in *precibus*
meis, Rom. I, 9.; *וְדַרְכֵי* *vias meas*, Ebr. III, 10. Vid.
 C. B. MICHAELIS *Lumina Syriaca pro illustrando*
ebraismo sacro, §. XXXVII, (in *Sylloge Commentat. Theo-*
logg. a. D. J. POTT edit. Vol. I. p. 243.). Pronomen
 demonstrativum וְ h. l. vim relativi habet, ut Pf. IX, 16.
 XVII, 9. CIV, 8. — יִשְׁבוּ לְבַטָּא־לְךָ *Sedebunt super thro-*
no tibi, i. e. tuum, ut Vs. 11. Aliqui: *propter te*. Pro-
 ent dubio includitur honor, in Davidem; itemmatis regii
 primam originem, redundans.

13. כִּי h. l. nonnulli certe vertunt. Alii *quoniam*,
 ut sequatur ratio jurisjurandi divini Vs. 11. 12. enarrati.
 Aliis est adverbium temporis: *quum* Deus Sionem elegit
 etc. Nobis probatur eorum ratio, qui haec connectunt
 cum adhortatione Vs. 7. hoc modo: Accedamus igitur
 nunc ad sanctum ejus templum, ut eum reverenter ado-
 remus; *etenim* Deus Sionem elegit, ut sit gloriae ipsius
 domicilium. Nomine *Sionis* h. l. Moria mons, ei conti-
 guus, seu potius pars ejus, comprehenditur, vid. RE-
 SARDI *Palaeft.* n. 855. Cf. Pf. LXXVIII. 68. LXXXVII, 2.

14. וְאֵת-מְנוּחָי וְאֵת-מְנוּחָי *Haec est requies mea*, respicit ad Vs. 8., cf. Jer. LXVI, 1. עַד-עַד *In perpetuum*, vid. Vs. 12. et cf. 1 Reg. VIII, 13. — בְּהַר אֵשֶׁב *Hic*, inquam, in hoc monte, *habitabo*, Ps. LXVIII, 17., nec inde discedam, ut ex Silunte, quam repudiavi, Ps. LXXVIII, 60. — כִּי אֶחְיֶה *Quia eam elegi et desideravi*, Vs. 13.

15. Promittit Sioniacis civibus victus etiam et alimentis abundantiam. צַי non *victum* tantum ex venatione, ut Gen. XXVII, 3. 18. Job. XXXVIII, 14., verum et *vaticum*, ut Gen. XLII, 25. Jos. IX, 15. (hand. dubie quia antiquitus et in regionibus, quibus nulla sunt diversoria, iter ingressi arcu suo et venatione sibi de commeatu prospicere coacti erant), imo quamvis *escam*, ut Ps. LXXVIII, 25. Nehem. XIII, 15. significat. In versionis Graecae Alexandrinae codice Vaticano hebraeum צַי תְּהַי אֶת-צַי תְּהַי redditum legitur, pro quo in cod. Alexandrino תְּהַי חֵיָא אֶת-צַי תְּהַי exstat, manifesto errore, sed vetusto, nam et Vulgatus *viduam ejus* habet, et Arabicus in Polyglottis editus Aethiopicusque interpretes idem exhibent. HIERONYMUS in *Quaest. in Genesin* XLV, 21. ita scribit: *Verbum sedita, quod hic omnes ore consona ἐπισιτισμόν, cibaria, vel sitarcia interpretati sunt, in Psalterio quoque habetur: ubi enim nostri legunt: viduam ejus benedicens benedicam, in Ebraeo habetur sedita, cibaria.* — „Ex Hebraeo exploratissimum est, non חֵיָא vertisse LXX., sed תְּהַי, hoc est, *annonam ejus benedicens benedicam*. Symmachus σιτισίον vertit, *rem frumentariam*: adeo fertiles eorum agros reddam, ut cumulatissime frumentum proveniat. Aquila vero τὸν ἐπισιτισμόν, *commeatum*, vel quicquid est, quo ultra panem vescimur, quod non solum abunde incolis sufficeret, sed etiam advenis inde exportare liceat. LXX autem hoc loco תְּהַי posuerunt, ut non frumenta modo, verum etiam omne genus obsonii et avium, et ferarum et piscium, quae retibus ac laqueis capiuntur, in eo loco abundaturum significarent. Sunt etiam exemplaria graeca, quae תְּהַי legant, ut Caena

graeca et Eusebius habet, et Chryostomus *θήραν λέγει τῶν ὀνύων τὴν ἀφ' ὀνύων, τὴν εὐετησίαν, venationem dicit rerum venalium copiam, fertilitatem.* AGELLIUS. Et Arabica Psalorum versio Romae 1614. edita, et ex Graeco facta, *لصيد* exhibet, id est, *θήραν ἀνθής*. Cf. quoque DRUSII *Miscell.* L. I. Cap. LXXX, et CARPELLI *Crit.* S. p. 748. edit. Vogel-Scharfenb.

16. *וְכִכְתִּיבָהּ אֶל־בְּיָשָׁע* *Et sacerdotes ejus salute induam, i. e. salvos eos praestabo.* Kimchi: „loco ejus, quod sacerdotes propter me induunt *vestes justitiae* (Vs. 9.), induam vicissim ipsos *salute*, ut per me sint semper salvi.“ Alii significari putant apertam et manifestam salutem, quae omnibus pateat.

17. *וְאֶצְמִיחַ קַרְנֵי לְדָוִד* *Ibi Sione germinare faciam cornu Davidi, faciam, ut floreat et emineat potentia et praestantia regni Davidici, cf. 1 Sam. II, 10. Metaphora sumta ab iis animantibus, quae potissimum robor in cornibus habent, vid. Deut. XXXIII, 17. Zach. II, 1. Hinc cornu symbolum est regiae potentiae, hostes prosternentis, Dan. VII, 20. VIII, 5. 6. Verbum אֶצְמִיחַ, quod de plantis e terra germinantibus proprie dicitur, hic jungitur cum cornu, per catachresin, qualis et Exod. V, 21, ubi odor et oculis nectitur, et Exod. XX, 18. ubi visus vocibus jungitur. Eadem vero haec nostra phrasia occurrit etiam Ezech. XXIX, 21. *Die illa germinare faciam cornu domui Israelis.* *וְאֶצְמִיחַ נֹר לְמִשְׁכְּנִי* *Parabo lucernam, i. e. splendorem, atque decus, longe lateque conspicuum (cf. 1 Reg. XI, 36. XV, 4. 2 Reg. VIII, 19. Job. XVIII, 6. et ad eum loc. not.) uncto meo Davidi, docente parallelismo. Praeteritum אֶצְמִיחַ (pro futuro est capiendum, quum verbum ejus temporis praecesserit, cf. N. G. SCHROEDERI Syntax. Reg. XLVII, 2.**

18. *וְאֶבְיִשׁ אֶת־בְּיָשָׁע* *Hostes ejus induam pudore, ignominia eos obruam, et frustrentur omnes ipsorum conatus, quibus opprimere aut excindere regem a me con-*
stitui-

titutum ejusque familiam molientur. Cf. similes figuras Ezech. XXVI, 16. Pf. XXXV, 26. CIX, 29. — גַּלְיָוִי וְזָרִי יִצִיָּוֶה. Imo super eo, uncto meo, emicabit diadema ipseus, i. e. diadema regium, post hostes bello superatos illustriore cum splendore super Davidis capite prominebit; decus regium in ipso gloriose splendescet. Verbum יִצִיָּוֶה h. l. ubi de diademate res est, magis commode *micabit*, (coll. Arab. صَمِيص), quam *forebit* redditur. Vid. N. G. SCHROEDERI *Observatt. Select. ad Origg. Hebr.* Cap. VII. §. XXXVII. p. 156. Nomen גַּלְיָוִי Alexandrinus ἀγλασμία, Vulgatus sanctificationem vertit, ut et 2 Reg. XI, 12., quia גַּלְיָוִי *separavit*, a communi usu sergavit, significat.

PSALMUS CENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Concordiæ fraternæ commendatio. Quodsi Davidicum sit hoc carmen, ut inscriptio dicit, non improbanda eorum conjectura, qui vel a Davide ipso, vel ab alio ejus temporis poeta illud tunc editum putant, quum post civilia octo ferme annorum bella omnes tribus ad eum ungendum regem convenissent (2. Sam. V. et 1. Paral. XI.), ut in laetitia illa publica, ad deponenda omnia odia et mutuis officiis, colendam amicitiam illos hortaretur. Alii Psalmum opinantur scriptum a Davide post victorias ab Absalomo et Seba reportatas. Alii conjiciunt hoc et sequens carmen a Davide ad hunc usum conscriptum, ut quoties ad solennia festa populus Israeliticus Hierosolyma in templum conveniret, decantarentur. — Primis post reditum ex Babilonia temporibus aptè Psalmus accommodari potuit, quum sublato veteri illo tribuum regni Israelitici et Judaici discidio, quod multarum cladum et bellorum causa fuerat, reversi in patriam

trium solum ex omnibus tribubus unis legibus unisque sacris conjuncti degerent, quæ concordia laudatur Nehem. VIII, 1. *)

1. Quam suavis et jucunda res est, fratres inter se concordēs vivere et habitare! *Fratrum* nomine h. l. significari omnes, qui non solum sanguinis vinculo, sed etiam religionis, legum, civitatis, officiorum communitate aliquo modo conjuncti societatem inter se constituunt, vix monitu opus. In verbis *מה-בנים שבה אחים גם-והרר*, quam jucundum habitare fratres etiam una, particula *גם* nexus indicatur debitus inter eos, qui, ut consanguinitatis aut religionis vinculo conjuncti sunt, animis etiam cohaerere debent.

2. *Sicut oleum, vel unguentum* illud *eximium*, pretiosum et fragrantissimum; duplex enim He demonstrativum significat notum illud unguentum, quo Pontifex unctus fuit, ut mox diserte additur, quod non fuit oleum olivæ gregarium, sed unguentum odorum et pretiosum quatuor aromatibus compositum, vid. Exod. XXX, 23—25. — *רמחוק על הראש* Chaldaeus recte *על הראש* quod *effusum est super caput* explicavit. *ירר על זקן* Descendit in barbam *barbam Aaronis*, q. d. de pilo in pilum, in barbam totam, anadiplosis, qualis Ps. CXXII, 4. CXXIV, 5. *Aaronis* nomine significantur Pontifices maximi in genere, sicut a primo Caesare omnes successores sunt Caesares appellati, nam Davidis tempore Aaron nullus fuit. Videtur autem hac similitudine non tantum pretiosa fragrantia et suavitas significari, sed pervasione delluentis unguenti et penetrantis omnia, usus etiam et efficacia concordiae indicari, et commendatur haec

) Hunc Psalmum metris Latinis eleganter adumbratum lege a Lowrue de *Sacra Poesi Hebraeorum*, p. 512. edit. Goetting. sec., p. 292. edit. Lipf. Cf. p. 236. (124.)

haec Vs. 1. non tantum ut suavis res et jucunda (נעים), sed etiam ut salutaris et commoda (טוב), neque enim delectat tantum, sed juvat etiam, et non singulos tantum, sed totas communitates. Cf. *das a. u. n. Morgenl.* P. IV. No. 877. p. 117. In verbis, quae sequuntur, שִׁירָר על-פִּי, מְרוֹתָי, pronomen relativum verbo praemissum multi referunt ad מִן, *oleum*, quod descendat ad oram extremam vestimentorum Pontificis, pervadens manando, et quasi perrepens omnia, ut extremam etiam vestis unguentum hoc redoleat. Sed videtur illud שִׁירָר referendum potius ad *barbam*, cujus proxime antea mentio est facta: *quae barba descendit*, s. promissa est; ita ut unguentum super capite effusum in barbam, haec autem in vestem descendere dicatur. Verba על-פִּי מְרוֹתָי Chaldaeus recte על מְרוֹתָי super oram (propr. *agnum*, quod antiquitus orae vestimentorum, tam superiores, quam inferiores ovinis pellibus muniri solebant, ne attererentur, vid. BOCHARTE *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XLIII. T. I. p. 469. edit. Lips.) *vestimentorum ejus*. Nec aliter Alexandrinus: ἐπὶ τῆν ὄψαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ. Nam et Graecis ὄψα et pellis ovina est, ab ὄψ, *ovis*, et fimbria, sive villus vestis. פִּי h. l. significat *oram* s. fimbriam, qua vestimentum sacerdotale, collo adstringebatur, vid. Exod. XXVIII, 32. XXXIX, 23. Quod ad nomen מְרוֹתָי, forma haec feminina nusquam alias occurrit significatu *vestimentorum*, sed *mensuras* denotat, ut Num. XIII, 32. Jerem. XXII, 14., hoc loco vero docet res ipsa, non diversum esse a masculino מֵר וּמְרוֹת, *vestimenta*, vid. Levit. VI, 3. Pf. CIX, 18. Ex sententia FULLERT in *Miscell.* L. VI. C. II. denotat vi originis (מֵר, *mensuravit*) vestem ambitu permagnam amplissimamque, ut quae ceteris omnibus superinjecta et superinduta, eas amplexu coerceret et circumdaret.

3. Nova imagine concordiae suavitas comparatur *rori*, suaviter, absque omni impetu, aliter ac solent procellosi nimbi, descendenti, herbis ceterisque terrae nascenti.

scntibus summe proficuo; cf. similem imaginem Prov. LXIX, 12. Mich. V, 6. על-הררן ציון שירר על-הררן ציון *Sicut ros Hermonis, sicut ros, qui descendit super montana Sion*, nam ante שירר repetendum esse כטל, neque relativum װ ad rorem *Hermonis* esse referendum, res ipsa docet, quum ros, qui in Hermone cadebat, numquam descendere potuerit aut derivari in Sionem, quippe quod neque ratio locorum valde invicem dissitorum, neque natura roris ipsa permittit, ros siquidem a monte uno numquam ita descendit, ut in alterum montem rursus ascendat. Cf. GLASSII *Philol. S.* p. 605. ed. Dath. Nonnulli putant, montem Hermon, quum sit editissimus, nivibus frequenter opertum esse; itaque ventum, qui vocatur Euro-Aquilo, humores illos niveos in montem Sion, quamvis longe distet, deferre, quo delati in rorem solvantur. Quod quam sit coactum, unusquisque sentiet ipse. Alii nomine טל h. l. non *rorem*, qui proprie dicitur, sed qualemcunque humorem, qui terram reddit fertilem, et plantis procreandis alendisque aptam, significari opinantur, hac maxime ratione moti, quod verbum טל in lingua Aethiopica *humidus fuit*, et in Arabica *terram humectavit* denotat. Hinc nostram locum ita vertunt: *sicut humor, vel fluentum Hermonis, qui montana Sionis versus affluit*, ut significetur, fructus mutui amoris et concordiae latissime sese diffundere, sicut aquarum rivi ex monte Hermon decidui, in valles montibus Sionis subjectas ad eas rigandas deferuntur. Existimant porro vatem spectasse Jordanem fluvium, qui ex lacu Phisala effusus, et, postquam per occultos meatus sub terra delatus esset, circa Paneadem, prope Hermonem, velint ex novo fonte editus, aquisque montanis ita auctus, ut ex rivulo fiat fluvius, spatiosis jam ripis et pleno alveo fertur Sionem versus, et in depressiore planitie Hierichuntina, prope Hierosolyma, circumjectos late rigat campos. Quam sententiam, a Fentonio primum propositam, deinceps a Baschio exornatam, pluribus commenda-

vit **TILING** in *Disquisit.* p. 179: seqq. Nititur vero illa argumento mere etymologico, nomen **אֲבָקָה** *aquarum fluentia* significare posse; quod quidem nemo facile negaverit, usurpatum autem eo significato vivente lingua fuisse, nemo unquam demonstrabit. Quae illius explanationis propugnatores adferunt loca, Genes. XXVII, 28, et Hagg. I, 10., et quod posteriore loco Chaldaeus hebraicum **אֲבָקָה** interpretatus est *pluviam*, nihil probant. Mitto alia plura, maximam partem inutilissima hujus loci interpretamenta, quae tamen si scire cupias, evolvas **PERRIERI Dubia Vexx.** p. 631: seqq. et **YSBR. van HAMELSVELD Geograph. Biblic.** P. I. p. 344: seqq. Vers. teuton., ubi minime sunt negligendae interpretis teutonici, Jaenischii, animadversiones, in quibus recentiorum quorundam explanationes argumentis idoneis sunt refutatae. Cf. et *das a. u. n. Morgenl.* P. IV. No. 878: p. 118: seqq. **הַרְרֵי צִיּוֹן** *Montes Sion* significare videtur eos montes, qui circa Hierosolyma sunt conspicui. Unicus namque est mons Sion, qui, quum arce emineret regia, alios montes sibi velut subditos aut apparitores hic nanciscitur. Cf. **Pf. CXXV, 1.** *Roris autem montium* sit mentio, quia quum sint propter altitudinem sicciores, major eis roris est necessitas commoditasque. In posteriore Versus hemistichio adverbium **שָׁמָּה** non est ad Sionem referendum; sed ratio redditur praedicatae Versu 1. bonitatis, nimirum *quia illic*, ubi homines concordiam inter se studiose colunt, Jova prosperitatem omnigenam adesse jubet. **צַדִּיק**, *Mandat*, quasi sistendam se jubet, ut **Pf. LXVIII, 29. CXI, 9.** Ante **וַיִּבְנוּ** subaudiendum est **Vav**; *afyndeton*, qualia plura in his carminibus.

PSALMUS CENTESIMUS
TRIGESIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Hortatio ad preces faciendas et Jovam celebrandum, incertum, num ad universos Dei cultores directa, an vero ad solos Levitas et sacerdotes eos, quibus erat, nocturnas excubias in templo agere. Aliqui eorum, quibus posterior sententia placet, dramaticum volunt esse hoc carmen; nam in duobus primis Versibus Levitarum, qui excubias templi adirent, digniorem ceteros suos socios hortari, ut, dum excubias agant, laudes Dei celebrent, atque orent, neque se defungi officio putent; si in Templo sive ad Templum pervigiles stent; in postremo autem versu ceteros respondere, eique fausta omnia a Deo precari, qui se officii admoneat. **TILINGIUS** hoc Psalmo contineri existimat laetam acclamationem ad sacerdotes et Levitas, jam rursus, post restitutum cum Templo cultum, munia sua obeuntes, et excitationem, ut rite sancteque illis fungantur; cf. Nehem. XII, 44—47. Quae quidem sententia videtur carminum reliquorum XV., quorum hoc ultimum est, argumentis et usibus optime convenire.

1. הַפֶּה h. l. non esse particulam attentionis, sed exhorationis, res ostendit. בָּרַכּוּ אֹהֶ-יְהוָה Benedicite Jovae, i. e. laudibus et gratiarum actionibus eum celebrate, Pf. LXVI, 8. LXVIII, 27. XCVI, 2: — כָּל-עַבְדֵי יְהוָה כל Omnes famuli Jovae, i. e. Levitae et sacerdotalis generis viri. Quamquam enim עַבְדֵי יְהוָה nomine alias universos Jovae cultores nuncupari constat, hoc tamen loco illud ad solos eos, qui prae ceteris divino cultui erant addicti et consecrati, et templi ministerio fungebantur, restringendum esse (ut Pf. CXXXV, 1. 2.), inde cognoscitur, quod additum est: הַעֲמִידִים בְּבֵית יְהוָה בְּלַיְלָהּ qui statis in domo Jovae noctu, quibus verbis aperte significantur Levitae, quorum munus erat, in templo etiam noctu, per vires scilicet, excubare, cf. Levit. VIII, 35. 1 Sam. III, 3., atque ΡΕΛΑΚΔΙ, Antiqq. Hebraeor. p. 235. הַעֲמִידִים Qui stantes estis, i. e. ministratis; usurpatur enim verbum עָמַד tam de satellitibus et apparitoribus regis, coram rege ad jussa excipienda prompte adstantibus, vid. 1 Reg. I, 2. 4. 15. X, 8. coll. Proverb. XXII, 29., quam de officiis sacris, ut Deut. X, 8., ubi, expresse dicitur, separasse sibi Jovam tribum Levi לְעִמּוֹד לְפָנָי יְהוָה לְשָׂרְתוֹ ut staret coram Jova ad ministrandum ei, item Deut. XVIII, 7. 2 Reg. V, 16. 1 Paral. XXIII, 30. (ut starent lingulis matutinis ad celebrandum et laudandum Dominum), 2 Paral. XXIX, 11. (Vos elegit Dominus, ut stetis coram eo ad ministrandum ei). Sic Latinis stare ad pedes alicujus dicuntur, qui alicui ministrant, et apud Suetonium (Vit. Caesar. c. 2.) stetisse ad cyathum et vinum Nicomedi, i. e. pocula ei ministrasse Caesar dicitur. Chaldaeus posteriora Versus hujus verba sic explicavit: הַעֲמִידִים עַל בֵּית מִטְרָה בֵּית מִקְדָּשׁוֹ דְּרֵי וְיִמְשַׁבְּחוּ בְּלַיְלָהּ qui statis in loco custodiae templi Jovani et laudes canitis noctibus. Alexandrinus, eumque sequutus Vulgatus, בְּלַיְלָהּ traxit ad sequentem Versum, huic vero post interpretationem

tionem verborum יְהוָה יְבִיחַ אֶתְּמוֹתֵינוּ addit *in atris domus Dei, nostri*, quod est accersitum ex Vs. 2. Psalmi sequentis.

2. *Tollite manus vestras ad sanctum*, subaudienda est ante קָרַשׁ particula אֵל, expressa in loco simili Pf. XXVIII, 2., quare et Alexandrinus h. l. *slg' αἴτια*, et Syrus *لصوتهم*. Obverterunt autem precentes semper sese ad sacrarium sanctissimum, ubi erat arca, ubicunque locorum essent, in templo autem multo magis, cf. Pf. XCIX, 5. Chaldaeus: *sustollite manus vestras* קָרַשׁ קָרַשׁ אֵל דְּרוֹכָן קְדִישָׁא *sacerdotes super suggesto sancto*, quo sacerdotes bene precari populo solebant, vid. Buxtorfii *Lexic. Chald.* voc. דְּרוֹכָן.

3. E diverso Jova יְבָרְכֶךָ *tibi benedicat*, spectat enim ad בָּרַכְוּ Vs. 2. Affixum singularis numeri videtur poni distributive, ita ut cuius laudantium Jovam promittatur prosperitas divinitus conferenda. Alii inferendum putant לְאָמֵר, ut haec sit sacerdotum bene precandi pro populo formula, cf. Num. VI, 24. Id quod tamen non videtur satis cohaerere cum antecedentibus; quum personae sacrae solum hic jubeantur לְבָרַךְ *celebrare Jovam*, nulla precum pro populo facta mentione. מִצִּיּוֹן *E Sione*, e loco cultus sacri publico, quem ut adorantes externo gestu tenebantur venerari ob peculiarem in eo Jovae praesentiam, ita ex eodem etiam petita ac beneficia omnis generis videbantur reportari. עָשָׂה שָׁמַיִם וָאָרֶץ *Qui fecit coelum et terram*, ideoque nihil non potest tibi facere, nihil non boni in te conferre.

PSALMUS CENTESIMUS TRIGESIMUS QUINTUS.

A R G U M E N T U M.

Hic Psalmus non tantum, ut is qui proxime praeceffit, sacerdotes et Levitas, sed totum omnino populum exhortatur ad celebranda beneficia, majoribus ipsius a Deo exhibita, quibus ostenderit potentiam suam, et se verum ac unicum Deum esse, hacque occasione utens ex antithesi exagitat et insectatur idola gentium exterarum et cultum horum, atque superstitionem illorum universam, quorum nugacia numina et nihil sint, et nihil possint simile. Tempus et occasio Psalmi conditi nequit definiri.

2. Cf. not. ad Ps. CXXXIV, 1. — בחצרות בית אלהינו *In atriis domus Dei nostri*, in atriis templum ambientibus, duplex enim atrium fuit, sacerdotum unum, alterum populi, vid. 2 Paral. IV, 9. Quare, quum hic *atriorum* mentio fiat, posterius hemistichium populum universum hortari videtur, cf. infra Vs. 19. 20., quibus similiter et universus populus, et Levitae ac sacerdotes seorsim compellantur. Quomodo si capiendus sit hic Versus, ante בחצרות repetenendum שלמרים erit. Kimchi quoque

que hoc posterius hemistichium ad Israelitas refert, qui in atriis orabant, nec ingrediebantur templum.

3. *בִּי נְעִים* *Nam jucundum est scil. Jovam celebrare*, coll. Pf. CXLVII, 1. Alii pro Jovae epitheto habent, hoc sensu: Psalmos canite in laudem gratiosissimi nominis illius.

4. *עַבְדְּךָ יַעֲקֹב* *Jacobum*, i. e. Jacobi posteros, vel populum ex Jacobi filiis oriundum, metonymia causae, qualis Genes. IX, 27., cf. Pf. XIV, 7. LXXIX, 7. *בָּחַר לִי* *Elegit sibi* in peculium, ut intelligere est ex hemistichio altero. *יִשְׂרָאֵל* *Israelem*; *ἐπιμονή* manifesta, qua mutatis verbis res geminatur eadem; notum enim, *Jacobi* et *Israelis* nomine eundem designari virum, qui ipse tamen h. l., ut jam monitum est, metonymice pro posteris usurpatur; cf. locos similes Pf. CV, 23. CXIV, 1. CXLVII, 9.

5. Nova Jovae laudes celebrandi causa: sicut Vs. 4. argumenti loco afferebatur Dei erga Israeliticum populum peculiaris benignitas, ita nunc magnitudo ejus et majestas incomparabilis producitur. *בִּי אֲנִי יְרַעֲתִי* *Quia ego cognovi*, q. d. ideo hortor vos, ut illum laudetis, quoniam ex ejus operibus magnum esse intellexi.

7. Probatur sententia superioris Versus ex pluviis, fulguribus et ventis. *מַעֲלָה נְשִׂאִים מִקְצֵה הָאָרֶץ* *Qui ascendere facit nubes ab extremitate terrae*, quod aliqui sic intelligunt: e mari, quoq. terrae fines ambiuntur, coll. Am. V, 8. 1 Reg. XVIII, 44. Sed accommodatus est sermo ad oculorum judicium, quippe cum horizontem eminus contemplemur, videntur ex ultimis illis terrae partibus, ubi visus noster terminatur, nubes elevari et adduci. Totus hic locus extat quoque Jer. X, 13. LI, 16. *בְּרָקִים לְמַטֵּר עִטָּה* *Fulgura cum pluvia facit*, sunt enim in terris illis pluviae plerumque cum fulguribus conjunctae, vid. HARMERI *Observatt.* P. I. p. 70. vers. teuton. h. l. pro *עִטָּה*, ut Genes. XLVI, 26. Pf. LXXXIX, 4. CXIX, 56. 98. Alexandrinus: *αστραπὴς εἰς ὑετὸν*, et Vulgatus: *fulgura in pluviam fecit*, quod mirum est, ut fulgura, quum

quum igneam naturam habeant, et aquis contraria qualitate polleant, simul cum pluvia deferantur. — מוצא ריח מאוצרותי *Educens ventos e thesauris suis*, i. e. e specubus et locis abditis, ubi venti delitescunt, quasi res in thesauris. Simili imagine Graeci Latinique poetae Aeolum e montis sui claustris ventos fabulantur emittere.

8. Ab operibus Joyae generalibus venit ad illa specialia, quae ad Israelitas pertinebant. Vid. Exod. XIII, 15.

9. Suffixum ה nomini בַּחוּךְ additum cum adjecto Jod (כִּי), more Aramaeorum, ut Pf. CIII, 3. 4. CXVII,

7. Cf. C. B. MICHAELIS *Lumina Syriaca*, loco ad Pf. CXXXII, 12. צִיטוֹ h. l. non sunt mancipia, aut servi proprie dicti Pharaonis, sed ministri ejus aulici et procsres, ut Exod. V, 21. VII, 10.

10. 11. לְסִיחוֹן *Sichonem*, qui commeatum denegabat Israelitis, bello eosdem simul laceffens, Num. XXI, 21. 23. Deut. II, 30. Praefixum ל h. l. accusativi signum est, quum הָרֵג alias post se habere soleat, אָמַר, accusativi notam, Jud. IX, 24. 35. 1 Reg. XIX, 1. Sic 2 Sam. III, 32. הָרַגוּ לְאַכִּיזַיִר. Sichonis autem et Ogi meminit, utpote inter debellatos primorum, ut patet ex Jos. XII, et Num. XXI, itemque ceteris potentiorum cf. Am. II, 9.

12. Nomen נָחֵלָה repetitur per anadiplosin, qualis Pf. CXXII, 2. 3. 4. CXXXIII, 2.

14. Particula כִּי videtur h. l. mere expletiva esse, et tantummodo subnectere posteriora prioribus. Alii tamen illam *quin* vertendam putant, nexumque hoc modo faciendum: Joyae laudes perpetuo sunt celebrandae, quia כִּי עָמַד *causam sui populi agere solet*; כִּי רִיבֵן f. רִיבֵן enim, quod proprie *judicare* significat, quandoque speciatim est, causam oppressi alicujus agere contra adversarios, ut Pf. LIV, 3. et cf. ibi not. וְעַל-עֲבֹרֵי יְהוֹנָתָן *Et propter servos suos poenitet eum*, i. e. miseretur cultorum suorum, ab indignatione ac in clementiam ad animum mitiorem sese convertit, commiserando afflictorum, opemque ferendo. *Poenitentia duci* Deus dicitur, quoties sententiam

et factum mutat, agitque quod homines agere solent, quum eos facti alicujus poenitet, quando aliter cum hominibus agere incipit, quam egerat prius. Chaldaeus: יהוב ברחמי *convertitur in miserationes*. Desumptus est hic locus ex Deut. XXXII, 36.

15 — 18. Iidem hi Versus aderant Pf. CXV, 4. seqq.

17. Pro eo, quod est Pf. CXV, 6. נאף להם ולא נאף לריחן *nares habent, nec odorantur*, nostro loco ponitur, ubi dubium est, נאף sitne pro nomine *nasum* significante, an pro particula *etiam* capiendum. Prius qui volunt, verba sic interpretantur: *nasus* scil. eis est; *nullus vero spiritus in eorum ore*, i. e. adeo non loquuntur, ut etiam spiritu et halitu illo, qui mutis animantibus communis est, perque os et nares e corde exeat, careant.

19. Cf. Pf. CXV, 10. 11. 12.

21. ברוך יהוה מציין *Laudatus sit Jovā ex Sionē*, ex Sione, loco ad cultum suum electo, longe lateque perfonent Jovae laudes. Cf. Pf. CXXXVIII, 5. CXXXIV, 3.

PSALMUS CENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS

ARGUMENTUM.

Ejusdem est argumenti cum praecedente. Laudat Jovam propter bonitatem suam, quam demonstravit partim in creatione totius hujus universi, partim beneficiis, quae in populum Israeliticum contulit. Non dubito, eorum adslipulari sententiae, qui existimant, hunc Psalmum in fundatione templi secundi usurpatum fuisse, quod maxime ex Efr. III, 11. colligunt, ubi narratur, reduces alternis choris Jovam laudasse, quod bonus sit, aeternaque in Israelitas benignitate. Quae ipsa formula est, in qua singuli hujus Psalmi Versus desinunt, qua respondebatur alteri choro, prius hemistichium accinenti.

5. בחכמה *Cum intelligentia*, i. e. sapienter et ingeniose. Cf. Proverb. III, 19. Pl. CIV, 24. Jerem., X, 12. LI, 15. Jovae virtutes ex operibus ejus demonstrare hic incipit.

6. לרזק *Ei, qui diduxit s. expandit*, cf. not. ad Gen. I, 6., et verbum in Piel Exod. XXXIX, 3. Jes. XL, 19. Similis forma Participii exstat Pl. XCIV, 9. — על

הַיָּם *Supra* vel *juxta aquas*, i. e. qui fecit terram sic, ut de aquis emineat, et non tota his obruatur, sicut initio creationis factum est, antequam in alveos maris et fluminum confluerent. Cf. Prov. VIII, 29. Pf. XXIV, 2., et C. B. MICHAELIS *de Notionibus Superi et Inferi*, in *Commentatt. Theologg.* a Velthufenio et Kuinoelio editit. Vol. V. p. 435.

13. לַגְּזֵרִים *In segmenta* scil. duo (ut Gen. XV, 17.), ut instar muri aquae utrinque confisterent, et transeuntium latera stiparent. Exod. XIV, 22.

15. נָעַר *Excussit*, prostravit fluctibusque obruit, Exod. XIV, 27. XV, 19.

23. שָׁבַשְׁפָּלְנוּ זְכַר לָנוּ *Qui in humiliatione nostra, quum jaceremus oppressi, memor fuit nostri; ל* est nota objecti, ut Vs. 19. 20. 2 Sam. III, 30. Videntur autem haec verba ad antiquas calamitates populi referenda esse non ad ejus temporis, quo carmen factum est, ut respondeant praecedentibus.

PSALMUS CENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Testantur musici et cantores templi suam constantiam, quam in exilio inter hostes olim suos, postulantes cantica et modos ipsorum, praestiterint, et quam libere recusaverint profanationem sacrorum carminum, addita imprecatione, quam usurpaverint tum adversus eos, qui talem profanationem ab ipsis postulare ausi fuere. Carmen non ipso durantis exilii tempore, sed postea, cum dimissi essent, et conditione tali, qua possent organis Musicis suis jam recte uti, editum esse, ostendit et res ipsa, et verborum temporis praeteriti usus in Versibus prioribus *).

1.

*) Omnium, quos vidi, interpretum unus RUDINGERUS hujus Psalmi sententiam et consilium perspexisse videtur: „Existimo, inquit, hunc etiam Psalmum factum initiis consecrati templi secundi, et cantores templi, restituta tum Musica ipsorum usui pristino et vero suo, in templo instaurato, vel fundamento posito, inter ceteros Psalmos, hunc etiam de se accinuisse ad laudem Dei, pro beneficio tanto liberati reducti-
que

1. על-נהרות בבל *Ad flumina Babylonis*, non urbis, sed regni, per quod dispersi vivebant. Flumina igitur illa sunt Euphrates et Tigris, item Chaboras, Ezech. I, 3. III, 15., et Eulaeus, Dan. VIII, 2. — Fluminum mentio forsitan eo pertinet, quod synagogae apud flumina condi solerent, quia Judaei obstricti erant ad manus suas ante preces abluendus, illa vero puriores aquas subministrant, quum alia aquarum receptacula. Cf. VITRINCA de *Synagoga vet.* L. I. P. I. Cap. 11. p. 21. et *das a. u. n. Morgenl.* P. VI. No. 281. p. 26. seqq. Unde et prophetis in exilio degentibus visiones ad flumina obvenisse legimus locis ante laudatis. — Sionis mentio ostendit, non tam de patria, Palaestina, etsi de hac etiam, quam de cultu et loco cultus divini doluisse exules pios illos musicos, praesertim fani Sionici.

2. Quod *citharas suas ad vicinas fluminibus illis salices se ajunt suspendisse*, significant suspensum musicae usum: organa musica, Deo consecrata, otiosa pendebant, nec de more ad ea canere potuimus, sed tristem vitam in luctuoso silentio transigere coacti fuimus. בחוקה *In medio ejus* scil. ארץ בבל, pro simplici בה, *in ea*. *Cithararum*, כנוריה, alias in solemnioribus gaudiis usus erat, Genes. XXXI, 27. 1 Sam. X, 5. 2 Sam. VI, 5.; unde earum cessatio ingentem et publicum luctum indicat, ut Jes.

XXIV,

que populi, et cultus etiam restituti in templo pristini, eaque occasione illos haec commemorasse de veteribus calamitatibus suis. Quasi dicerent: „Sit laus et gloria Deo, qui haec nobis restituit, ut Musica nostra iterum recte uti possimus: Erit igitur hoc *Levitarum et Musicorum* illius temporis Canticum, quo ipsi, a se, arcam exceperunt, et templum novum consecrarunt, vel fundamenta certe hujus.“ Hunc Psalmum metris theodiscis eleganter reddidit annotationibusque explicavit C. GUIL. JUSTI, in libro a se edito, cui haec est epigraphe: *National Gesänge der Hebraeer*, Marburg, 1803. 8.

XXIV, 8. Ezech. XXVII, 13. Job. XXX, 31. Thren. V, 15. Hoc tamen loco cithararum mentio laud dubie est *συνεδοχικῆ*, pro organis musicis omnibus Musicorum sacrorum, quae ex his verbis apparet eos secum in exilium, ut supellectilem artis suae, asportasse.

3. *שׂוֹאֵלֵינוּ* Particulam *שׂוֹ* multi quia transferunt, quasi ratio reddatur, cur sacra instrumenta e manibus deposuerint, hac sententia: suspendebamus organa illa nostra, ne necesse haberemus increpare ea, aut quisquam nos ad hoc urgeret. Sed sic etiam averti hoc non potuit. Praestat igitur; *שׂוֹ* h. l. pro *quum, quando*, capere, ut Exod. III, 21 Num. XXII, 22. 2 Paral. VI, 28. locisque aliis pluribus. Ita tamen haec dicuntur, ut appareat, occasione organorum musicorum, quae sic otiosa pendere viderent, Babylonios postulasse, ut illa increparent, et accinerent aliquid, etiam curiositate aliqui, ut audirent externam Musicam. Sic ab *Alexandro captivae seminarum jubeantur suo ritu canere in ludis, inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen*, ut CURTIUS refert Lib. VI. c. 1. — *שׂוֹאֵלֵינוּ* sensu convenire cum *שׂוֹאֵלֵינוּ*, qui captivos nos abduxerant, dubium esse nequit, sed quid proprie illa vox significet variae sunt variorum sententiae. JARCHI ab *שׂוֹ*, *insanivit*, *שׂוֹאֵלֵינוּ* eos qui insanirent, qui insanorum more sese haberent erga Israelitas notare existimat. Alii a *שׂוֹ*, qui nos ululare fecerint, ululatus nostri auctores. Alii a *שׂוֹ*, *tumulus, cumulus* (Jof. VIII, 28. Jerem. XLIX, 2.), *contumelatores nostri*, i. e. qui urbes nostras in *שׂוֹאֵלֵינוּ*, *cumulos et acervos lapidum redegerant*. Cf. GATACKERI *Adversaria Miscellanea posthuma* C. XVIII. p. 627. Chaldaeus *שׂוֹאֵלֵינוּ*, *depraedatores nostri*, quasi *שׂוֹאֵלֵינוּ* sit pro *שׂוֹאֵלֵינוּ*, niutato *שׂוֹ* in *שׂוֹ*, idiotismo Chaldaico. Arabica dialectus offert tam *سَوَّ*, *peritit, perdidit, diruit, dejecit, subvertit*, quam *سَوَّ*, *stravit, humili, prostravit*, et in IV. Conjug.

jug. *vinxit, manu duxit.* Alii radicem לָחַץ esse putant, ejusdem significationis cum לָחַץ (literis ה et ט permutatis, cf. SCHULTENSII *Clav. Dialector.* p. 241. et 316), Arab.

طال (pro طَوَّل), *longus, remotus fuit*, in II, et IV. Conjug. *elongavit.* Quod idem forsitan spectavit Alexandrinus, qui οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς reddidit, quem sequutus Vulgatus, *qui abduxerunt nos*, et Syrus ܥܘܕܘܢܘܢܐ,

quod idem significat, a ܥܘܕܢܐ. Certe hoc ipsum voci לָחַץ, quod praecessit, optime congruit. Vetus quidam interpres, cujus nomen ignotum, οἱ καταλαζονεύμενοι ἡμᾶς, *qui arroganter se gerebant adversus nos*, vertit forsitan ex significatione Chaldaici לָחַץ, *exaltavit, in altum sustulit*, quod, ut Hebraeum לָחַץ, ad *fastum et elationem animi* sit translatum; quae est conjectura nequaquam improbabilis Dathii in Nota ad Psalterium Syriac h. l. — לָחַץ *Laetitiam*, i. e. laetum aliquod carmen sibi accini postulabant a nobis, qui exclusa omni penitus laetitia nihil poteramus aliud, quam fletui vacare, et in lacrymis vitam degere. Verbis, quae sequuntur, Chaldaeus recte אמרין, *dicentes*, praemisit, atque ציון שירך bene reddidit ציון אמרין דהוי ציון אמרין *unum de illis canticis, quae in Sione dixistis*, scil. qualia in templo cantare solébant (שירורו הַכֶּלֶת Amos. VIII, 3.). Neque enim, quae aliquorum est opinio, ut novum carmen pangant panegyricum, aut ἑρηνοτικόν, aut alius generis de templo et patria vastata, postulare Babylonios, sed sacrum aliquod carmen, ex veteribus illis suis Sioniciis ostendit exfulum responsio, Versu proximo, ut sic illi insultarint non captis tantum, sed Deo etiam ipsi et cultui ejus Judaico.

4. Tum (pendet enim hic Versus a בִּי, *quum, quando* Vs. 3.) nos sic contra; quomodo exules nos et caneremus, et consecrata Jovae carmina accineremus in terra peregrina, ad externos, et a cultu Dei nostri alienos?

על אדמה נכר *In terra alienigeni* scil. populi, vel *per-*
egrini scil. Dei, coll. Genes. XXXV, 2. Jerem. VIII, 19.

5. [אם אשכחך ירושלים השכח ימיני] „Omnes nostri interpretes in secundo membro ellipsin statuunt: *si oblitus fuero tui, o Jerusalem, obliviscatur dextera mea*, vel sui vel artis chordas pullandi. At Chaldaeus nullam agnovit ellipsin; accepit enim השכח in secunda persona, ac vertit: אין מנשכח ליה ירושלים אנשייה לימיני, *si obliviscor tui, o Jerusalem, obliviscere [imo obliviscar] dexteræ meae*. Eodem sensu Alexandrinus: ἐπιλησθηῖν ἢ δεξιᾶ μου, Vulgatus: *oblivioni detur dextera mea*. Legisse videntur השכח in Niphal, aut sensum expresse-
runt; idem enim est, *obliviscere dexteræ meae*, et *obli-*
vioni detur dextera mea.“ LUDOVIC. DE DIEU. Sed השכח non capiendum esse secunda, verum, tertia persona, docet הרבב, Versu sequ., cujus eadem est ratio ac hujus. Quod jam Syrus videtur intellexisse, qui Versum nostrum sic reddidit: *אִלְאִי אֲכַחֵב אִסְתַּחֵב לְאֵיבֵי נַפְשִׁי*, *Si obliviscar tui, Hierosolyma, obliviscatur mei dex-*
tera mea, i. e., ut recte explicavit Dathius in Not. ad Psalter. Syriac. h. l., non amplius munere suo fungatur, luxetur, aut torpore corripietur. Ita ad השכח subaudiendum est suffixum primæ personæ ex proximo ימיני, quæ ipsa ellipsis et infra CXXXIX, 1., cujus exempla plura vid. in GESSENI *Lehrgeb.* p. 734.; et verbo cum suffixo אשכח in priori hemistichio omnino respondere debet in altero simile השכחי. Bene quoque sic hinc Versui congruit Versus 6. Ut similem phrasin Dathius l. c. attulit locum perquam ambiguum Job. XXVIII, 4. נשכחום מני רגלי, cujus tamen haud dubie plane alius est sensus, quam nostri. Rectius similis imprecationis formulam allegasset Job. XXXI, 22. *Scapula mea ab humero decidat, et brachium meum a cauna decidat*. Sunt, qui omissum opinentur nominativum נפשי, ut Pf. XVI, 2, hoc sensu: *obliviscetur anima mea dexteræ meae*,

meae, h. e. obliviscar ejus. Ita STORR in *Observatt. ad Anal. et Synt. Hebr.* p. 416. not. Eodem modo nostra verba videtur Chaldaens accepisse, cujus translatio superius in Ludov. de Dieu nota est allata, emendato tamen errore ab illo commisso in vertendo מְנַשִּׁייה. Nescio tamen, annon prior interpretatio sit praefenda. Simile huic loco est illud Nabegae Dhobianitae ذَابِغَةَ,


الذَّبْيَانِي, in carmine, quod edidit DE SACY in *Chrestomath. Arab.* p. 328.

مَا انْ اَتَيْتُ بِشَيْءٍ اَنْتَ تُكْرَهُهُ
اِذَا فَلَ رَفَعْتَ سَوْطِي اِلَى يَدِي

Numquam commisi quidquam, quod te dolore afficeret; sin aliter, ne mea manus flagellum meum mihi tollere valeat!

6. אִם-לֹא אֶזְכְּרֶנּוּ Adhaerescat palatui meo lingua mea, ne fari possit, multo minus canere, ni meminero tui, si, dum hic captus sum, desiderium tui in me definat. Affixum secundae personae ad אֶזְכְּרֶנּוּ Chaldaico more cum ם paragogico, ut Pf. CIII, 3. CXVI, 7. — אִם-לֹא אֶעֱלֶה אֶח-יְרוּשָׁלַם על ראש שִׁמְחָתִי Si non Hierosolyman adscendere fecero supra caput laetitiae meae, i. e. supra omnem laetitiam meam, s. pro laetitia mea maxima et nobilissima; si non pluris fecero recordationem urbis patriae, quamvis eversae, quam summa, quae mihi in exilio obtingere possint, gaudia, Alexandrinus: ἐὰν μὴ προανατάξωμαι τῆν Ἱερουσαλήμ ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου, et Vulgatus: si non praeponero Jerusalem in principio laetitiae meae. Chaldaica hujus hemistichii interpretatio in Bibliis Buxtorfianis ita sonat: אִין לֹא אֶסִיךְ דְּכַרְן יְרוּשָׁלַם על שְׂרַי דְּדוּחַ Si non adscendere fecero memoriam Jerusalem super principio gaudii domus servorum meo.

meorum. Sed paullo aliter in Polyglottis Antverpiensis legitur: אין לא אסיק ית ירושלם לדכרו טב על שירתי און לא אסיק ית ירושלם לדכרו טב על שירתי *Nisi adscendere fecero Jerusalem in memoriam bonam in principio coetuum ministrorum meorum.* Deo tribuisse haec verba interpretem illum apparet.

7. Ex commemoratione indignitatis existit imprecatio Edomitis perfidis; et Chaldaeis victoribus. זכר יהנה לבני אדום אח יום ירושלם *Memento, Jova, filiis Edom scil. in ira tua; ut ulciscaris in eis, ut Pf. LXXIV, 22. diem Jerusalem i. e. quo urbs ea diruta fuit. יום h. dies fatalis s. exitii, ut Obad. Vs. 12. Pf. XXXVII, 13. Job. XVIII, 20. Erant autem Edomitae consanguinei Judaeorum, quum essent Esavo oriundi, qui fuit frater Jacobi, qua de causa et parci eis Jova iussit, quum occuparent terram Canaan Israelitae; et hi tamen cum Chaldaeis non tantum se conjunxerunt adversus consanguineos suos, sed etiam incitarunt eos acclamationibus suis, non locii et administri, sed tubae instigatoresque crudelitatis, vid. Ezech. XXV, 12 — 14. Obad. 10. seqq. Jerem. XLIX, 7 — 22. Amos. I, 11. 12. Sequuntur crudeles illae voces, quas Edomitae adversus consanguineos suos usurparunt: ערה ערה עד היסוד נה *Dicentes: nudate, nudate! usque ad fundamentum in ea, scil. urbe; omnia diruite usque ad fundamenta, ut solum nudum relinquatur. Est enim ערה Imperativus conjugationis Piel, a verbo ערה, nudavit, estque posterius, ut Aben-Esra monet, Millel, i. e. accentum habet in penultima, ob pausam, ut זלה, Pf. XXXVII, 20., unde et prius necessario sit penacutum. Cf. N. G. SCHROEDERI Institt. L. Hebr. Reg. CLXXVI. a. Alexandrinus: ἐκνεοῦτε ἐκνεοῦτε, Vulgatus; *exinanite, exinanite*, Chaldaeus: צרו צרו *vastate, vastate*. Syrus:  *retegite, retegite*. LUDOVICUS DE DIEU vero „Nos, inquit, vertimus: *complanate, complanate*, id est, omnia solo aequate, et in planitiem redigite;**

digite; ea est hujus verbi significatio in lingua Aethiopica, de quo pluribus egimus ad Jud. XX, 34., ubi בעמעה גבע docnimus recte a Jonathane translatum a *planitie Gibae*. Porro ער היסוד בה Hieronymus ad verbum: *usque ad fundamentum in ea*, quod obscuritatem non habet, si *in ea* jungatur cum *complanata* Junius, sequutus Targum [ער מסתנה בה], *quamdiu fundamentum erit in ea*. Praefero τοὺς LXX. qui simpliciter habent ἕως τῶν θεμελιῶν αὐτῆς, *usque ad fundamenta ejus*; ב enim saepe Genitivum format, ut לעתות בצרה, *temporibus angustiae*, Pf. IX, 10. et alibi, quod quidem clarum est, si ex more subintelligas אשר, ut sit pro אשר בה *usque ad fundamentum quod est in ea*, id est, ejus.

8. Babylonis exitium imprecatur ita, ut bene precetur ei, qui sententiam decreti divini in eis perdendi sit exsequuturus. בבל בת בבל *O filia Babel*, i. e. Babelia incolae, quippe urbes et incolae sunt natalis soli velu *filiae* aut *alumni*, patria vero, s. locus nativitatis velu *mater*, coll. Jes. XLVII, 3. Jerem. XLVI, 11. LI, 33. Zach. IX, 9. Frequenter phrasis illa ita usurpatur, ut significetur urbes et regiones ipsae, quae hinc nominibus nuncupantur, ut Num. XXI, 25. Ezech. XVI, 31. 46. XXVI, 6. Vocem השדירה plerique interpretes passive capiunt pro Participio Paul, vertuntque *vastanda*, i. e. de vastationi devota, ut saepius verbum praeteritum pro certo futuro ponitur, veluti Jud. V, 27. Jes. XIII, 19. Jerem. IV, 30., et participia Exod. XI, 5. (השבת, *qui se debet*), Jon. 1, 3. (באה, *venturum*). Cf. STORRII *Obstruatt.* p. 134. Quod idem spectasse Alexandrinus videtur, qui ἡ καταπρωρος reddidit, et hinc Vulgatus, *misera*. Recte vero LUDOVICUS DE DIEU: „Maxime arride Thargum, qui active vertit בודיה, *depraedatrix, vastatrix* (addendus erat Syrus [זיויה, *spoliatrix*, et Symmachus, ἡ ληστρίς]. Estque nomen formae Chaldaicae:

Chaldaei enim et Syri nomina actoris formant a Benoni Kal interponendo Vau inter secundam et tertiam radicalem; a Benoni אכל formant אכל, *efor*, a דבר *ducens*, דבור, *ductor*, sic a שרר, *vastans*, שרר, *vastator*, foemin. שררה, *vastatrix*. Plures hujusmodi formas vid. in C. B. MICHAELIS *Luminn. Syriacc.* §. XXX. (in *Sylloge Commentatt. Theologg.* Vol. I, p. 224.)

9. Bene fit ei, qui abreptos parvulos tuos illidet petrae! Eadem imprecatio adversus Babylonios Jcf. XIII, 16. 18. Cf. de hac victorum in devictos immanitate 2 Reg. VIII, 12. Hos. XIV, 1. Nah. III, 10. *Iliad.* XXII, 63. XXIV, 732. seqq.

PSALMUS CENTESIMUS TRIGESIMUS OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Summis laudibus extollit Dei erga se beneficia, quippe qui sibi opem ejus imploranti numquam defuit, sed semper invictum animi robur suppeditavit; hortaturque orbis terrarum reges, ut et ipsi Jovae laudem tribuant, ejus facta ac immensam gloriam praedicantes. Postremo concipit certam spem ac fiduciam in Deo adversus quaecunque discrimina, precaturque Deum, ut pro sua perpetua benignitate se fovere ac curare numquam desinat.

Quum Davidi inscriptio hoc carmen tribuat, conjectura est interpretum non contemnenda, edidisse regem illud, postquam, superatis multis aerumnis ac periculis, Sauleque mortuo, ad regiae dignitatis fastigium esset evectus.

1. קָדְמוֹת אֱלֹהִים *Coram diis*, i. e. coelitibus, s. spiritibus superis, cf. Ps. XXIX, 1. et ibi not. Alii: *coram diis* scil. aliarum gentium, quod explicant: *invitis diis falsis omnibus*. Alii: *coram magnatibus*, s. omnibus regibus orbis

orbis terrarum (eâdem sententia, quae Vs. 4.), quum אלהים et de magistratibus, deque dignitate praestantibus viris usurpari constet, cf. not. ad Pf. LXXXII, 1. Denique sunt, qui אלהים Deum vertant, et *arcam sacram* intelligendam putent, quae per metonymiam *Deus* appellatur, quod eum repraesentaret, coll. Exod. XVI, 33. 34. 1 Sam. II, 18.

2. אֲשַׁחֲחֶהּ אֶל-הַיָּבֵל קָרַשְׁהָ] Quodsi vocem היבל Davides usurpavit, eum grandiore verbo usum esse apparet, quum tabernaculum tum esset tantum, sive Sionicum, sive Cariathiarimicum. Sensus est: supplex faciam preces tabernaculum tuum versus, in quo arca tum fuit, ut Pf. V, 8. coll. 1 Reg. VIII, 48. Pf. XCIX, 5. Alii *coelum* intelligendum existimant, quod *palatii sanctitatis Jovanae* nomine Pf. XI, 4. et Pf. XVIII, 7. nuncupatur. Verba, quae sequuntur, פִּי-הַגְּדֹלָהּ עַל-כֵּל-שִׁמְךָ אֲמַרְחֶהּ, non unam ferunt interpretationem. Kimchi putat hic esse synchysin s. transpositionem, ac dici: *magnificasti super omne nomen tuum eloquium tuum*, pro, *magnificasti super omne eloquium tuum nomen tuum*, i. e. celebre reddidisti apud omnes gentes nominis tui famam, praestando quicquid dixeras ac promiseras. Profert similis trajectionis exemplum Hof. VIII, 2. *Me invocabunt, Deus meus, cognovimus te, Israel*; pro *Me invocabunt Israel, Deus meus*. Referunt Aben-Esra et Kimchi, esse, qui exponant ut alyndeton, *quoniam magnificasti super omnia nomen tuum*, et *eloquium tuum*. Refellit hos Aben-Esra ex eo, quod כֵּל in omnibus exemplaribus habeat *Camez chatuph*, non *Cholem*, id est, jungatur per *Maccaph* cum sequente nomine, ita ut ab eo divelli non debeat. Aben-Esra sic interpretatur: *quoniam magnificasti super omnia nomen tuum*, id est, super omnia alia tua nomina, *dictum tuum*, i. e. proprium tuum illud nomen (יְהוָה); quod ipse Moysi dixisti (אָמַרְתָּ), quum antea profusum esset ignotum, Exod. III, 14. 15. Quae expositio subtilior est, nec ad

contextum argumentum quadrat. Alii particulam *לע* secundum, pro ratione, ut Exod. XXVIII, 21. Jos. XXII, 9. interpretandam putant, hoc integri versiculi sensu: laudes tuas celebrabo propter gratiam et veracitatem tuam, quae ipsa inde inprimis elucescit, quod magnificaveris dictum tuum, i. e. amplissime promissa praestiteris, secundum omne nomen tuum, i. e. pro ratione celeberrimae tuae famae. Alii: propter omne nomen tuum, ne id detrimentum pateretur, si promissis non stetisses. Simplicissimum videtur, verba haec, quae ad verbum ita sonant: *magnificasti super omne nomen tuum verbum tuum*, hoc sensu capere: multo plura, quam tu verbis tuis promiseras, imo plura quam quae pro nominis tui fama exspectare poteramus tu nobis praestitisti. Chaldaeus: *לע כל שמך ומעשריך*, *nam multiplicasti super omne nomen tuum verba laudis tuae*. Alexandrini interpretatio in libris plerisque ita sonat: *ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου*, indeque Vulgatus: *quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum*. Recte vero AGELLIUS observavit, quum *לע* Alexandrini τὸ λόγιον soleant transferre, de mendo suspectum esse hunc locum, ne pro τὸ λόγιόν σου factum sit τὸ ἅγιόν σου. „Certe alter interpres, ut Chrysostomus testatur, vertit τὸ λόγιόν σου, quem Theodotionem puto, qui fere ejusmodi menda librariorum, quae in LXX. versione irrepressissent, emendare studuit, et versioni LXX, quam maxime potuit inhaerere.“ Syrus: *לע כל מלך מלכותך*, *quoniam magnificasti super omnia nomen eloquii tui*; omisit suffixam in *לע*.

3. *ביום קראתי*, Die quo clamavi, ellipsis relativi *לע*, ut Pf. XLIV, 2. XLIX, 13. — *והעניני* Tunc exaudivisti me, nam particula *ו* h. l. non conversiva, sed copulativa, eo, quo fecimus, modo exprimenda est, ut saepe alias, veluti Jud. IV, 8. Jerem. V, 1. Cf. N. G.

SCHROEDERI *Syntax.*, Reg. CIX. b. In verbis הִרְהִיבֵנִי עוֹ בְנַפְשִׁי עוֹ verbi רָהַב interpretatio est dubia. Quum illi *insolescendi, ferociendique* notio insit (Jes. III, 5. Prov. VI, 3.), plerique sic vertunt: *fecisti me alacrem, animosum*, et quodammodo *superbum* (רָהַב enim et *fastum, superbiam* indicat, cf. Ps. XL, 5.), dum עוֹ, *robur animi corporisque a te collatum בְנַפְשִׁי in anima mea*, i. e. in me deprehendi, vel: *alacrem me fecisti robore in anima mea*. Aben-Esra exponit per הִחֲזַקְנִי, *corroboras me*, atque verbum hoc habere post se geminum accusativum: *roborare me fecisti in anima mea robur*. Jarchi: הִגְדִּילְתָּנִי *fecisti, ut ego magnifierem*. Veteres fere omnes *multiplicandi* significatu ceperunt, putantes, רָהַב idem esse, quod רָהַב, literarum Vau et He permutatione. Alexandrinus: *πολυωρήσεις με ἐν ψυχῆν μου δυνάμει σου*. Vulgatus: *multiplicabis in anima mea virtutem*. Syrus: *كثرت في نفسي*, *multiplicasti robur animae meae*. Chaldaeus: *אִסְבַּעְתָּנִי בְנַפְשִׁי עוֹ שֵׁנָא auxisti me in anima mea robore*. Solus Hieronymus: *dilatabis reddidit*, אִתְּ רָהַבְתָּנִי legisse videatur. Hanc ipsam lectionem in libris pluribus, et manuscriptis et typis exaratis, reperit de - ROSSI, vid. Ejus *Scholia critica in V. T. libros, seu Supplementa ad Varias Lectiones V. T.*, Parmae 1798. 4. p. 111. ubi, postquam recensuisset illos libros, in quibus pro הִרְהִיבֵנִי exstat הִרְהַבְנִי, vel plene הִרְהִיבֵנִי, haec subdit: „Ex hodiernis Criticis ita DOEDERLEIN in *Schol. in libros poeticar V. T.* p. 152., hancque lectionem meliorem fundere sententiam notat HAENLEIN in *Observatt. criticar. Specim.* I. p. 67., nec se dubitaturum alteri praeferre, nisi destitueretur testimonio codicum, quod nunc uberrimum exstat. R. Parchon in inedito *Lexico Mechabberoth* explicat הִרְהִיבֵנִי per הִמְשַׁלְנִי, *dominari facis me*. Lexicon hebraeo-gallicum Talea-burgense anni 1279. pariter ineditum, quod apud me exstat. per אִמְדִּיטְרַשׁ מוֹי *accroitras moi*, i. e. *augebis me*

me; codex vero meus 380. ad marg. per הגדלחתי *magnificasti, ampliasti me.* Non est dubium, hoc interpre-

tamentum ex Jarchio haustum esse. Ex Arabico *تقرب*, *timuit*, in IV. Conjug. *timorem incussit*, A. SCHULTENS in *Commentar. ad Proverb. VI, 3.* p. 47. nostra verba vertenda censet vel disjunctim ita: *formidolosum me facis hostibus, in anima mea robur invictum*, vel conjunctim: *formidolosum addis animae meae robur, potentiam formidolosam mihi circumdas.* Mihi retinenda videtur interpretatio primo loco proposita.

4. יזרקה כל-מלכי-ארץ *Celebrabunt*, vel hortative, *celebrent te omnes reges terrae*; quod aliqui restringunt ad reges vicinos, Hiramum, regem Tyri (2 Sam. V, 11.), Toum, regem Hamathae (2 Sam. VIII, 10.), et alios, qui Davidi ad regnum ejecto sunt gratulati. Kimchi refert ad omnes reges eos, qui Davidem norant, citatque locum 1 Paraf. XIV, 17. *Exiit nomen Davidis in omnes terras, deditque Dominus pavorem ejus super omnes gentes.* Sed potuit, ut poeta, universos orbis terrarum reges alloqui, regum vero meminit, quia et ipse talis erat, eosque hortatur, ut celebrent Jovam, *כי-שמעו אמרי-פיך*, quando audiverint verba oris tui, i. e. quae promisisti Davidi, et quanta fide ea praestiteris illi; ubi audierint, promissis tuis rem ipsam per omnia respondere.

5. וישירו בירכי יהוה aliqui reddant *cantabunt*, i. *cantent in viis Jovae*, quod explicant vel: modo vivendi, divinitus praescripto; vel: *cantate vos, qui in viis Jovae ambulatis*, i. e. pii, coll. Ps. CXIX, 3. XXXVII, 34. al., et subaudiendum est verbum לכה in ejusdem sententiae formula: וילא מלא אחרי יהוה ברוי 1 Reg. XI, 6. coll. 10. Vid. WALTHERI *Ellipses* p. 115. Magis congrue tamen videtur, sic reddere: *cantent de viis Domini*, i. e. de iis, quae gessit et effecit; ב li. 1. ita capiendum, ut Ps. LXXXVII, 3. נכפדור מרבר בך, *praeclara dicuntur de Tom. IV.*


te. Cf. NOLDII *Concordant. Particular.* p. 145. ed. Tymp. Sic et Chaldaeus: וְיִשְׁבְּחוּן עַל כְּבוֹדֵי יְיָ, *laudes canant de viis Domini.* Aben-Efra: „non erunt eis cantica amatoria, aut carmina bella, sed tantummodo *de viis Domini*, et ad enarranda epera ejusdem.“ Eodem sensu Syrus: سَمِعْتُمْ اِسْمَ اِسْمِئِيلَ وَتَسَبَّحُوْا, *celebrent vias Domini.* Et Graecus aliquis interpres, cujus nomen ignotum: καὶ ἀδέρωσεν τὰς ὁδοὺς κυρίου.

6. כִּי רָם יְהוָה וְשָׁפֵל יִרְאָה Nam *excelsus Jova, et humilem respicit*, etiamsi excelso loco sedet Jova, tamen humilis habet rationem, tamen humilis sibi est cura; similis sententia Jes. LXVI, 1. 2. Chaldaeus hebraeum יִרְאָה bene vertit לְטוֹב רַחֲמֵי לְטוֹב *respicit in bonum*, i. e. clementer. Si de se David haec dicit, oblique suam animam a fastu et tumore alienum (שָׁפֵל רִחַם 2 Sam. VI, 22. Proverb. XVI, 18.) indicat, eousque Jovae gratum, ut e pastore ovium Regem fecerit. Aliqui שָׁפֵל collective capiunt, ut θεός fiat γενομένη: *ad humilia respicit.* Alterum hemilichium, וְגִבּוֹרָה מִמְרָחֵק יִרְדֵּעַ, sunt, qui sic vertant: *et quamvis altus sit Jova, tamen e tanta longinquitate noscit*, scil. humilem (שָׁפֵל), ut hoc sit σαφής νοσμος membri praecedentis. Plura tamen ita sunt inferenda, quae non sunt expressa, et tautologia potius est, quam parallelismus. Quare rectius haud dubie illi faciunt, qui גִּבּוֹרָה oppositum putant *humili*, שָׁפֵל, ut significetur *fastuosus*, גִּבּוֹהַ לֵב, Prov. XVI, 5. vel גִּבּוֹהַ - עֵינָיִם Pf. CI, 5., ut sit ἀντίθεσις, et opponatur colo praecedenti, tali quidem sententia: eos, qui sunt animis submissis, Jova, etsi sublimis est, respicit tamen et amat; elatum vero et superbum etiam e longo intervallo agnoscit, et in eum animadvertit; nam יִרְדֵּעַ vi oppositionis notitiam iudicis, qui, quos reos cognovit, poenis promeritis plectit, significat, ut Jerem. XXIX, 23. Recte Chaldaeus: וְגִיּוֹרָתָא מִן שָׁמַיָא רַחֲמֵיִן וְנִמְאֵיִהּ *elatum a coelis longinquis deprimat.* וְגִיּוֹרָתָא ἄσμελῶ; pro יִרְדֵּעַ. Alii Piel esse volunt, pro יִרְדֵּעַ, *penitus cognoscit, pernoscit.* Aliis est Hiphil, ut

יִיטִיב, Job. XXIV, 41. Ita A. SCHULTENS in *Instit. Ling. Hebr.* p. 470. „Singularis quid et profundioris indaginis, ad primam radicalem *Jod* accidit in verbo יִיטִיב Ps. CXXXVIII, 6., pro אִיִּלִּיב, *pernoscit*, in Futuro *Kal*, ut Altingius (§. 163.), cum plerisque putat, translato *Tfere* in locum praecedentis Schevatis. Sic יִיטִיב pro יִיטִיב, ex *Hiphil*, *benefacit*, Job. XXIV, 21.; יִיִּלִּיב pro יִיִּלִּיב; *ululat*, Jof. XV, 2, 3. et XVI, 7. et alibi; אִיִּלִּיב *ululabo*, Jerem. XLVIII, 31. pro אִיִּלִּיב. Ad eam rationem etiam יִיטִיב revocari posset sub *Hiphil*, ubi non יִיטִיב tantum, sed et יִיטִיב Analogia permittit. Inde exiret: *improbum notum facit procul*, per exempla poenarum in eum edita, videlicet. Licet et aliter.“ Pro *Hiphil* habuit quoque Kimchi, qui sic explicavit: „e caelis, qui longe a terra sunt remoti, vias hominum cognoscit, ut sciant, quod ipse videat eos.“ Alii ex Hebraeis: *cognoscentem facit*, id est, castigat et plectit (erudit, *πειθεύει*). Praeferenda tamen eorum sententia, qui intransitive vertunt, ut melius congruat יִיטִיב, hemistichio priore; etsi rationem anomaliae non valeam explicare. Cf. GISENII *Lehrgeb.* p. 390., cui puncta vocabalia in יִיטִיב Chaldaismum sapere videntur.

7. על אִיִּבֵי הַשָּׂלֵה יִיטִיב *Super iram hostium meorum*, i. e. in hostes meos furiosos (quomodo *captivitas populi* Ps. CXXVI, 4. est *populus captivus*) *extendisti manum tuam*, i. e. in eosdem animadvertisti graviter, hujusmodi enim severitatis symbolum solet esse *manus extensio*, vid. 1 Sam. XXIV, 7. Ps. X, 12. Job. I, 12. Quare Chaldaeus addit: לְהַרְבֵּתָהֶוּן, *ut destruas eos*, vel, ut iram eorum, quam maxime furit, cohibeas et coerceas, cf. Exod. XV, 12. Sunt, qui אִיִּב, *nasum*, synechdochice pro *vultu* capiant, hoc sensu: in faciem hostium meorum manum tuam extendisti, ut eam percutias, eadem sententia, quae Ps. III, 8. In codd. quibusdam a Kennicottio et de Rossio indicatis priora duo hujus Versus vocabula trajecta על אִיִּב loguntur, id est, *etiam con-*

tra hostes meos extendas manum tuam. Quod sequitur, וְיָמִינִי יִעֲבֹד, aliqui post Alexandrinum et Vulgatum, pro tertiâ feminini persona (ut Pf. XLIV, 7.) habent, ut vertendum sit: *salvum me facit dextera tua.* Verum concinnior videtur secunda masculini persona, ita ut tria haec verba, quae in hoc Versu ponuntur (חַשְׁלֵה וְחַחֲבֵנִי), eodem etiam sensu capiantur. Ita vero ante יָמִינִי subaudiendum est ב, sive ablativi nota, ut Pf. LX, 7. CVIII, 7. XVIII, 36. Cf. DRUSII *Animadverss.* L. I. Cap. LIV.

8. וְיָמִינִי יִעֲבֹד יְהוָה יִגְמַר בְּעָרֵי *Jova perficiet pro me*, quicquid scilicet boni perficiendum restat, circa, aut pro me. Cf. Pf. LVII, 3. et ibi not. Alexandrinus verbum יִגְמַר h. l. iterum; ut loco modo indicato, accepit significatu verbi יָמַר, s. *retribuendi* notione: ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ, Vulgatus: *retribuet pro me.* Neque aliter hoc loco Chaldaens: וְיִגְמַר עַל־יְהוָה אֲמַשְׁלֵתִי *Dominus re- pendet malum illis propter me*, quomodo quidem in Polyglottis Antverpiensibus legitur. Sed in Bibliis Buxtorfianis pro יִגְמַר legitur יִשְׁלֵם, *perficiet.* Puto legendum esse יִשְׁלֵם, *rependat.* Syrus:  *dextera tua commoretur* s. *quiescat super me.*

Versus præcedentis nomen ultimum ad hunc traxit. Recte vero vetus quidam interpretes in Fragmentis a Drusio collectis: ἡνρίος ἐπιτελέσει ὑπὲρ ἐμοῦ. וְיָמִינִי יִעֲבֹד *Opera manuum tuarum*, i. e. beneficia tua, quae hactenus larga mihi concessisti manu ut Pf. XCII, 5. Neque enim generatim hic sermonem esse de operibus Dei quibuslibet, ut Pf. VIII, 7., verum de iis, quae in vatis gratiam perfecit, res docet et scopus poetae. אַל-תִּדְּרֹשׁ *Ne deseras*, i. e. imperfectâ relinquant vel desituant, ut Deut. IV, 13. Pf. XXXVII, 8., sed quemadmodum coepisti, ita illa absolvas et perficias.

PSALMUS CENTESIMUS
TRIGESIMUS NONUS.

ARGUMENTUM.

Omnia nostra a Deo cognosci pronuntiat, neque ullis artibus nos illius vim omnia cernentis fallere posse; nec mirum, quum ille nos etiam antequam nasceremur probe norit, et rudem adhuc informemque in utero matris foetum accurate perspexerit. Quum igitur eum, qui sit conditor noster, nihil possit latere quicquam rerum, actionum, cogitationum nostrarum, neque culpae, neque innocentiae nostrae; petit vates, ut Deus exploret ipsum et innocentiam suam, atque propter hanc conservet ipsum, tollat vero impios, atque divinae majestatis contentores, qui simul sint sui hostes.

Longe maxima carminis pars quamvis in omniscientia atque omnipraesentia divina celebranda versetur; in ea tamen non esse primum poetae consilium, quo animus ejus ad canendum unice fuerit impulsus, ex clausula carminis apparere, recte monuit GURLITT*). Et vidit

*) In *Animadverss. ad auctores vet.* in *Sylloge Com.*

dit jam RUDINGERUS, qui, secundum hebraeam inscriptionem, Davidi hoc carmen tribuit, atque Absalonicae seditionis tempore editum conjicit, vidit, inquam, jam ille, hanc contestationem, Deum scire omnia, et non tantum actiones, sed consilia etiam, et motus animi in homine universos, dirigi videri a Davide ad probandam innocentiam suam Deo et hominibus, quod nihil adversus populum et patriam struat aut molitur, et se vacare omni culpa criminis ejus, quo eum gravabant seditiosi. Addit tamen, considerandum esse, annon, etiam propter Versum 19. et sequentes, Psalmus referri possit ad id temporis, quo cum sua cohorte, cum rege Achi, in castra Philisthaeorum concedere necesse habuit, ad expeditionem horum contra Saulem et populum Judaicum: illi enim tempori sane etiam congruere talem contestationem de innocentia animi, et pietate vera. Gurlitto autem propter Chaldaicas et Syriacas quorundam verborum formas et significationes *) non est verisimile, hoc carmen a Davide editum esse **).

1. Propositio, quae sequentibus Versibus elegantissime exornatur. *עָרַף אֶת עֵינָי וְקִרְאתִי סְרוּטָתְךָ* *Scrutatus es me, adeoque cognoscis*

Commentatt. Theolog. a. D. J. POTT edit. Vol. I. p. 343.

*) Vid. Vs. 2. 3. 7. 20.

**) Hunc Psalmum latinis Versibus expressit LOWTH in *Praelect. XXIX. de Sacra Poesi Hebraeor.* p. 383. ed. Oxón.; p. 333. ed. Lips.

gnoscis me penitus, ita plane me, et quicquid in animo meo est, cognitum habes, ut rem cognoscit, qui eam diu et diligenter investigavit. Ad *הָרַע* primæ personæ suffixum e voce, quæ proxime præcedit, est repetendum, ut supra CXXXVII, 5. in *וְהַשְׁבַּח יְמֵי*. Verbum *הָרַע*, quod de rei abdita et occultate pervestigatione proprie dicitur, de indagatone animi et affectuum usurpatur quoque 1 Sam. XX, 12. Jerem. XVII, 10.

2. Pronomen *אָנָּכִי* secundæ verbi personæ non sine emphasi præpositum esse, jam observavit Aben-Elfra. Dicit scilicet hoc: tu solus, et præter te nemo, me penitus cognitum habes. [*שְׁבַחִי וְקִיְמִי*], „Video plurimos interpretes vertere: *federe meum et surgere meum*, id est Latine, *sessionem et statum meum*, ac si illud *שְׁבַח* esset Infinitivus verbi *יָשַׁב*, *sedere*; quo pacto Hieronymus etiam *sessionem* h. l. vertit. Non equidem improbare id velim, si ita *שְׁבַח* capere libuerit; nam et ita veteres plerique interpretes. LXX. *καθίστασθαι*, Chaldaeus *אֲחֻבְתָּי*, *sessionem meam*; addit [in Bibliis Buxtorfianis, non item in Polyglottis Antverpiensibus] *לְמַעַן בְּאַרְיָהָ*, *ut legi operam dem*; Doctorum enim erat *sedere*, unde frequens in Talmude *יָתִיב רַב*, *coxsedit Raf*, cf. Act. XIII, 14. Videant tamen Eruditi, an non *שְׁבַח* potius ad verbum *שָׁבַח*, *quiescere*, sit referendum: *tu nosti quietem meam*, nocturnam; *quiescere meum et surgere*. Certe ita *שְׁבַח* sumendum esse, clarissime conflat ex Pf. CXXVII, 2, ubi *מִשְׁבְּחֵי-קוֹם* et *מֵאַחֲרֵי-שְׁבַח*, *matutine surgentes*, et *sera nocte somno se dantes* exponendum esse, ipsa ratio docet. *Quiescendi* autem verba ad recreationem, quæ ex somno capitur, proprie usurpari, in omnibus fere linguis receptum est. Verbum *נָח* hoc sensu occurrat Jes. LVII, 2., et *שָׁבַח*, quod itidem primario *quiescere* notare aperuimus ex Arabismo, in hunc usum adhibetur Nah. III, 18., ubi id exemplis ex Alcorano firmavimus. Sed et ipsum verbum nostrum *سَبَّحَ* seu *שְׁבַח* Arabibus, de *quiete somni* celebratur; *استسبت*
quie-

quietem cepit, pec. nocturnam; nomen سبات, quies, quod est nostrum שבת, proprie somni dicitur quies, a Golio, quod confirmat Alcorani usus, Sur. LXXVII, 9. Haec A. SCHULTENS in *Animadversf. philologg.* ad h. l. Ad verbum שבת nostrum שבתא referendum monuit jam AGELLIVS, qui, שבת, inquit, „idem est, quod ἀργεῖα, cessatio, vocatio seu ab ambulatione, seu ab opere. Erit ergo Psalmi sensus: *tu nosti quietem meam*, cum ab operibus cesso, neque aliquid exterius operor; tu nosti item *resurrectionem meam*, cum ad operandum, seu ad iter agendum accingor; tibi et otii mei et negotii ratio constat, per quae duo tota vita nostra ducitur; aut enim quieti sumus, aut negotii aliquid agimus.“ Verba פנתה לרעי Alexandrinus reddidit *σύ συνήμας τοὺς διαλογισμοὺς μου*, Vulgatus: *intellexisti cogitationes meas*, nec aliter Syrus *سَمِعْتَهُمْ دَلِيلًا*. Nomen רע illos interpretes apparet significatione *cogitationis* accepisse, ex Chaldaismo, quo רעה רעה *cogitavit, voluit*, denotat; nam sicut alias Chaldaei Hebraeorum *z* in *e* mutare solent, ita et pro רעה *voluit* usurpant רעה. Kimchi quoque, Aben-Esra aliique Hebraeorum philologi nostrum רע explicant רצון ומחשבה, *voluntatem et cogitationem*. Sic infra Vs. 17, hoc ipsum redit nomen: *quam pretiosae sunt, cogitationes tuae*. Similis significatus secundum quorundam sententiam, sub alia licet forma, deprehenditur in voce רעיון et רעה, Col. I, 14. 17. Chaldaeus tamen, quod mireris, nostrum רע cepit *amici, sodalis* significatu, quo in V. T. frequentissime occurrit. Vertit enim: *אחבתך להפרותי בכנישתך, nosti societatem meam in ecclesia tua*. Quod Jarchi sequutus; *cogitasti להבריני אליה, consociare me teoam*. Id ipsum placuit A. SCHULTENSIO in *Animadversf. philologg.* ad Vs. 17., ubi nostra verba sic exponenda dicit: *nostis amicum meum*, s. sodalem e longinquo; „de exterius enim solum agere videtur Psalter

Verſibus 2. et 3., atque de internis animi cogitatis, quae ore proferuntur, loqui demum incipit Vs. 4. In *Commentar. ad Proverb. VI, 3.* p. 45. tamen רעים cogitationes agitationes mentis, a רעה, *pascendo*, sic dictas putat, quibus mens veluti pascitur, et quibus discurrit. Certe cogitationis notionem h. l. melius congruere, quam amici, nemo non videt. In nonnullis codd. extat לרעי *scientiam meam*. ל nomini רעי praepositum est accusativi nota, ut 2 Sam. III, 30. Pf. CXXXV, 11. — מרחוק *A longinquo*, duobus modis potest intelligi, ut *longinquitas* vel *temporis* sit, quod longe ante cogitata, nostra Deus intelligat, quam animo versare coeperimus (cf. Jes. XXV, 1.); vel *loci*, id est, de excelso coelorum habitaculo, ut significetur, intentissimam oculorum Dei aciem nullo spatio aut loci intervallo hebetari, sed omnia intelligere ac intueri, tanquam si proxima essent, et ante oculos versarentur: quae ipsa sententia Pf. XXXIII, 13. 14. 15. pluribus expressa est. Quare et Syrus h. l. סלם, סלם, סלם, *ab excelsis*, vertit.

3. Vocem זרחי, *semitam meam*, Aben-Esra recte הליכה, *ire* s. *ambulare meum* exposuit, cui opponitur רבעי, *accubitum meum*, est enim pro רבצי, iterum Chaldaeorum more, quibus רבע pro Hebraeo רבץ est *accubuit*, unde et Num. XXII, 27. pro Hebraeo וחרבץ Onkelos ורבעא posuit; et hoc loco Chaldaeus רבעתי, *re-cubitum meum* vertit. Hieronymus etiam *accubationem meam* transtulit. Alexandrius vero ηη σχοινιον μου reddidit, quod Vulgatus *funiculum meum* vertit. „Nonnullis e recentioribus Psalmorum enarratoribus placuit, Hebraeorum expositionem LXX. interpretum translationi accommodare, quasi idem voluerint illi significari nomine σχοινιον, seu *funiculi*, quod Hebraei dixerunt *accubationem*, sed haec tam longe distant, ut difficile inter se convenire possint. Dicunt autem, quibus ea expositio placet, per σχοινιον, seu *funiculum*, intelligi *tegetem* seu *storem*,

floream, ex tegete autem intelligi cubationem, quod in tegetibus nonnulli cubent. Sit sane, ut ἐκ σχοινοῶν tegetes fiant, ex juncis nempe palustribus aut carice, nam id quoque σχοῖνος significat; liceat etiam aliquibus tegetes pro stratis habere; difficile tamen est credere, quod concluditur, etiam David regem praedivitem in tegetibus cubare solitum. Praeterea quid causae fuit LXX. interpretibus, ut pro *strato σχοῖνον* ponerent? Poterant enim et facilius, et ad vocem hebraeam exprimendam aptius dicere νοῖτην, *cubile*, seu στρωμνήν, *stratum*, ut solent; cur, si lectum significare volebant, tam obscuro nomine, et ad eam rem significandam longius petito, et ad vocem hebraeam parum apto uti voluerunt? Accedit eodem, quod nunquam, neque apud hos interpretes, neque apud illos, neque ecclesiasticos, neque profanos auctores invenitur *schoenus* pro *lecto* posita. ----- Hilarius hunc locum exponens, *Quod*, inquit, *nostri* directionem transtulerunt, id Septuaginta ex Hebraeo σχοῖνον, interpretati sunt; σχοῖνος autem quarundam gentium consuetudine certum et constitutum modum itineris significat, ut quod nos *milliarium*, id illi σχοῖνον nuncupent. In quibus Hilarii verbis advertendum est, Latinum quempiam interpretem *directionem* transtulisse, seu ex ipsa voce Graeca, quam LXX. posuerunt, *schoeno*, seu quod alius quispiam Graecus interpres ita ex Hebraeo transtulerit, ut in Latinum nonnisi *directionem* transferri posset, εὐθύτητα puta, vel aliud simile. Augustinus porro in sua Latina interpretatione, quam sequitur, habet *limitem meam*; *limites* autem viae sunt angustiores, quae funiculis ductis protenduntur, itaque passim apud auctores ipsae viae *limites* dicuntur, ut apud poetam Latinum legimus [*Aeneid.* IX, 323.]:

Haec ego vasta dabo, et lato te limite ducam.

Ergo cum ille interpres, quem sequitur Augustinus, *limitem meum* dixit, semitam ac viam voluit dicere, quod usque adeo verum est; ut Symmachus quoque et Theodo-

tion pro eo, quod *σχοῖνον* dixerunt LXX., clarius reddiderint *καὶ τὴν ὁδὸν μου*. Ex his omnibus illud conficitur, *σχοῖνον* hoc loco significare *femitam* seu angustiorem viam, et quidem rectam, ex eo, quod funiculis extentis duci soleat, maxime in agris; quod etiam ex consuetudine LXX. interpretum confirmatur, qui etiam Jeremiae XVIII, 15. in hanc significationem hac voce sunt usi [pro hebraeo *סְבִיבִי*]. Unde solet etiam Herodotus, ubi de sternendis viis aut aequandis, aut rivis ducendis mentio fit, *σχοινοτενές* vocabulum, a schoeno, seu funiculo tendendo compositum, usurpare; ut in Polymnia [Lib. VII. c. 23.]: *κατὰ Σάνην πόλιν σχοινοτενές ποιησάμενοι, per urbem Sanen funiculo ducto*. Tam autem vulgatum fuit, schoenum viam appellare, ut certum etiam viae spatium, quod Hilarius dixit, hoc nomine significare soliti sint illi veteres, quamvis de spatii mensura sit inter auctores controversia. Nam schoenum triginta stadia continere dixit Plinius libro V. cap. 10. Sed Herodotus libro II. c. 6. Aegyptiam esse mensuram ait, et sexaginta stadia complecti. Porro Aegyptiam esse mensuram schoenum, etiam B. Hieronymus affirmat in suis in Joëlem Commentariis, et hoc Psalmi loco certi itineris mensuram significare, sed causam, cur sit ita appellata, paulo diversam assert. In Nilo enim flumine, inquit, sive in rivis ejus, solent nares funibus trahere, certa habentes spatia, quae appellantur *funiculos*, ut labori defessorum recentia trahentium colla succedant. Haec ille. Non igitur mirum, si Septuaginta regionis illius, in qua positi Scripturas interpretati sunt, vocabula tenuerunt, quod eo tempore et in illa gente nota et usitata erant, quae curriculo temporum obscuriora sunt facta. AGELLIVS. Syrus etiam interpretes hebraea *וְהָיָה רַגְלִי בְּדֶרֶךְ מִסְכֵּנִי*, *viam meam et semitas*, reddidit. Rationem vero hujus interpretationis fateor me ignorare. Verbum *וְהָיָה* varie explicant. Quum *וְהָיָה* alias denotet *spargere, ventilare, ventilando*

do hinc illinc disjicere, ut Prov. XV, 7. XX, 8.; nostrum locum bene multi sic interpretantur: tu iter et accubitus meum exacte ventilas, i. e. disquisis, invelligas. Ita Hieronymus: *eventilasti*. Alexandrinus: ἐξίχνιασας, *investigas*. „Quod in sententia nihil differt; nam ille quidem ad verbum reddidit, hic ad sensum magis adspexit; etenim *ventilare* est in area triticum a paleis discernere, quam discretionem si ad viam et iter transferamus, proprie *investigatio* dicitur: discernere namque et dijudicare viam et iter nihil aliud est, quam invelligare.“ AGELLIVS. Magis tamen probandi, qui a לָמְבֹחַ *limbus, corona* rem aliquam undique ambiens, nostrum לָמְבֹחַ vertunt, *cingis, circumdas*, ita ut Deus undique dicatur euntes decumbentesque nos *ambire*, inclusosque veluti tenere, ut nihil effugiat ejusdem intuitum notitiamque. Quam interpretationem A. SCHULTENSIVS in *Animadvers. philologg.* ad h. l. confirmavit simili Arabum usu loquendi, qui suum احاط, *cingere*; frequentissime pro *cognoscere* usurpant, maxime cum prorsus in rei notitiam penetramus, quod in primis Deo convenit. Sic in Corani Sura VIII. Vs. 49. اللهُ بِمَا يَعْمَلُونَ مُحِيطٌ, *Deus ea, quae faciunt, cingit*, id est, prorsus perspicit. Et Sur. II, 18. اللهُ مُحِيطٌ بِالْكَافِرِينَ, *Deus cingit, cognitos habet impios*. Addit Schultensius, posse etiam Arabicum سَمِعَ, *scivit, cognovit*, cum Hebraeo וָרָא convenire; quamquam enim ut plurimum Arabum وَرَسَدٌ respondet Hebraeorum וָרָא, tamen non desunt exempla convenientiae Arabici وَرَسَدٌ et Hebraici וָרָא, a Schultensio allata; et ipsum verbum וָרָא *sparfit*, Chaldaei efferunt וָרָא. Sensum recte expressit Syrus: אֲנִי וָרָא, *nostrum*. Perperam Chaldaeus חֲעֵבְרָהּ הִלְחֵנִי *alienus factus es*. Retulit nostrum וָרָא ad וָרָא — כָּל-דְרָבֵי הַסִּבְנָתָה *Omnibus viis, i. e. studiis et actionibus meis* (cf. Pf. I, 1. Job. XXXI, 4.) *adsuepisti*, veluti per longam consuetudinem notas habes

habes et exploratissimas, quo significatu hocce הַסֵּבִין legitur Num. XXII, 30. הַהֶסְבֵּן הַסֵּבִין, *numquid adfueri sic facere tibi?* Concinit Arabicum *سكن*, *habitavit*, ac, Gigejo teste, *familiaris fuit*. Alexandrinus: προειδσε, *Vulgatus praevidisti*; Syrus *Δοδ*, *investigasti*. Chaldaeus hebraeum verbum retinuit. Cf. MICHAELIS *Supplem.* p. 1755.

4. הַסֵּבִין הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן *Nam, sive, ut alii faciunt, quum nondum est sermo in lingua mea, en! tu Jova, nosti omnem illum; nondum sermo in lingua mea natus est, tamen quicquid cogito dicere, plane perspectum habes. Iplas voces omnes, antequam a me lingua exprimantur, probe tenes. Ita Chaldaeus etiam, prouti quidem in Bibliis Buxtorfianis legitur: הַסֵּבִין הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן *Quumque non est sermo in lingua mea, ecce, Jova, cognovisti cogitationes cordis mei omnes.* Chaldaica vero in Polyglottis Antverpiensibus Interpretatio ita sonat: הַסֵּבִין הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן הַהֶסְבֵּן *Nam non est verbum mendacii in lingua mea; tu, verbum Domini, nosti omne corpus meum* In qua versione memorabile est illud, quod הַסֵּבִין הַהֶסְבֵּן, quibus verbis hebraeum הַסֵּבִין explicatur, congruit cum Alexandrino *ἄδιος λόγος*, vel, ut in aliis codicibus legitur, *δόλος*, ut appareat esse hoc dictionis הַסֵּבִין interpretamentum fatis vetustum. „Beatus Hieronymus in Epistola ad Suniam et Fretellam ait, solam Sextam editionem interpretatam esse *ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσση μου*, alios autem omnes interpretes aut *λόγον* aut *λαλίαν* transtulisse. Sed tamen et Augustinus, et Hilarius, et Arnobius, et Chrysostomus, et Theodoretus *dolum* legunt et interpretantur, quod etiam in Catena Graeca reperitur. Mirum etiam videtur, quod praeter Sextam editionem omnes alios interpretes *λόγον* transtulisse ait. Nam in Catena Graeca reperio Theodotionem quoque transtulisse *δόλον**

δόλον, et Symmachum reddidisse *ἑτερολογία*, hoc est, *diversiloquium*; eadem Catena Graeca et Chrysostomus testentur. Vaticanus quoque codex ille probatissimus, etiamsi λόγον habet, tamen cum adjectione habet: λόγον ἄδικον *sermonem iniquum*. Puto autem eos interpretes, qui transtulerunt δόλον, pro הָזַן legisse הָזַן. Certe hoc loquendi modo usus est Job semel et iterum, ut Cap. VI, 30. הָזַן, וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ, et Cap. XXVII, 4. הַזְרִיחַ-מֵהַמַּהְרָה הַזֶּה הַזֶּה-מֵהַזֶּה וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ הָזַן. Igitur etiamsi λόγον legamus, tamen puto *dolosum sermonem*, seu iniquum, seu mendacem, accipi oportere, ut sit sensus: absit enim a me, ut aliter, quam est, loquar; unde Symmachus: οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ ἑτερολογία. ACELLIUS. Cum Symmacho consonat Syrus, qui hunc Versum ita reddidit:

אֲנִי וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ אֲנִי וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ אֲנִי וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ
Si est mutatio in lingua mea, tu, Domine, cognoscis.

5. וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ רַחֵם רַחֵם רַחֵם *Retro et ante obsides me*, ab omni parte obfessum et constrictum me tenes; ita ut ex tuis manibus, quibus inclusus teneor, effugere nullo modo possim, neque prorsum ire, neque retrorsum ire queam. Sunt, qui וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ vertant *formasti me*, significatione petita a verbo יָצַק, quum quiescentia mediae radicalis Vau et primae radicalis Jod significationes a se invicem haud raro mutuari soleant, cf. Exod. XXXII, 4. 1 Reg. VII, 15. Hoc significatu verbum יָצַק h. l. Kimchius pater capientem voluit, ac de formatione foetus in utero poetam loqui putavit, ad quam etiam sequentia verba retulit, וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ אֲנִי *posuisti super me manum tuam*, ad me videlicet formandum et effigiendam. Ita et Alexandrinus, οὐ ἐπλασάς με, Vulgatus, *tu formasti me*, atque Syrus, אֲנִי וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ, idem. Sed quum de formatione embryonis in utero infra demum Vs. 13 — 16. sermo sit, praeferenda omnino usitata verbi יָצַק significatio, quam et Chaldaeus expressit: וְיִשְׁהַב־שִׁיחַ, *coarctasti me*. Ceterum Alexandrinus, et, qui eum sequuntur, Vulgatus et Syrus,

non

non tantum postrema Versus 4. vocabula cum hoc conjungunt, verum etiam voces אֱלֹהֵי יְהוָה significatione plane alia, quam Hebraei, accipiunt. Sic enim vertunt: ἰδοὺ, κύριε, σὺ ἔγνωσας πάντα τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα, ecce, Domine, tu cognovisti omnia, novissima et antiqua. Pollerius Versus hujus hemistichium Chaldaeus sic reddidit: וְהִרִיחַ עָלַי מַחֲסֵה יְהוָה, *excitasti contra me percussionem manus tuae*, ac si כַּפְסָה עָלַי הִשָּׁה idem sit, quod הִרִיחַ עָלַי הַכֶּפֶד Pf. XXXII, 4. Nostram tamen formulam potius hunc sensum habere: praesentia ita tua me ambis, et manu veluti tua constrictum tenes, ut effugere eam prorsus nequeam, sermonis contextus clarissime docet.

6. מִיָּדָהּ הַיְדֵעָה מִמֶּנִּי *Mirabilis scientia tua prae me*, haec tua scientia, per quam omnia, et me inter cetera initime nosti, adeo mirabilis est, atque difficilis cognitu, ut ad eam pertingere non possim. Bene Symmachus: ὑπερβάλλει με ἡ γνῶσις σου. Nam הַיְדֵעָה pro הַתְּהִיָּה positum, ut Pf. CXIX, 128. הַתְּהִיָּה pro הַתְּהִיָּה; Jerem. XXXI, 17. הַתְּהִיָּה pro הַתְּהִיָּה; cf. Pf. XXX, 13. et ibi not. מִיָּדָהּ, *Mirabilis*, pro re difficili ad intelligendum dicitur, ut Deut. XXX, 11. *Praeceptum hoc, לא נפלאה היא מִמֶּנִּי non est mirabile prae te*, i. e. non excedit captum. Et Prov. XXX, 18. שְׁלֹשָׁה הֵמָּה נִפְלְאוֹת מִמֶּנִּי *Tria sunt mirabilia prae me, imo quatuor ignoro*. Chaldaeus in Bibliis Buxtorfianis: מִיָּדָהּ לְמִדַּע מִמֶּנִּי, *absconditum a me est ad intelligendum*, quasi הַיְדֵעָה pro Infinitivo accepisset. Sed pressius ad hebraeum in Autverpiensibus: הַיְדֵעָה מִיָּדָהּ מִמֶּנִּי *mirabilis scientia prae me*. In פְּלֵאִיָּה a Masorethis varia notatur lectio, nam secundum puncta vocalia legendum est פְּלֵאִיָּה, ad formam הַתְּהִיָּה, secundum litteras vero פְּלֵאִיָּה vel פְּלֵאִיָּה, quod est פְּלֵאִיָּה, *mirabilis*, quod Jud. XIII, 18. extat, eodem modo, ut ab עֲבָרִי descendit עֲבָרִיָּה. Paulo aliter A. SCHULTENS in *Commentar. ad Proverb.* p. 464. Ab Arabico *ف* (ultima *Van* et *Je*), *scidit, abscondit*, verba nostra sic vertit: *abscessa cognitio a me*. „Pro פְּלֵאִיָּה substituant

Maforethae פליא, ut sit Participium passivum. פליא. Sed sana lectio, et a פליא prodigium, miraculum, quasi *abscissionem* dicas, limpide exit פליא; *miraculosus, prodigiosus*, cujus femininum פליאה, molliore flexu immutatum, more Syriaco, in פליא, *Jod* in otium residente. “ נשגבר לא - אוכל לה Elata est, non possum eam scil. להשיג apprehendere, quod Kimchius subaudiendum recte monet, est enim elliptica locutio, qualis Pf. XXI, 12. ubi cf. not. Alii: non possum praevalere illi, quum verbum יכל cum ל constructum alias praevalere significet, vid. Genes. XXXII, 26. Jerem. XX, 10., vel: nihil possum ad illam, coll. Job. XXXI, 23., plane impar sum ei capiendae. In sensum planè alienum detorsit Syrus hunc Versum סגב לך מן הים וזכרתי לך את המעשה אשר עשית לי ואת המופת אשר עשית לי ואת המעשה אשר עשית לי ואת המופת אשר עשית לי a me fuit scientia et miraculum; militavi, et non valeo virtute.

8. Verba וְאִם בְּיַם יִשְׁאָלֶנּוּ אֵיךְ יִשְׁאָלֶנּוּ reddi possunt vel, subaudita ante וְיַם particula ו, et si in inferno stratum facerem, vel, nomine illo in accusativo accepto, si infernum strati locum facerem mihi, coll. Jes. LVIII, 5. Ut saccum cineremque יציע sternat. Nominis וְיַם h. l. neque inferi, neque sepulchrum significantur, sed tantum loca infera, quae caelo opponuntur; sensus: in ima terrae loca si descenderem.

9. כְּנִפְיֵי-שָׁחַר, *Alis uirorae*, plerique existimant maximam designari velocitatem; nihil enim velocius diluculi radiis, qui momento temporis universum hemisphaerium ab oriente ad occidentem pervadunt, ut haec sit hujus Versus sententia: si aurorae alis instructus, paricum radiis solis celeritate per aërem avolarem, ab orientis plaga ad ultimum usque occidentem. Ita et MICHAELIS in *Epimetro ad Lowthi de Poesi Hebraeor. Praelect. IX. p. 188.*: „*Alas Aurorae attollere*, est, iisdem, quibus Aurorae, alis, aut aequè citis avolare; Oceanique

nique ultima petere, ubi et Aurora condi, Pithonique inire cubile fertur." Scilicet respicere poetam exilimat fabulam illam non Graecis solum Latinisque poetis, verum Hebraeis quoque, ut putat, familiarem (coll. Pf. XIX, 5. 6.) de sole mari immerfo. LOWTHUS vero in *Praelect.* XVI. p. 167. edit. Oxon. p. 172. edit. Lips. not. „Mihi non satisfacit," inquit, „commatis hujus vulgo jam recepta interpretatio, quasi exprimeretur motus continuus ab oriente in occidentem, ejusque motus celeritas cum radiorum solis velocitate compararetur. Videntur mihi hujusce dillichi, plane sicut prioris (Vs. 8.), duo membra inter se opponi, non esse alterum alteri consequens; idque tam clare apparere ex ipsa sententiarum constructione, ut de eo dubitari non possit; transitum itaque duplicem exprimi, unum ad orientem, alterum ad occidentem; fugae denique longinquitatem, non celeritatem motus, amplificari. Ita Theodoretus in loc. "Ὁρθρον τὰς ἀνατολάς ἐπάλεσε, δυσμὰς δὲ τῆς θαλάττης τὰ ἔσχατα τῷ γὰρ ὕψει καὶ τῷ βάθει τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος προσέδηκε, διδάσκων τὸ τῆς θείας φύσεως ἀπεριγραφόν. In voce עַבְדּ est pronomen affixum, secundum LXX. Syr. Vulg." Hinc Lowthius Versum hunc sic vertit: *fugam captam auroram versus, habitem in extremitate maris occidui.* Michaelis tamen in nota huic loco subjecta obflare Lowthi explicationi, facereque pro vocalibus Hebraicis putat, quod indecens sit, hominem implumem dicere: si alas meas attollerem. Aliud esse: si alas, quales sunt Aurorae, attollerem. HUNTIUS, Linguae Arabicae Professor olim Oxoniensis, Lowthi verbis, paullo antea a nobis allatis, addidit hanc notam: „Auctor collectionis perutilis commentariorum Judaicorum, cui Titulus *Micloth, Yopke*, ita videtur accipere hanc phrasin עַבְדּ אֵשׁ אֶשְׁרָאֵל, ac si esset ratio loquendi Orientalibus usitata ad notandum *volatum* sive *fugam in Orientem*, Haec sunt ejus verba: עַבְדּ אֵשׁ אֶשְׁרָאֵל כַּלְמֵר בְּהַם וְהָיָה קִבְּרָא עַבְדּ אֵשׁ אֶשְׁרָאֵל הַמְרָרָה *Si fuitam alas aurorae, usque volitem, id*

est, si eam ad extremitatem Orientis.“ Attulit haec Huntius Lowthianae explicationis confirmandae gratia. Verum tantum abest auctor Michlol Jophi, ut Lowtho saveat, ut potius ea, quam superius ad Versus hujus initium memoravimus, ratione locum hunc exponat. En verba hebraea, quae statim excipiunt illa ab Huntio allata: וְאַחֲרֵיהֶם הוּא הַמִּעֶרֶב וְאָמַר בְּאַחֲרֵיהֶם יָם רֹצֵחַ לֹמֵר סוֹף הָעוֹלָם כְּלוֹמֵר אִם אֵלֶךְ מִמִּזְרַח הָעֶרֶב בְּרֹגַע אֶחָד לַיָּם וּכְלָל לְלַכְּתָּ בְּלַחֲךָ כִּי בְכָל מִוֶּקֶם הִנַּחֲנִי יָדַי וְהִאֲחִזֵּנִי יָמִינְךָ *Est extremum maris est occidentens, et quod dicit: in extremo maris, significare voluit ultimam mundi plagam, quasi diceret: si eam ab oriente ad occasum uno momento, neque tamen possim abire in locum, quo tu non adsis, nam ubique manus tua ducit me, et dextera tua me apprehendit* (Vs. 10.). In qua quidem interpretatione, quam sensum idoneum fundat, et nos acquiescendum putamus. Alexandrinus prius hemistichium sic reddidit: ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγὰς μου κατ' ὄρθρον, et Vulgatus, *si sumpsero pennas meas diluculo.* „Graeca si ad verbum velimus reddere, *secundum auroram* diceremus; quibus in verbis possumus intelligere non modo significationem temporis, verum etiam loci atque similitudinis contineri; temporis quidem, ut *secundum auroram* idem sit, ac, sub auroram, loci, id est, ex ea coeli parte, unde aurora oritur; similitudinis denique, si *pennas secundum auroram*, hoc est, aurorae pennis similes intellexerimus.“ ACELLIUS. Syrus: *אֲנִי אֶשָּׂא כְּנָפַי כְּכַנְפֵי אֵימָן אֶתְּרֵי אֲנִי* *Atque si attollam alas meas sicuti aquila.* Eodem modo Arabicus Aethiopicusque interpretes, cū כְּנָפַי - כְּכַנְפֵי שְׂחָר נִשְׂרָ legissent pro כְּכַנְפֵי שְׂחָר. Videntur tamen illi suam interpretationem ex fonte aliquo Gracco haulisse, nobis ignoto. 10. יָם רֹצֵחַ הַיָּם הַיָּבֵשׁ *Etiam ibi in extrema orbis terrarum plaga manus tua duceret me, quod intelligendum esse apparet de eo ductu, quo captivi ducuntur, ne effugere possint, non de comitatu.* Respondet in altero hemi-

hemillitichio אֲחֻזְתִּי apprehensum *me teneret*. Similis sententia est Amos IX, 2. Sensu vero plane diverso DARTIUS: „ego tamen ibi quoque tuae praesentiae *gratiosae, quae me defendit*, certus esse possem. Hoc verba הָרָה et יָמִיךָ innuunt. Nam David non optat Deo effugere, aut ei occultari. Recordatio praesentiae divinae in omnibus locis solatium ei erat, et spem ejus fiduciamque in Deo positam confirmabat, quod ex conclusione totius Psalmi inde a Vs. 17. clare apparet.“ Sed quo consilio poeta numinis divini ubique locorum praesentiam declaret, in Argumento monitum.

11. Si aliam ineam rationem, et me posse tenebris oculere putem, illisque tectum Dei oculos vitare, tamen haec quoque ratio vana erit; neque enim tenebrae ipsae adeo obscurae erunt, ut tuam aciem obscurent. יָאֲמַר אֲנִי הָאֲחֻזְתִּי הָאֲחֻזְתִּי *Si dicerem; tamen caligo me obscurabit*; accedo enim illis interpretibus, qui verbo אֲחֻזְתִּי h. l. *caligandi, obscurandi* significatum tribuunt, a voce אֲחֻזְתִּי, *crepusculum*, sicuti et alia verba mediae radicalis Vau, et primae radicalis Nun, quae vero ceteras duas radicales literas easdem habent, significationibus conveniunt; ita מָלַח et נָמַל est, *circumcidere*, דָּרַח et נָרַח *impellere*, וָרַח et נָרַח *fremere*, וָרַח et נָרַח *fluere*, פָּרַח et פָּרַח *spirare*, פָּרַח et פָּרַח *discutere, dispergere*, קָרַח et קָרַח *fastidire*. Alii aliter; quum verbum אֲחֻזְתִּי, praeter hanc locum bis tantummodo occurrat, Genes. III, 15. et Job. IX, 17., quibus locis tamen diversis notionibus capiendam esse apparet. Ad nostri loci interpretationem nobis probatam sensu proxime accedit verbi אֲחֻזְתִּי explicatio ea, quam in medium attulit EVERARD SCHEIDIUS in Nota ad Genes. III, 15. (in Opere imperfecto, cujus plagula prima hanc gerit epigraphen: *Liber Geneseos sive בְּרֵאשִׁית ad fidem Codicum Mss. versionumque antiquarum emendavit, et vulgatam versionem Latinam, hic illic interpolatam atque ad contextum originalem compositam e regione adiecit* Ever. Scheidius)

p. 54. „Verbum שרף proprie notavit *fricare*, *terere*, uti certissime constat ex dialecto Aramaea [cf. Buxton-Fii *Lexic. Chaldaic.* p. 2351.]. A notionē *terendi* est illa *obterendi*, *conterendive*, in Chald. שרף, apud Paraphrasten Pf. 94: 5. *Populum tuum* ירדמא. Neque aliter Job. 9: 17. בשערה ישפני in turbine conteret me, Syrus شمس, Chaldaeus מרקוק reddidit. Atque ita hoc loco [Gen. III, 15.] ישפף ראש, *conteret caput tuum*. Ceterum diverso paullum aspectu שרף *fricare* iidem Aramaei, et Arabes imprimis [شاف], adhibuerunt pro *fricando illinere*, *affricare*; eximie *picem* camelis, atque adeo *picem* eos *oblinere* s. *incrustare*, *obtegere*. Firuzabadius: الشوف طلي التجميل بالقطران

والمشوف المطلي به *inungere camelum pice*; unde משרף pice *inunctus camelus*. An inde explicandum Pf. 139: 11. Sin dixerim, אר חשך ישפני certe *tenebrae incrustabunt me*, Belgice: *de duisternis zal mij* (als met een pik - zwart floers) *bedekken*; tum vel ipsa nox אור בערי *lux circum me*. Arabibus a *fricando* verbum شاف in Conjugat. II. denotat etiam *polivit*, *nitentem*, *fulgentem* reddidit, et hinc مشوف

nitens fulgensque numus. Qua significatione adscita h. l. J. D. MICHAELIS in *der Beurtheilung der Mittel, die ausgestorbene hebraeische Sprache zu verstehen*, p. 308. et N. G. SCHROEDERUS, Muntinghio in *Animadversis philolog.* ad h. l. commemoratus, verba nostra sic reddiderunt: *dixi: ipsa caligo nitere me facit, sive fulgentem reddit*. Potuere hanc sententiam Syraci interpretis auctoritate commendare, qui sic vertit hebraea:

אֶפְיִי בְּשֹׁמֵרִי יִנְטֵרֵנִי וְעַל פְּנֵי מוֹצֵי לִפְיִי יִנְטֵרֵנִי
Dixi, tenebrae prae lucebunt mihi, et nox lucebit in facie mea. Quae interpretatio tamen Michaelij postea ipsi displicuit, ut scietur in *Supplem. ad Lexx. Hebr.*

p. 2239; quo quidem loco adsumta significatiōe *spectandi, observandique*, quam Arabicum شاف in V. et VIII. conjugat. habet, nostra verba sic interpretatur: *ipsae tenebrae vident me, observant me*. Nobis tamen neque haec sententia poetae consilio videtur accommodata esse. Nam quia negaverat, se posse ullam humano ac terreno ingenio viam atque rationem invenire, per quam Deum fugeret aut lateret, cum unam ex illis rationibus exposuisset, nempe velocitatem fugiendi seu in sublime, seu in profundum, seu ad extrema orbis terrarum; ad aliam rationem tranlit, ea porro est, cum si non fugae praesidio subductus, tenebris certe, et obscuritate cooperatus quispiam latet. Inter veteres optime Symmachus: εὖν εἶπω, ἴσως σκότος περισκεπάσει με, ἀλλὰ καὶ ἡ νύξ Φωτεινῇ περὶ ἐμέ. Sensu plane diverso hunc Versum exhibet Alexandrinus: καὶ εἶπα, ἄρα σκότος καταπατήσει με, καὶ νύξ Φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου, quae Vulgatus sic reddidit: *Et dixi, forsitan tenebrae conculcabunt me, et nox illuminatio mea in deliciis meis*. Verbum φωτῶν interpres ille cepit *conculcandi* significatiōe (cf. Scheidii notam superius allatam), et pro τρυφῆν legit τρυφῆν, a nomine τρυφή, *deliciae*. Recte vero AGELLIVS monuit, per *noctem et conculcationem* illum aerumnas et calamitates significari putasse, atque hanc esse ex ejus interpretatiōe hujus commatis sententiam: si quando cogitantem metus incesserat, ne malorum et aerumnarum tenebris obruerer, et tanquam redigerer in pulverem, ipsa tamen vel densissima nox tuo favore atque potentia mihi in lucem verberatur, adeo ut vel mala atque incommoda mihi summae iustitiae causa fierent. A qua interpretatiōe non longe discedit DATIVS, qui hunc Versum ita vertit: *Quodsi cogitarem, tenebras mihi esse posse exitiosas, nox tamen lux esset circum me*. Eundem hujus Versus sensum putat, quem praecedentis: non magis mihi tenebrae, alias periculosae et formidolosae, timendae sunt. Verbum τρυφῆν *conterendi, perdendi* notione capit, ut Alexan-

xandri.

xandrinus. Chaldaeus in Polyglottis Antverpiensibus: *Dixi: at caligo obscura circum me; tamen et nox lucet circa me.* Sed in Buxtorfianis Bibliis: *Dixi: at caligo consociata* f. *condensata est circa me, et nox obscura propter me.* Ita expressa est verbi שָׁחַף significatio *obtinendi*, Aramaeis usitata, et superius ex Scheidio commemorata, omissum vero nomen אָר, neque sensu incommodo, si Versum proximum huic ita jungas, ut ille demum אַרְוִיָּהּ contineat.

12. לא יִחְשֶׁה Non *obscurum facit* scil. quicquam eorum, quae facio aut cogito, ut Aben-Esra explicat, quum verbum sit transitivum, ut Ps. CV, 28. Alii: *tenebras facit*, i. e. obscura fit. Ita Alexandrinus: ὅτι σκοτός οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σου. Cf. quae proxime de verbo יָאִיר monebimus. אֵלֶיךָ *A te*, i. e. quin tu provideas. Eadem sententia Jerem. XXIII, 24. Job. XXXIV, 23. — פְּרִיָּהּ plerique transitive capiunt: *illuminabit* scil. me latentem, et occulta mea omnia, quem transitivum sensum habet Ps. XIX, 9. Proverb. XXIX, 13. Sed potest et intransitive sumi, ut Ezech. XLIII, 2. *Terra lucebat a splendore ejus.* Sic Alexandrinus: καὶ ὡς ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται, et Vulgatus, *et nox sicut dies illuminabitur.* Verba הַשֶּׁלֶכֶת בְּאֵרֶךְ Chaldaeus recte vertit: *et tenebrae et lux aequales sunt* scil. tibi, nullo a te discrimine habentur. Duplex exaequationis est, cf. not. ad Ps. LVIII, 10. Alexandrinus vertit: ὡς τὸ σκοτός αὐτῆς, οὕτως καὶ τὸ φῶς αὐτῆς, legit utrumque nomen cum He mappicate, כְּחֶשְׁתָּהּ בְּאֵרֶךְ.

13. Nec mirum, si nihil te lateat, mei, quum secretissima corporis mei partes tuae sint, et tuum opus. Verbum קָנָה, quum plerisque quibus occurrit, locis, *acquirere, emere, possidere* significet, nostrum locum haud pauci sic explicant: *possides renes meos*, i. e. imperium habes.

habet plenum in ea, quae intra me penitus latent, etiam in abstrusissima mea. Sed recte monuit J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 2196. esse illis notionibus *parandi* quoque, *creandique* significationem addendam, qua adscita non hoc tantummodo loco, verum et Genes. XIV, 19. 20. Deuter. XXXII, 6. sensus magis idoneus enascitur. Videntur in hebraeo קנה duorum verborum Arabicorum *اَقْبَضَ* *acquisivit sibi, possedit*, et *قَان* (pro *قَبِنَ*) *formavit, concinnavit*, significationes coaluisse. Quare et Genes. IV, 1. nomen קנה ad קנה refertur. Verendum igitur cum Syro: *לָמָּה אָנֹכִי חָכְמָה* *quia tu parasti, formasti renes meos*, quibus notum est Hebraeis significari affectuum et cogitationum fontem et officinam (vid. Ps. VII, 10. XXVI, 2. Proverb. XXIII, 16.), quae quum Dei sit opus, non est mirum, ipsi intima hominis cognita esse. Hemistichium posterius, *חִסְבִּי אָמַי* *obtexisti, contexisti me in utero matris meae*. Dathius recte monuit non esse intelligendum de protectione et defensione Dei, quum sermo sit de mira formatione foetus in utero materno, sed sententiam esse eandem, quae Job. X, 11. *Cute et carne vestivisti me, ossibus ac nervis* *חִסְבִּי אָמַי contexuisti me*, tanquam structuram elaboratissimam. Recte nostra verba Chaldaeus reddidit: *אֲשֵׁיחָהּ לִי בְּבִרְיָתָא דְּאָמִי* *texuisti me in ventre matris meae*, q. d. tu mirifice in ventre matris, sicut textor telam (est enim *מִשְׁתִּיחָא* *tela textum*), membra mea mixtim artificiose texuisti et composuisti. *Protègendì*, tandemve significatu verbum *סָפַר* cepit Alexandrinus, qui *ἀντέλαβον μου ἐν γαστρὸς μητρός μου* vertit, et hinc Vulgatus atque Syrus: *suscepisti me de utero matris meae*, id est, me de utero matris egredientem adjuvisti ac defendisti. „Notandum, Quintae editionis auctorem transtulisse, ut ait B. Hieronymus, *constasti me in ventre matris meae*. Graecum verbum is auctor editionis illius

illius posuit, ut opinor, ἐχώνευσας, idque elegantissime, metaphora nempe a fusoribus metallorum et sigillorum opificibus ducta, qui in formam ex argilla factam, argendum fundant [Nostrum נִסְכָּנִי interpretem illum apparet ad verbum נִסְכָּן retulisse, quod Alexandrini et Jesh. XLIV, 10. Jerem. X, 13. graeco χῶνευσει exprimunt; ac si נִסְכָּנִי extaret]. Puto autem, proprie verbum hebraicum significare *sepe circumdare, sepire* [cf. GEORG. HUSZTI Dissertat. philol. de Ling. Hebr. *Synonymis ex origine illustrandis* §. XXXIII. in *Sylloge Dissertat.* Vol. I. p. 227. ubi ea ipsa significatio Arabicae dialecti ope adstruitur], quod ossibus ac nervis, tanquam sepe quadam vitalia contexta circumtegantur atque vallebuntur. AOBELLIUS.

14. כִּי נִרְאָהּ נִפְלְיָהּ עַל כִּי נִרְאָהּ אֶזְרָךְ *Celebrabo te propter ea quod miris modis* (pro נִרְאָהּ עֲלֵי לִי, recte notante Aben-Esra, qui simile adjectivi pluralis adverbiascentis exemplum adfert Genes. XLII, 7. קָשָׁה duriter, duris verbis) *mirabilis sum formatus*, vel, ut alii, propriam verbi נִפְלֵא *separandi* notionem exprimentes (vid. Exod. XXXIII, 16. Pf. IV, 4.) vertunt: *separatus sum* a reliqua materia sanguinis materni. Buxtorfius in Concordantijs vertit: *admiratione abripior*, quum נִפְלְיָהּ sint *admiranda*. Alexandrinus vertit in secunda persona: Κοβερως ἐθαυμάστῳμαι, et Vulgatus *terribiliter magnificatus es*. Syrus: *Laudabo te* לְבָרַךְ לְמִשְׁכָּלֶךָ וְלִפְנֵי מַעֲשֵׂיךָ, *propter miraculum, quod fecisti*. Sed primam personam Chaldaeus expressit: מְטוֹל מִשְׁכָּל דְּרָהִלִּין פְּרִישֵׁית *quod mirificis modis mirifice factus sum*. וְנִפְשֵׁי יָרְעָה מְאֹד *Et anima mea agnoscit valde*, i. e. agnoscit hoc animus meus profus, esse scilicet admirabilia opera; neque enim de perceptione sapientiae divinae, quae superat captum nostrum, hoc interpretandum, sed de iudicio intelligentiae ejus, quod sit ea admirabilis et inexplicabilis. Alii per anastrophe particulam מְאֹד referunt ad נִפְלְיָהּ, non ad verbum יָרְעָה, hoc sensu: *agnoscit animus meus, esse valde mirabilia opera tua*.

15. עָצָם interpretes veteres fere omnes, ne Chaldaeo quidem excepto, vertunt *os meum*, quasi esset עָצָם, ut Pf. CII, 7., quum tamen sit cum *Camez-chatuph*, ab עָצָם, *robur*, quod ipsum bis adhuc legitur, Dent. VIII, 17. et Job. XXX, 21., quo utroque loco עָצָם est *robur manus*. Ita ex veteribus solus Symmachus: ἡ ἰσχυρία μου. Significari aliqui putant corroborationem illius materiae mollis et infirmae, quae tum fit, quum ossiculis sustineri ac erigi incipit. Videtur potius natura substantiaque corporis tota et pars ejus quaelibet intelligenda esse, quarum nulla Deum latuit. עָצָם *Quum, quando*, ut Pf. XLI, 9. CXLVII, 9. — עָשִׂיתִי Kimchi capiendum censet *comprimendi, compingendi* significata (perinde ac si esset עָשִׂיתִי) ut Ezech. XXIII, 3. 8., explicatque: cum compactus sum; et tanquam caseus manibus conformatus atque compressus, juxta illud Job. X, 10. *Nonne sicut lac emulxisti me, et sicut caseum me coagulasti?* Rectius tamen Aben-Esra communem retinet significatum, ut sit Pyl verbi עָשָׂה, et vertendum: *factus s. conformatus sum*. בְּסִתְרִי *In abscondito*, i. e. in utero matris, coll. Vs. 13. „Verbum רָקַמְתִּי insignem in se continet imaginem ab *opere ac artificio phrygionico* traductum, quod Hebraeis רָקַמָה dicitur, ut Pf. XLV, 15. Formationis corporis humani opificium, quod nervis, ossibus, carne, cute, consistit, *artificio confert phrygionico*, quod magna constat varietate, filisque ac juncturis sibi invicem intertextis. Ita Kimchius, qui et vocabulo מִסְתַּכְּבִים usus est, cujus radix סָכַךְ est significantia verbo שָׂרַךְ, *contexit*, sive. Piscator: *verbum רָקַם significat proprie acu pingere, seu intexere variorum colorum fila, quod Itali verbo ex voce Hebraea deducto vocant recamare. Est igitur hic elegans metaphora: nam ut phrygio diversorum colorum fila scite in tela contexit; ita Deus ex diversis membris corpus hominis scite atque artificiose compegit.* Imo non corpus tantum ex membris, sed membra etiam singula ex particulis variis et vari-

variantibus, quasi opus quoddam variegatum, contexit. Itaque Marcus Imperator L. II. S. 2. corpus humanum vocat κροτύφαντον, ἐκ νεύρων, Φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτων, *perlum*, sive *reticulum* potius, *ex nervis, venis, arteriis, implexis invicem, contextum*. Hebraicam vocem proxime accessit Symmachus, qui ἐποικιλθην reddidit, h. e. *variegatus sum*; nam ποικιλτής, qui acu intexit, et ποικιλτικῆ, πλυμιταρικῆ τέχνη, *ars variegandi, versicoloribus filis contexendi*, Hesychio Suidaque testibus. Haec GATACKERUS in *Dissertat. de N. Instrum. stylo* Cap. IV. in Eiusd. *Operr. Critt.* p. 31. Alexandrinus, qui pro חֲמֻדָּה הַיְיָ וְהַיְיָ וְהַיְיָ μου posuit, *substantia mea*, ut Vulgatus reddidit, legit חֲמֻדָּה, a radice חָדַד, quae ab interpretibus illis aliquando redditur ὑψίστημι. חֲמֻדָּה הַיְיָ Inferiora terrae appellari h. l. uterum maternum, quod sit ille tenebrosus, perinde ut sunt terrae cavernae et secessus, res ipsa ostendit. Ita et Chaldaeus: מִמֵּתָי מִמֵּתָי רִיבֵּי מֵמֵתָי *formatus sum in utero matris*. Alii accipiunt hoc ut sonat, hoc sensu: quum hic inferne in terris efformarer, tu e coelis videbas, nihilque te latebat. Sed prius praeferendum suadet hemistichiorum parallelismus, quum חֲמֻדָּה הַיְיָ respondeat תָּוֹרָה.

16. חֲמֻדָּה הַיְיָ וְהַיְיָ וְהַיְיָ] Nomen חֲמֻדָּה praeter hunc locum non occurrit in V. T. Neque verbum חֲמֻדָּה plus quam semel exstat, scilicet 2 Reg. II, 8., quo loco de Eliae pallio dicitur: חֲמֻדָּה הַיְיָ וְהַיְיָ וְהַיְיָ, ubi interpretes veteres in *convolvendi* significatione consentiunt; unde et nomen חֲמֻדָּה Ezech. XXVII, 24. *involutra* vestium aut mercium complicatarum, quum alio deseruntur, significare plerique putant. Cf. G. GUIL. MEYERI *Commentat. in Ezech. Cap. XXVII*, in der *Goettingischen Bibliothek der neuesten Theolog. Literat.* Vol. IV. p. 612. Certe Chaldaeis חֲמֻדָּה et חֲמֻדָּה est *toga, stola, involucrem*, cui homo involvitur, et quod etiam *convolvitur*, ac *complicatur*. Quibus ipsis Chaldaeis, in et

Rabbi-

Rabbinis, חֲלִיא designat *massam* seu *materiam informem*, unde quid elaboratur, veluti lignum, item metallum fusile, unde fiant vasa. Hinc et nostro loco nomine hebraeo plerique existimant significari *embryonem*, informem illam *involutam* quasi vel *conglomeratam* massam, antequam vis πλαστική ad membrorum formationem affurgeret. Ita Alexandrinus et Aquila, $\text{ἀκατέργαστόν μου, ἰμπερfectum meum}$, ut Vulgatus reddidit, et Symmachus ἀμορφωτόν μου , quibus verbis eos interpretes apparet significasse rudem illam et in utero adhuc informem foetum. *Massae informis* notionem, Muntinghe in Arabico

حَلِيء , corpus excoriatæ et exenteratæ ovis absque capite pedibusque deprehendit. Minus accurate Chaldaeus: חַוְּיָא , corpus meum. EPIPHANIUS hebraicae linguae peritus, ex Judaeis inque ipsa Palaestina natus, *Libro I. adversus Ebionem* §. 31. vocem hebraeam חֲלִיא significare dicit $\text{χόνδρον ἢ σεμιδάλεως κόκκον, μηδέπω εἰς ἄρτον συνελθόντα καὶ φουadέντα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ κόκκου σίτου τμηθέντα, χόνδρον, ἢ χονδρίτην, ἢ λεπτήν ψηφίδα, ἥτις ἐν σεμιδάλεως γίνεται, grumium, aut simile granum, nondum in panem coactum aut subactum, sed tamquam e putamine tritici divisum grumium; aut farinae globulum, aut minutum calculum, qui e similia sit. Quae explicatio sese probavit J. D. MICHAELI, qui in *Supplem. ad Lexx.* p. 315. „*Chondrum*, ait, seu, ut Latini dicunt, *alicam*, *chondrum ex grano tritici resectum* hebraeum חֲלִיא significare, eo facilius credo Epiphasio, quod Arabia etymon ultro offert; *chondri* sunt ex granis tritici, pellicula atque extremitatibus resectis, unde חֲלִיא , *secuit*, optime nomen nancisci potuerunt.“$

Qua in sententia Michaellem confirmavit Wisbergius, anatomiae peritissimus, qui ipsum docuit, primum, quod post impaegnationem oculis cerni in utero possit, vesicam semihellucidam esse prope rotundam, *chondro similem*. Utroque etymo sensus idem erit: quum rudis adhuc

massa

massa atque informis essem, unde nasciturus eram, tu
 jam nosti me. וְעַל-סִפְרָה כָּלֵם יִכְחַבְרֵ In libro tuo omnia
 ea scribuntur, vel, per enallagen temporum, scripta
 sunt. Eadem similitudo ad exprimendam accuratissimam
 Dei notitiam Ps. LVI, 9. Mal. III, 16. Affixum masculi-
 num pluralis numeri in כָּלֵם neutralem hic habet signifi-
 catum, referendumque est ad ea omnia, quae in Versibus,
 quae proxime praecedunt, dicta sunt de hominis in utero
 formatione. Nam ad nomen יָמִים, quod sequitur, assi-
 xum illud referre vetat intercedens accentus distincti-
 vus, Merca compositum, qui ipse sensum absolvit. Alii
 referunt ad מַלְחָמִי, *massam meam*, quod collective capien-
 dum volunt. Kimchi e sermonis contextu subaudit הַאֲבָרִים,
membra, quae formanda adhuc erant. Ita et Aben-Esra
 de membris, quorum forma velut in libro sint designata,
 ita ut prodeant postmodum sine additione et diminutione.
 Quem ipsum sensum bene sic explicavit AMYRAEDUS:
 omnia enim illa, quae postmodum admirabili ordine compo-
 sita sunt, et collocata quaeque locis idoneis ad usus, quibus
 a te destinabantur, quum primum digerebantur, et tamen in-
 digesta adhuc erant, non minus perfecte tibi perspecta fue-
 rant, quam si in libro tuo sigillatim et ad unum dili-
 gentissime perscripta existissent. Jarchius affixum illud
 refert ad כָּל יְצוּרֵי הָעוֹלָם *omnes mundi creaturas reli-*
quas, quae itidem assignatae בְּמוֹנִי, *sicut ego*, ita ipsae
 singulae antequam creatae, coram te tamen manifestae
 erant et sunt. Verba יָמִים יְצוּרֵי varie interpretantur.
 Aliqui: *per dies formabantur* scil. membra mea, q.
 d. non uno momento, sed progressu temporis, de die
 in diem, formabantur illa membra mea ex informe mole
 (בְּזָלֵם); ut indicetur omne illud temporis spatium, quo
 partus in utero gestatur. Sic Kimchi: בְּיָמִים רַבִּים, *per*
dies multos fit membrorum formatio. Eodem modo יָמִים
 simpliciter capiendum Genes. XXI, 34. *Commoratus est*
Abraham in terra Philisthaeorum יָמִים per multos
dies. Cap. XXVII, 44. *Habita cum eo יָמִים dies an-*
quot;

quot; Cap. XXXVII, 34. *Luxit filium* יָמִים per plures dies. Alii: *dies* etiam scripti fuerunt, quibus *formata sunt* membra mea, subaudito pronominis relativo. Mihi vero recte monuisse Mantinghe videtur, verbum יָצַר, quod alias *formavit* significat, quam notionem communem habet cum Arabico صَلَف (quemadmodum טוב et رَجَب, *bonus fuit* et رَجَع et رَجِع, *malus fuit*; شَرِع et يَشِع *laxus fuit*, notionibus non differunt), hoc loco eadem significatione accipi, quam verbum illud Arabicum obtinet in Conjug. V., *concepta illi fuit, et. ob animum versata res, imaginatus fuit rem, formam ejus concepit*; quomodo יָצַר melius respondebit verbo יִבְחֵנִי, quod praecessit. Simile duci videtur ex architectonicis, ubi initio forma aedificii in charta depingitur, et ipsam illud verbum Arabicum in Conjug. II. *effigiavit, pinxit* denotat. יָמִים pro יָמֵי, *dies mei*, positum, quemadmodum et alias affixa non expriciuntur, ubi e contextu subaudiri facile possunt, veluti תְּהֵלָה pro תְּהֵלְחוּ Pf. XXXIII, 1. CXLVII, 1. — וְלֹא בָהֶם אֶחָד אֲחֵר Quum nondum ullum ex eis scil. diebus (alii, *membris*) exstaret. הֶם אֶחָד בָּהֶם h. l. *unum ex eis* reddendum, ut Exod. XIV, 28. *Non relictus est.* בָּהֶם אֶחָד אֲחֵר *ex iis ad unum, i. e. Aegyptiorum ullus*; et Levit XXVI, 36. *Qui remanserint ex vobis.* Pro וְלֹא in libris plerisque editis in margine praecipitur legendum וְלֹא, juxta quod Kimchi sensum sic exposuit: *Multi dies illi, intra quos membrorum conformatio perficitur, sunt veluti dies unicus, scil. Deo: novit enim eos omnes (s. ea omnia) momento uno.* Sed recte observavit C. B. MICHAELIS in *Luminib. Syriacc.* §. VII. illud וְלֹא ad marginem notatum meram esse scribendi diversitatem (quemadmodum Is. LXIII, 19. Proverb. XXVI, 9.), „ita ut tam רָו קָרִי (לו), quam רָו בְּחֵיב (לֵא) utrumque non significet, adeoque ambo non magis differant, quam similes voculae, quae sub diversa orthographia significando coincidunt, veluti פָּא et פָּא, *heio*; אֲפֹא et אֲפֹא, *igitur*, Job. XXXVIII. 11. Genes. XXVII. 33. Job. XIX, 33.,

וְרָא בְּיַמֵּיהֶן *Corpus meum viderunt oculi tui, et super libro memoriae tuae omnes illi dies mei scripti sunt, in die, quo formaretur mundus, a principio, quum creatae sunt creaturae omnes, et nondum una ex eis esset.*

Denique Syrus, qui multum discedit ab Hebraeo et

Alexandrino: פִּי־סִי־יִכְתֹּב־בְּסֵפֶר־יְמֵי־כָל־הַיְּמִי־הַהֵן

כִּי־יִבְרָאֵם־הַיְּמִי־הַהֵן

Et retributionem meam viderunt oculi mei

(forsan legendam כְּעֵינַי, *oculi tui*); *super libris tuis omnia ea scribentur; ecce dies abbreviati sunt*

(legendum puto יְמֵי־הַיְּמִי־הַהֵן *creati sunt*), *nec erat eis homo.*

Pro וְלִמֵּי Syrus expressit וְלִמְלֵי, quod placuit Vogelio in not. ad *Cappelli Crit. S. p. 275.*, sed explicavit sic:

„*quidquid Deus voluit, ut mihi eveniret; fata mea.*

Omnia fata mea praevidisti; in libro tuo sunt consignata; a te ad certa quaedam tempora sunt distributa, nec est unum eorum, quod mihi non antea designasses.“

17. וְלִי מֵהַיְּקָרִים רַעִיָה *Itaque mihi quam pretiosae sunt cogitationes tuae, i. e. consilia tua, quae in his sapientiae tuae documentis, quale est corporis humani opificium, adeo luculenter sunt conspicua.*

וְלִי מֵהַיְּקָרִים *Quam pretiosa sunt, i. e. quam magni aestimatur, quam eximia!*

Pretiosam alicui dicitur, quod magni ab eo aestimatur, ut 1 Sam. XVIII, 30. de nomine Davidis: *enuntiatur et pretiosum, vel magni habitum fuit tam apud exteros, quam apud suos, cf. Pl. LXXII, 14. et loca ibi notata.*

Aliqui exponunt: difficiles sunt ad investigandum ac percipiendum, capi nequeunt, quomodo Pl. XLIX, 9. *redemptio pretiosa* dicitur pro ea, quae fieri nequit.

Eadem sententia Pl. XCII, 6. Nomen רַעִיָה, quod nos eadem qua supra Vs. 2. significatione capiendum censemus, veteres interpretes omnes frequentiore

soletum, amicorum notione ceperunt. Alexandrinus: ἐμοὶ δὲ ἀπὸ ἐτιμώθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός. Vulgatus:

mili

tus: *mihī autē nimis honorificati sunt amici tui, Deus; nec aliter* Syrus. Chaldaeus: וְלִי כֶּמֶה יְקִירִין Et *mihī quam pretiosi sunt amici tui, iusti, Deus!* Quod ipsum Jarchius sequutus, cujus interpretatio talis est: coetus Israeliticus dicit: quam honorati sunt in oculis meis iusti, qui in qualibet generatione existunt. Eandem illam *amicorum* significationem recepit A. SCHULTENS in *Animadverss. philologg.* ad h. l., quem sic vertit: *Quam cari mihi sunt, o Deus, amici tui!* cui opponitur, ait, Vs. 21. *ne in odio prosequer, o Deus, qui te odio habent?* Minus bene tamen ita quadrant, quae de *copia* proxime sequuntur, altero hemistichio et Versu sequente; satis verò idonea sunt, si de divinis consiliis ac rationibus intelliguntur. מִה-עֲצְמֵי רְאִשֵׁיהֶם *Quam invaluerunt summae eorum!* Verbum עֲצָם *validus fuit*, saepius de magna copia dicitur, ut Pf. XL, 13. Jerem. XV, 8. רִאשׁוֹ, *Summa*, ut Exod. XXX, 10. Num. 1, 2. IV, 2. 22, h. l. ea significatione praeter morem in multitudinis numero usurpatur ad exprimendam copiam infinitis quasi librorum foliis colligendam. Longe aliter Alexandrinus: λίαν ἐπαυταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν, Vulgatus: *nimis confortatus est principatus eorum.* Chaldaeus: כֶּמֶה וְאֶחָדֵיהֶם רַב־בְּנֵיהֶן, *quam robusti sunt principes eorum.* A. Schultens l. c. verba nostra sic vertit: *quam multa sunt eorum capita*, quam locutionem stylo Orientis tantundem esse ait, ac, *quam multi ipsi sunt* (scil. *amici tui*, quomodo רֵעִי interpretatur): nimirum *caput viri* dicere solent Arabes per synecdochen partis pro toto pro *viro*, *capita equorum* pro *equis*, et similia; quorum largam exemplorum copiam assertit ex scriptoribus Arabicis. Et sic Hebraei quoque Jud. V, 30. 2 Sam. III, 8. 1 Paral. XII, 2. 3. Similiter Aethiopes, teste LUDOLFO in *Lexic.* p. 133. nomen רִאשׁוֹ, pro pronomine *ipse* usant, etiam cum ad *crastinam diem* spectat, et similia, in quibus synecdoche locum non habet. Cf. STORRI *Observat.*

ad Anal. et Syntax. Hebr. p. 8. not., qui tamen a Schultentio dilcedit in nominis רעיק interpretatione, et Verbum nostrum sic vertit: *quam ardua mihi sunt cogitata tua, o Deus! quam multa sunt ea ipsa!*

18. אספרם Numerabo ea, i. e. si ea numerarem, subaudienda particula conditionalis אם, ut Pf. XXXIX, 12. Pf. XL, 6. XCI, 17. CIV, 28. 29. 32. Cf. STORRIT *Observatt.* p. 304. מהול ירבון *Prae arena multa erunt, s. essent*, ipsam arenam maris sua multitudine ac varietate superarent, cf. Genes. XXII, 17. Jes. X, 22. Job. VI, 3. XXVI, 14. Simile illud OVIDII *Metam.* XI. *Totidem, quot mæssis aristas, sylva gerit frondes, ejectas littus arenas.* הקיצתו ועורי עמך Si *evigilavero, tum adhuc ago tecum*, meditatione mea in istam sapientiae, potentiae ac bonitatis tuae infinitae considerationem et admirationem totus defixus. Dormiens de te somnio, vigilans cogito: meditantem somnus obruit, evigilantem mox tui meditatio lubit. Eadem fere sententia Pf. LXIII, 7.

19. Altera pars carminis, in qua male imprecatur sceleratis istis hominibus, qui existimant se Deum latere, quasi ipse aliquid nesciat. Utiqam, inquit, male perdas sceleratos et exitio dignos homines! אם h. l. pro *utinam*, ut Pf. LXXXI, 9., cf. ibi nota. Ita VIRGILIUS *Aeneid.* VI, 187. *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat.* Alii: *siquidem* interfecturus es, ut Jerem. XXIII, 38. Ezech. XXV, 6. LUDOVIC. DE DIEU אם h. l. pro asseverantis particula, *certe, omnino*, habet, ut Jerem. XXXI, 20. ad quem locum plura exempla afferit; cf. NOBII *Concordant.* p. 66. edit. *Tymp.* רשע hic collective capiendum de improborum turba. אנשי דמים *Viri sanguinariii!* Pf. V, 7. XXVI, 9. LV, 24. Subita apostrophe, qualis Pf. VI, 9. CXIX, 115. סורו ממני *Recedite* me. Chaldaeus יזרין, *discedent*, Syrus יצאו, *abeant* vertunt, hoc integri versiculi sensu: *si consideres, o Deus, impios, tum sanguinariii a me re-*

cederent. Ita vero vel סרר, vel סורר, ut בשני, *puddore suffusi sunt*, Jerem. XIV, 3., אורר, *illuminati sunt*, 1 Sam. XIV, 29., טובו, *boni sunt*, Cant. IV, 10., scribendum fuisset.

20. יאמר מרובה. *Eos dico, Qui loquuntur contra te, rebelles, qui tibi refragantur. Redit per iteratam apostrophem ad Deum, a quo ad impios se verterat* Va. 19. Ludov. de Dieu ויאמר h. l. non pro pronomine habet, sed pro particula affirmativa, *certe, utique*, ut 1 Sam. XV, 20. Pf. X, 6. XCV, 11. *Aptius quod, quia;* ut Pf. XXXI, 8. redditur. ימרר pro עליה vel בך. Ceterum ימרר scriptum pro יאמרר, elisa prima radicali א, ut 2 Sam. XIX, 14. *Amasae חמרר diceris:* ita חמרר Pf. CIV, 29., חמר 2. Sam. XX, 9., et Jef. XIII, 20. יהל, ubi not. cf. Sunt etiam plures codd., a Roscio enumerati, qui plene יאמרר habeant. למרמה *Scelerate*, ut Pf. XXIV, 4. למרמה *fraudulenter*. מרמה, quod alias *cogitationem* in universum denotat, h. l. in malam partem, ut Pf. XXI, 12., capiendum, quemadmodum et cognatum זמה Ezech. XXII, 9. Hof. VI, 9. *scelus* significat. Versus hinc in Graeco varie legitur. Impressi codices plerique habent οτι ἐπισταλ ἐστε εἰς διαλογισμοὺς, *quia contentiosi estis in cogitationes*, quam lectionem sequuntur Joannes Chrysostomus et Euthymius. Nonnulli legunt: ἐπισταλ εἰσιν, *contentiosi sunt*. Alii habent ἐπεῖς, sed quia in accentu differt; nam si ἐπεῖς legatur, erit *dices*, sin ἐπεῖς, significabit *contentiones*. Utraque pronuntiatio in eos sanctores invenit: nam interpret ille, quem sequitur Augustinus, transtulit: *quia dies in cogitatione;* et Apollinarius sic legit, cum in versu dixerit ἀλλ' ἐπεῖς, *sed dices*. Alteram pronuntiationem sequitur Vaticanus codex, et Catena Graeca, et Hilarius. Non desunt codices Graeci, qui habeant ἐπεῖρε, *dicetis*. In Hebraeo est ימרר, quod meo iudicio fluit à מרר, quod verbum solent LXX. vertere ἐρίζειν, hoc est, *contendere*, seu *irritare*; est ubi transferunt παρακινεῖν, *exacerbare*, *irritare*, *offendere*.

dere. Sunt tamen ex Hebraeis multi, qui ab $\eta\mu\alpha$, *dicere*, deducant, sed hi literam, quae in nullo Hebraeo exemplari est, suppleant, α , ut sit $\eta\eta\mu\alpha$, *dicent adversum te*; et sic intellexerunt Aquila et Symmachus, quorum prior edidit: *ὅτι ἀντιλέξουσί σοι εἰς ἀπόνοιαν, quia contradicent tibi in malam cogitationem*; alter vero, οἱ τινες ἀντελάλησαν σοι διαλογισμόν, *qui contradixerunt, seu objecerunt tibi cogitationem.* At vero a $\eta\eta\mu$, quod est *contendere, irritare*, deduxerunt Theodotion et quinta editio: nam Theodotion transtulit, *ὅτι ἐρίσει εἰς διαλογισμόν, quia contendet, seu irritabit in cogitationem.* Quinta vero editio habet: *ὅτι παρεπίκρανάν σε ἐν κακόβουλίᾳ, quia exacerbaverunt te in malo consilio.* In tanta igitur varietate non modo multarum interpretationum, verum etiam unius interpretationis exemplarium, divinare, quo modo LXX, transtulerint, haud facile est. Sed quia plures illae diversitates sunt, quae a $\eta\eta\mu$ derivantur, quam quae ab $\eta\mu\alpha$, et Theodotionis interpretatio, qui solet cum LXX maxime convenire, habet *ἐρίσει, contendet*; ideo puto LXX a $\eta\eta\mu$ deduxisse, et verbum *ἐρίζειν, contendere*, poluisse, ut solent, et *irritandi, seu exacerbandi, seu contendendi et offendendi* significationem tenuisse. Sententiam igitur LXX hanc fuisse puto. Quia optaverat impiorum interitum, cum diceret: *utinam occidas, Deus, peccatores, idque inhumanum et ferum videbatur, assert nunc causam, cur iuste mortem eorum et interitum expetat: quia, inquit, irritant, seu offendunt Deum in cogitatione, seu, in cogitationem*; nam Vaticanus codex habet *εἰς διαλογισμόν*, hoc est, ut suam cogitationem perficiant, et opere compleant. Significat autem cogitationem illam perversissimam et scelestissimam verum Deum deserendi, et falsos Deos colendi. *Rebellant a te, atque deficiunt in cogitatione atque opinione sua mala, illum non esse Deum, aut haec humana non curare existimantes.* AGELLIIUS.

Chaldaeus: $\alpha\beta\beta\beta \text{ } \eta\eta\mu\alpha \text{ } \eta\eta\mu\alpha$ *Quia jurant per nomina*

men tuum dolose: accepit affixum verbi **יָמַרְתָּ** accusandi calū, *loquuntur te*, i. e. usurpant tuum nomen, esserunt illud. Sed quomodo ad periurii mentionem h. l. delapsus fuerit vates, non adeo liquet. Hinc alii sensu paullo latiore: *dicunt te*, h. e. nomen tuum in ore habent ad tegendum suum actum. Alterum hujus Versus hemistichium, **בְּשֵׁנֵי אֲשֶׁר עָרַרְתָּ**, varie construunt et explicant interpretes. Difficultas sita est in voce prima et tertia. Hanc enim alii *hostes* reddunt ex Chaldaismo, ubi Hebraeorum **שׁ** mutatur in **ע** (cf. not. supra ad Vs. 2.), adeoque ex **עָרַרְתָּ**, *hostis* fit **עָרַרְתָּ**, quomodo **עָרַרְתָּ** occurrit 1 Sam. XXVIII, 16., vel, ut N. G. SCHROEDERUS in *Observatt. Selectt. ad Origg. Hebr. Capp. II. §. XVIII.* p. 28. docet, quod proprie *ferventes tui*, i. e. odio in te ferventes notat (ex Arab. **عَار**, *odio ira ferbuit*, cf. not. ad Ps. LXXIII, 20.); alii usitatore *urbium* significatione capiunt (eadem **ἀμφιβολία**, quae Ps. IX, 7.); illam vero, **אֲשֶׁר**, quidam pro Participio Paul, idque regulariter, alii pro tertia Praeteriti persona habent, transposita vel elisa tertia radicali **א**, ut Jerem. VIII, 11. Ezech. XXXIX, 26. Zach. V, 9. Ps. LV, 16., et addito in fine **א** paragogico, ut Jos. X, 24. Jes. XXVIII, 12. Quodsi pro Participio Paul **אֲשֶׁר** habeas, et **עָרַרְתָּ** *inimicos tuos* vertas; sensus erit hic: *elatus in vanitatem hostes tui*, i. e. hostium tuorum unusquisque, numeri discrepantia eodem modo resolvenda, quo Genes. XLVII, 3. **עֲבָדֵי אֲנִי**, *pastor ovium sunt servi tui*, i. e. quisque servorum tuorum. Cf. N. G. SCHROEDERI *Syntax. Reg.* XXIV. et STORRII *Observatt.* p. 371. seq. **אֲשֶׁר** non modo *vanitatis*, verum etiam *nequitiae, impietatis* notionem habere, ut Job. XI, 11. Jes. V, 18. Ps. CXIX, 37., notum. Ut igitur in priore hemistichio **לְעֹשֵׂי רָעָה** est *scelerate*, ita hic **אֲשֶׁר** *nequiter, impie*, quomodo ea ipsa vox Jerem. XVIII, 15. accipi potest, **אֲשֶׁר עָרַרְתָּ עָמִי**. *Nam oblitus est mei populus meus impie*. Quos igitur priora hemistichio notaverat, homines ita turbidos fastu-

et insolentia, ut, nullo summi numinis metu, ne malediclis quidem et contumeliis in ipsum ablineant, eosdem altero disticho verbis paullo aliis describit. Veterum omnium optime Symmachus: ἐπήροθησαν ματαίως οἱ ἐναντίοι σου. Sed commemorandi sunt explicationes quaedam aliae, etsi nobis minus probabiles. Atque haud pauci quidem eorum, qui, ut superius dictum est, καὶ pro-
 tertia Praeteriti persona habent, subaudito ἤρην, *te*, aut ἤρω, *nomen tuum*, haec verba ita vertunt: *usurpant contemtim nomen tuum adversarii tui*, quod de perjurio intelligunt, coll. Exod. XX, 7. Deut. V, 11. (cf. not. ad Pf. XXIV, 4.). Ita Chaldaeus, accommodata ad suam hemistichii prioris interpretationem supra adductam, nostra verba reddidit: אָרְבֵּי יְהוּדָה יִשְׁבְּרוּ אֶת הַיְהוּדִים וְיִשְׁבְּרוּ אֶת הַיְהוּדִים *qui jurant temere, hostes tui sunt*. Alii: *qui extollunt* scil. ad honores et dignitates *vane*, i. e. ludio profano, *hostes tuos*, iisque patrocinantur. Sunt, qui אָרְבֵּי יְהוּדָה vertant: *proferunt* scil. verba *in vanum*, i. e. vane, quod sic intelligunt: falsa quaedam et laeta ac plausibilia praedicant, et vulgi auribus placencia proponunt, ut prophetae falsi faciebant, qui, ut inquit Jeremias Thren. II, 14., אָרְבֵּי יְהוּדָה, *prolationes*, i. e. prophetias *vanitatis* Hierosolymitanis vi-
 debant, et plebis animos ad spem rerum fallarum erigebant, quum sibi illas a Deo revelatas falso jactarent. Hunc sensum forsitan Aquila spectavit: ἤρασαν εἰς εἰρήνην ἀντιζηλοῖ σου. Sententiam non admodum diversam faciunt aliqui eorum, qui אָרְבֵּי יְהוּדָה vertunt: et integrum hemistichium sic explicant: *extulerunt ad vanum civitates tuas*, i. e. civitates tuas totas in eo quod vanum est, sperare et confidere docent, et ad falsos deos civium animos sublevant, atque adeo a te tuoque cultu alienant; collato pro stabilienda hac explicatione Hof. IV, 8. אָרְבֵּי יְהוּדָה יִשְׁבְּרוּ אֶת הַיְהוּדִים. Sed hoc frustra, quum phraseos ab Hosea usurpatae rationem prorsus aliam esse appareat. Alexandrinus: ἀρῶνται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου, Vulgatus: *accipient in vanitate civitates tuas*, quod Ara-

Arabicus interpres recte: *rapiunt urbes tuas injuste explicasse videtur.* Denique J. D. MICHAELIS in *Epimetro ad Lowthii Praelect.* XIX. p. 398. nostra verba sic interpretatur: *qui nominant urbes tuas ad mendacium*, i. e. qui pejerant per urbes tuas, Sichemum, Bethelam, Siluntem, Hierosolymam, alias, per quas juratum a Judaeis esse ex Matth. V, 35. notum. Eandem interpretationem sequutus est Dathius. In V. T. libris tamen nullum moris illius vestigium reperitur, ut merito dubitari possit, num vatis nostri aetate ejusmodi jurisjurandi formula usitata fuerit.

21. Ut se longissime abesse ab hominum istorum scelere ostendat, se illis insensum esse, qui Deum odissent, affirmat, adeo ut illius inimicos sibi etiam esse inimicos dicat. Interrogandi formula, qualis hic usurpatur, - הלא הן אנא מן אנא nonne odi, qui te oderunt? pro affirmatione, ut Prov. XIV, 27. XXII, 20. — הן תקומתי *Et contra adversarios tuos.* Haec hujus vocis forma nusquam alias in V. T. occurrit; non tamen dubium est, convenire cum תקומת, *hostiliter insurgens contra* (על vel ב) alium, Pf. XVII, 7. LIX, 2. Hoc loco prima litera ה per syncopen elisa est, idque, ne quatuor literae serviles ab initio thematis concurrant, ut conjicit Buxtorfius *Thesaur. Grammat.* L. I. Cap. XLII. p. 234. תקומתי *fastidio affectus sum*; abominor, averfor eos.

Alii: *ira excandui*, coll. Arab. قاذ (pro قاذ) *ferbuit.*

Ita Syrus: *ואני יגעתי לטובתם ופגעתי בהם* et in eos, qui surgunt contra te, excandui. Alexandrinus: *ואני עליון רודעם ואתם עזרתם*, Vulgatus: *et super inimicos tuos tabescebam*, ita illos detestabar, ut paene consumerer. Chaldaeus: *כי קימין לקבלה אנא*, et cum insurgunt contra te, ego contendo, ex Chaldaici קמט notionem, vid. not. ad Pf. CXIX, 158.

22. *Consummatione odii*, i. e. consummato odio, cui nihil addi possit, odi eos. Prius substantivum

tivum adjectivi vices gerit, ut Pf. XIV, 7. LXXXV, 2. שבמה עם, *captivitas populi*, pro populo captivo; ארך ימים *Longitudo dierum*, pro longi dies Pf. XXIII, 6. Chaldaeus: ער שציאותה סניחה, *usque ad absolutionem odii*, odio absolutissimo, odi eos. לאויבים היו לי *Pro inimicis sunt mihi*; הנה ל גמנו *habere aliquem vel aliquid pro hoc aut illo*, vid. Jud. XVII, 16. Jef. XIX, 20. XXII, 21.

23. Postquam in sceleratos et impios invectus est, ipse se Deo examinandum ac puniendum sinit, si quid irreligionis, aut impietatis vel mente unquam conceperit. Perscrutare, inquit, animum meum, an ita sit; examina me, et cognosce, quid cogitem, quid sentiam.

24. עצב דרך עצב quid significet, dissentiunt. Nomen עצב quum aliis duobus, quibus occurrit V. T. locis, Jef. XIV, 3. 1 Par. IV, 9, indubitate *dolorem* denotet (quemadmodum cognata nomina עצב Pf. CXXVII, 2. et מעצבה Jef. L, 11.); nostram dictionem plerique *viam doloris*, i. e. eam, quae non nisi dolorem pariat, quae in dolorem ac tristitiam tandem definat, explicant. Aben-Elra et Kimchi: *viam rebellionis et contumaciae*, ex loco Jef. LXIII, 10. מרע ועצבו אה-רוח קדשו, *rebellarunt et irritarunt spiritum sanctum ejus*, ubi tamen alii: *contristarunt, moerore affecerunt*. MUNTINGHE: *viam fastuosae insolentiae et petulantiae*, collato Arabico

عصب, *probris dictis incessivit*, unde عصاب, *qui contumeliosis verbis alium infectatur*. Arabica dia-

lectus offert praeterea عطب *peritit*, unde عطب,

interitus, exitium (exempla permutationis literarum ב

ט et ף plura attulit A. SCHULTENSIVS in *Clav. Dialector.* p. 285.). Ita עצב דרך עצב eadem esset via, quae Jer. XXI, 8. דרך המור, cui ibid. דרך החיים opponitur.

Mullem tamen nostrum vocabulum h. l. *simulachri, idoli ligni-*

significatione (a *formandi* notione Job. X, 8.) capere, quomodo non solum cognatum nomen עַצֵּב Pf. CXXXV, 15. CVI, 38. Zach. XIII, 2., verum et ipsum nostrum עַצֵּב Jef. XLVIII, 5. usurpatur, quo postremo loco nominibus פָּסַל et נָסַף de falsorum deorum simulachris usurpatum, ut *στυγνέμων* jungitur. Jam vero, quemadmodum יהוה יהוה est *Jovae religio*, Pf. XXV, 4., et ibi not., atque *via Bersabee* Amos VIII, 14. *cultus* s. *religio Bersabee* (cf. Act. XIX, 23. XXII, 4.); ita et ה. ל. עַצֵּב יהוה יהוה *simulachrorum cultus*, defectio a religione Jovae. Quod ipsum spectasse videntur veteres. Nam Alexandrinus: ὁδὸς ἀνομιᾶς, Vulgatus: *via iniquitatis*.

Syrus ܡܢ ܕܘܪܝܢܐ *via mendacii*. Chaldaeus: אֲרִיחַ *Via errantium*, Neque minus dissentiunt, quae sit דְּרַךְ הָעוֹלָם, in altero Versus hemistichio. Vulgo vertunt: *via aeternitatis*, i. e. quae ad aeternum beatitudinem ducit. Cui interpretationi recte Muntinghe opposuit, עוֹלָם veteribus Hebraeis *aeternitatem beatam* significasse, sine argumento sumi. Ipse עוֹלָם adverbialiter pro לְעוֹלָם, *semper, perpetuo*, capit, et ad דְּרַךְ subaudit suffixum secundae personae, a Syro quoque expressum (ܡܢ ܕܘܪܝܢܐ *duc me in via tua quae est in aeternum*) unde verba nostra sic vertit: *deduc me semper in via tua*. Verum quum דְּרַךְ עוֹלָם manifeste respondeat דְּרַךְ עַצֵּב רָע, apparet, utrobique duo haec nomina in statu regiminis poni, ut Grammatici loquuntur, ita ut posterius, s. rectum, adjectivi locum teneat; quemadmodum Jerem. LI, 39. שְׁנַה-עוֹלָם *somnus perpetuitatis*, i. e. *perpetuus*. Aben-Efra et Kimchi דְּרַךְ עוֹלָם non differre existimant a דְּרַךְ כָּל-הָאָרֶץ, *via universae terrae*, s. generis humani universi 1 Reg. II, 2., qua *mortem* designari, non est dubium. Afferunt ad commendandam suam sententiam locum Cohel. XII, 5., ubi homo moriens dicitur *vadere* וַאֲדַר בַּיָּהוּ עוֹלָם *ad domum*



num aeternitatis suae, i. e. ubi perpetuo manebit, unde numquam redibit (Job. XVI, 23.). Addi poterat locus Ezech. XXVI, 20. **וְהוֹרִדְתִּיךָ אֶת-יִוְרָרִי בֹר אֶל-עַם עֹלָם** *Quum detraxero te cum iis, qui descendunt in foveam ad populum aeternitatis, quem aliqui populum perpetuo apud inferos commoraturam interpretantur. Illi igitur distichi hujus sensum faciunt talem: si videris in me aliquid contumaciae, mortem mihi inferas precor. Quae interpretatio ferri posset, nisi obstarent duo Jeremiae loca, quibus parilis dictio sensu manifeste diverso extat. Locus prior est Cap. VI, 16. *Ita dicit Jova: State ad vias, et videte ac interrogate עֹלָם לְנַחִיבוֹה de viis seculi, et videte, quae sit via bona, atque in ea ambulante.* Alter vero Cap. XVIII, 15. *Impingere eos fecerunt עֹלָם בְּרִיכָהּם שְׁבִילֵי עֹלָם in viis eorum, in viis seculi, ut ingrederentur semitas viae minime stratae.* Quo utroque loco non est dubium significari vias a longo retro tempore calcatas, quemadmodum עֹלָם longissimi retro temporis; s. vetustissimi notionem aperte habet in hoc Proverb. XXII, 28. *Ne removeas גְּבוּל-עֹלָם terminum antiquitatis, quem posuerunt majores tui.* Ita Jes. LVIII, 12. LXI, 4. **עֹלָם הָרְבוֹה** sunt ruinae vetustissimae, et Pf. CXLIII, 3. **עֹלָם מֵהָיָה מֵתִי** jam dudum mortui, unde sponte elucet verus sensus loci Ezech. XXVI, 20. superius a nobis allati. Quemadmodum vero utroque illo Jeremiae loco per vias antiquas, quae deviis et minime stratis opponuntur, religionis avitae s. ejus quem majores coluerunt, dei, observantia significatur; ita et nostrum vatem vix dubium esse potest Deum orare, velit eum religionis suae via ducere, quam pii illi gentis Hebraeae auctores, Abrahamus, Isaacus, Jacobus, tenuere, neque umquam concedere, ut ab ipso ad alienum cultum deficiat. Quem ipsum sensum forsitan Chaldaeus expressit, qui verba nostra sic reddidit: **וְדַבֵּר יְהוָה בְּאֹרֶחַ תְּרִיצֵי עֲלֵמָא** *et deduc me in via piorum seculi, prisci intellige.**

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Conqueritur de hostium malitia, calumniis et infidiis et implorat auxilium divinum contra eas. Solatur se, spe et fiducia, quam in Deo ponit, qui non solum ipsum defendat, sed etiam hostes perdat. Communis fere est interpretum sententia, carmen directum esse contra Doëgum, Siphaeos, aliosque, qui Davidem apud Saulum, regem, falsorum criminum insimulabant, 1 Sam. XXII, 9. seqq. XXIII, 19. seqq. RUDINGERUS in fuga Absalonica contra seditiosos ejus temporis, praesertim Ahitophelem, carmen editum suspicatur. Nos quidem in hoc Psalmo, ut in CXX. et CXXXI., populum Hebraeum e Babylonicis terris in patriam restitutum, sub singuli hominis persona, de Samaritanorum atque populorum confinium invidia et calumniis queri, et contra eos Dei opem implorare arbitramur.

2. Singularis numeri dictiones, אִישׁ וְאֶרֶם רַע et אִישׁ וְהַמָּסִים (cf. Pf. XVIII, 49.), collective esse capienda; docent verba pluralia Verfu 3. — תְּצַרְנִי pro תְּצַרְנֵי (Pf. XII, 8.); Schwatum in hoc verbo et Pf. LXI, 8. Prov. II, 11. V, 2. servatur, ut in תְּנַשֵּׂהּ, Jef. LVIII, 3.

3. בְּל-יִוֵם non *tota die*, sed *omni die*, f. per omnes dies est vertendum, ut significet, nullas inducias hoc bellum habere, quod adversum se susceperunt. לְגִוְרֵי, adscita *congregandi* notione (vid. not. ad Pf. LVI, 7.), alii, Kimchio auctore, vertunt *congregant* i. cumulant bella, coll. Habac. I, 15., alii, *congregant se ad bella*, intellecto בְּל ante sequens nomen, ut Pf. V, 8. coll. 2 Sam. XI, 11. Alii גִּוְרֵי h. l. significatione cum בָּרָה, *concitavit*, convenire existimant (ut verba alia plura tertia radicali ה et secunda quiescente significationes communes habent), ut vertendum fit: *excitant bella*, quae ipsa phrasia Dent. II. 5. 9. Prov. XV, 18. Dan. XI, 25. extat. Ita Chaldaeus, qui verba nostra תְּצַרְנֵי תְּצַרְנֵי *concitant bella* vertit; et voce  usus quoque est Syrus. Alexandrinus suo παραστάσσυρο, et Vulgatus *constituebant*, sensum, non propriam verbi vim, expresserunt. מְלַחְמֵי *Bella*, f. *proelia*, i. e. continua diffidia, quibus me exagitari et obruere tandem conantur; eodem sensu idem nomen Pf. CXX, 7. Syrus , *contentionem*, jurgium, reddidit.

4. תְּצַרְנֵי לְשׂוֹנֵם *Acuunt linguam suam* ad maledicendum, instar sagittae acutae, Kimchio notante, coll. Pf. CXX, 4. — תְּצַרְנֵי לְשׂוֹנֵם *Instar serpentis*, cujus lingua valde tenuis est (extrema linguae serpentis, λεπτὰ ὡςπερ τρίχης, *capillamenti tenuitate* ait Aristoteles Hist. Nat. L. II. c. 17.) et mobilis, ita ut veloci et crebra agitatione, praesertim quum vult mordere, eandem acuere videatur. Vid. BOCHARTI *Hieroz.* T. III. p. 242. ed.

Lipf. De עַבְשָׁה *aspide*, vid. eund. libr. T. III. p. 154., quo loco nos in not. aliam quandam minus idoneam hujus loci interpretationem refutabamus. Ceterum cf. Pf. X, 7. LV, 22. LVIII, 5.

6. Similitudines eadem vid. Pf. IX, 16. XXXI, 5. LVIII, 7. LXIV, 6. — חַבְלִים alii in Accusativo *funes* reddunt, alii vero, subaudito ב, *funibus*, quibus rete super volucres contrahitur. לַיָּד Propr. *ad manum* (אֶל-יָד 2 Sam. XIV, 30.) i. e. *ad latus, juxta*, ut Prov. VIII, 3. חַבְלֵי-יָד *juxta portas*. מַעְבְּרֵי Orbitae, qua eundem est mihi, Pf. XXIII, 3. Prov. IV, 26. Kimchi: „Secus eum locum, per quem solebam iter facere, et caute ingredi; spectat verba Sauli, regis, ad Siphenses (1 Sam. XXIII, 22.): *Ite, quaeso, parate omnia, et cognoscite, et animadvertite locum ejus, in quo sit pes ejus, quis viderit eum ibi.*“

7. Sed in mediis hinc periculis constitutus magna cum fiducia אֲמַרְתִּי לַיהוָה *Dixi ad Dominum*. Kimchi: „postquam audivi, eos mihi omnibus in locis insidiari.“ אֱלֹהֵי אֲבֹתַי *Deus meus tu es, et nullae mihi vires, vel ad fugiendum, vel ad resistendum, nisi in te solo, suppetant.*

8. יְשׁוּעָתִי וְרוּבִי *Robur salutis meae*, recte Syrus ܐܘܪܘܒܝ *salvator meus fortissimus* reddidit. חַסְדֵּי *Textisti, i. protector fuisti*, cf. Pf. V, 12. XCI, 4. Kimchio praeteritum est loco futuri; minime necessarie, nam ex praeteritis bene sperat et argumentatur. אֶת-רִאשׁוֹ *Capiti meo, galeae instar, περινεΦαλαία τοῦ σωτηρίου*, Ephes. VI, 17. 1 Thessal. V, 8. — בַּיּוֹם *In die armorum*, Alexandrinus recte ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, et Chaldaeus בַּיּוֹם *in die belli* vertit.

9. אֶת-רִאשׁוֹ *Ne igitur nunc etiam des i. e. concedas desideria impiorum, ne permittas, ut cupito potiantur.* Kimchi: „ut me capiant, et desiderium suum,

sium, quod meum exitium spectat, expleant.“ Verbum נָתַן h. l. *permittendi, concedendi* notionem habet, ut Pf. XVI, 10. LV, 23. CXXI, 3. יִתְּנֵנִי etsi hoc solo loco occurrat, non tamen dubium est communem habere significationem cum הִתְּנֵנִי , *desiderium*, Pf. X, 3. CXII, 10. Singularis esset הִתְּנֵנִי , ita ut tertia radicalis נ transferretur in Jod mobile, et quidem dagesstatum, ut נָתַן in וַיִּתְּנֵנִי Genes. XXVII, 28., Kimchio monente. Alexandrinus, qui haec verba sic vertit: *μη παραδῶς με, Κύριε, ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου ἀμαρτωλῶ*, legit יִתְּנֵנִי . Chryostomus et Hilarius non habent *me*, sed tantum: *ne tradas, Domine, a desiderio meo peccatori*. Hilarius optime locum exponere videtur: *ne tradas, Domine, aliquam partem desiderii mei peccatori: ne quid ex his, quae opto, sit, quod praeveniens peccator, Saul nimirum, impediat, ne partem ullam desiderii mei impediat peccator*. Chryostomus *desiderium* non active, ut Hilarius, sed passive putat intelligendum: *ne concedas, Domine, peccatori, ne exiguam quidem aliquam partem desiderii mei, hoc est, ejus, quod contra me desiderat*. Apollinarius tertiam assert exponendi rationem, minime improbandam: *ne me desiderii mei eventu frustratum irridendum tradas peccatori, et de mea frustratione gaudium illi facias: μη κεδάσας πόθον ἄμμι πόροις μέληθηθρον ἀθέσμοις*.“ AGELLIUS. At Aquila, qui *ἐπιποθήματα ἀσεβοῦς*, atque Symmachus et Theodotion, qui *μη δὲς, κύριε τὰς ἐπιθυμίας τοῦ παρανόμου*, sequuti sunt lectionem receptam. נָתַן collective hic iterum ponitur, ut Vs. 5., unde plurale verbum sequitur, וַיִּתְּנֵנִי . Chaldaeus in Bibliis Buxtorfianis: $\text{נָתַן לִי אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר אֵל, ne concedas desideria Doegi impii}$. Nomen אֱלֹהֵי tamen in Polyglottis Antverpiensibus abest, et recte quidem, ut puto, quum glossema esse videatur, quod ex Kimchii Scholiis irreperit. Nam in Versus proximi paraphrasi Chaldaica *Ahitophelis* nomen exprimitur in utraque editione, Basileensi et Antverpiensi. Ad *Doegum* vero et *Ahitophel-*

lem simul non posse referri unum idemque carmen, sponte patet: מחשבת recte Chaldaeus מחשבתה *cogitationem ejus* reddidit; convenit enim hoc nomen haud dubie significatione cum $\text{מחש$ et מחשבה , *meditatio, machinatio*, praesertim rei noxiae, Pf. XXXI, 14. XXXVII, 12. Alexandrinus: $\text{διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ}$, ac si $\text{לֹא יִצְחַק מְחַשְׁבֹתַי}$ legerit. $\text{פֶּן יֵצֵא לְךָ נֶגַע}$ *Ne exire facias*, i. e. ne ad exitum perducas, ne sinas exire in rem. Verbum פֶּן h. l. convenit cum פָּנָה , *exiit* (plura alia hujusmodi exempla vid. not. ad Pf. CXXXIX, 11.), ut Pf. CXLIV, 13. Prov. III, 13. VIII, 35. Sic Kimchi exponit per מִצְחָה , *educas*, et Jarchi: $\text{חִיּוֹתָהּ לֹא יִצְחַק מְחַשְׁבֹתַי}$ *cogitationem ejus ne succedere facias*, s. secundes. Postea tamen subjicit aliorum sententiam, qui ex Chaldaico מַצְחָה , *fraenum, quo ora*

camelorum compescunt (conciuit Arabicum مِزْحَام ,

funiculus annexus annulo, qui per cameli nasum trajicitur) verba nostra sic interpretantur: *ne eximas (מִצְחָה לְךָ) fraenum e maxillis eorum*. A qua explanatione sensu non differt N. G. SCHROEDERI sententia, a Muntinghio in Animadverff. philoll. ad h. l. commemorata, nisi quod ille adscita Arabici فانق , *frangere*, notione verba nostra proprie sic exprimenda censet: *capistrum ejus ne frangere facias, ne concedas, ut rumpatur fraenum, quo illum adhuc continuisti*. J. D. MI-

CHAELIS in *Supplem.* p. 1999. ex Arabico فوق *super, supra*, unde فانق et *superior fuit, superavit* significat, verba haec exillimat ita vertenda: *cogitationes s. consilia ejus non superare fac*. Quae notio tamen ceteris locis, quibus verbum hebraeum occurrit, minime est apta. Alexandrinus sensum latius expressit dum μη ἐγκαταλίπης με vertit. Chaldaeus: $\text{פֶּן יִצְחַק מְחַשְׁבֹתַי}$ *cogitationum ejus ne satisfacias*. Symmachus et alius quidam Graecus interpres: μη ἀποβαλίης . Ante מְחַשְׁבֹתַי repetendam est

לֹא, ut Ps. XXXV, 19. XXXVIII, 2. LXXV, 6. XIII, 5. Ita Alexandrinus: *μηποτε ὑψωθῶσι*, et Symmachus: *ὕψα μη ἐπαρθῶσι*. Jarchi: *כי יחגאו, nam efferent sese*. Nec aliter Kimchi: „*evenit secundum cogitata ipsorum, ירדמו, efferentur, et extollent capita sua, tum ipse (Saul), tum socii ejus.*“ Qua ratione non opus esset repetitione particulae לֹא, sed consequens solum denegatae exauditionis poneretur: *si concesseris consiliorum successum, ירדמו, efferent se, sie möchlien sich erheben*, ut Lutherus vertit. Singularis est Syrus: *עַל כִּי יִשְׁמַע לִי זִמְמוֹתָי*, et *cogitatio ejus ne adscendat in caput meum*. Junxit postremis hujus Versus verbis vocem primam Versus decimi, omisso vocabulo ירדמו. Praeterea pro *הַפֶּק* eum *הַסֶּק*, a *נָסַק, ascendit*, legisse suspicatur Dathius in Nott. ad Psalter. Syriac.

10. Quadrifariam hunc Versum interpretantur, pro diversa significatione nominis ראש. Id enim quum 1) proprie *caput* denotet; sunt, qui hebraea sic vertant: (quod attinet) *caput circumdaptium me, labor s. opus labiorum ipsorum obruat eos*, i. e. in eorum caput recidat quicquid contra me decreverunt, ac labiis suis, ut mihi inferrent, loquuti sunt. Eadem sententia Ps. VII, 17. *ישׁוּב עַמְלוֹ בְּרֹאשׁוֹ*. Alii adscita 2) metaphorica *ducis* significatione (qualis Num. XIV, 4.), ducem intelligunt adversariorum Davidis, quem vel Doëgum, vel ipsum Saulum accipiunt, hoc sensu: *principem ac ducem eorum qui me circumdant, s. mihi infidias struunt, labor labiorum ipsorum operiat, et quicquid in me parant et decernunt mali, in ipsos recidat auctores*. Huic interpretum classi accensendus Chaldaeus, quamvis ceterum sensu diversus: *נְאֻחִיתוּפַל יֵישׁ סְנֵהֲרֵי חֲלֵמִירֵי וְמַסְתַּחֲרֵי וְאַחִיתוּפַל יֵישׁ לְאַלְפָּא לְעוּחַ מְלִישִׁינוּחַ וְסַפְרוּחֵהוּן יַחְפִּינוּן* *Alitophel caput confessus discipulorum qui circumeunt, ut doceant pravitatem, instimulatio labiorum suorum operiat eos* (Duo

(Duo illa verba: אֲנִי־אֶבְרָאִי וַיִּרְחַמְתָּמָּנִי recepimus ex Polyglottis Antverpiensibus, nam in Bibliis Basileensibus absunt). 3) Alii porro, Jarchio auctore, nomini אֲנִי־אֶבְרָאִי h. l. *agminis, turmae* significatum tribuendum censent, quem Jud. VII, 16., Job. I, 17. 1 Sam. XI, 11. obtinet, unde hic prodibit sensus: *agmina eorum, qui mihi insidias struunt, obruat quicquid contra me moliantur.* 4) Aliqui denique capiunt אֲנִי־אֶבְרָאִי *veneni* significatione, ut Ps. LXIX, 22. (ubi not. cf.), ut ita verba hebraea sint transferenda: *venenum circumvenientium me, opus, inquam, labiorum ipsorum ipsos operiat, i. e. in ipsos recidant calumniae, quibus exitium mihi struunt.* Quem sensum commendat illud, quod superius Vs. 4. mentio praecessit veneni aspidum. Praeterea ita commodissime praedicatum; ut loquuntur, alterius hemisichi, אֲנִי־אֶבְרָאִי, copulabitur cum hoc subjecto: *venenum circumdantium me, s. malum mihi structum, operiat ipsosmet circumdantes.* Quem sensum inter veteres Symmachus expressit: ὁ πικρῶσμός τῶν κυκλοῦντων με, ὁ μόχθος τῶν χειλέων αὐτῶν πομασάτω αὐτοῦς. — אֲנִי־אֶבְרָאִי si ad nomen אֶבְרָאִי, *circuitus* (1 Reg. VI, 29. 2 Reg. XXIII, 5. Cant. I, 12.) refertur, sensum commodum vix dabit. Quare habendum est pro plurali Participii Hiphil, אֲנִי־אֶבְרָאִי, quod ipsam Jerem. XXI, 4. exstat, licet significatu transitivo, quem conjugatio Hiphil verbi אֶבְרָאִי ceteris omnibus, quibus occurrat, locis habet, scilicet ut non *circumdare*, sed *circumire facere, circumducere, convertere* denotet. Verum ut verba alia plura, quae in prima conjugatione significationem intransitivam habent, eandem etiam in Hiphil servant, e. g. אֶבְרָאִי, *moerore affectit* (Job. XXVII, 2.), sed Zach. XII, 10. *moeret* (propr. *facit moerere se*, cf. plura alia in STORRII *Observat.* p. 203.); ita et nostrum אֲנִי־אֶבְרָאִי proprie *circumagentes sese circa me* valet h. l. Unde recte Kimchi hanc vocem sic exposuit: אֲנִי־אֶבְרָאִי לִי אֶבְרָאִי, *qui me circumdant, ut capiant.* אֲנִי־אֶבְרָאִי לִי אֶבְרָאִי *Labor labiorum suorum, i. e. calumniae, quas contra me effutiant.* Alii in-

interpretantur *molestiam labiorum suorum*, coll. Prov. XXIV, 2. *Devastationem meditatatur cor eorum*, וַעֲמַל שְׂפֵתֵיהֶם מְדַבְּרָנָה, et *molestiam*, quam aliis faciunt, *labia eorum eloquuntur*. וַיִּכְסִימוּ. *Obtegat eos*, instar grandis alicujus oneris recidat in caput auctoris, eumque comminuat. In textu extat וַיִּכְסִימוּ, ex prisca orthographia, a radice כָּסַי, ejusdem juris cum כָּסַי, pro quo utroque vulgare כָּסָה. Ita et in paucis aliis hujusmodi verbis Vau mobile retinetur, ut in שֶׁלֶחֶתִי Job. III, 25., et in אֶרְוֶנָה *inebriabo te* (Jes. XVI, 9.), a רָוַי, *rigatus fuit*. Cf. A. SCHULTENSII *Institt. ad fundamm. Ling. Hebr.* p. 386., STORRII *Observatt.* p. 210. not. et, qui fusius de hac dictionis nostrae forma disputavit, GERARD. KUYPERS *Dissertat. ad varia V. T. loca* Cap. II. §. IV. in *Sylloge Dissertatt. sub Schultens. et Schroederi, praesid. defensar.* P. I. p. 555.

11. Dira et extrema hostibus suis supplicia imprecari pergit. יִמְטוּ עֲלֵיהֶם *Movebuntur*, i. e. demittantur *super eos*. Verbum מָטַט, quod alias *nutare, moveri* significat, quam notionem etiam in Niphal retinet (vid. Prov. X, 30. XII, 3.), h. l. pro ratione contextus idem est, ac *demitti* ex alto instar grandinis, aut lapidum fulmineorum. Secundum consona legendum esset in Hiphil יִמְטוּ *movebunt*, scil. moventes, quod impersonaliter intelligendum *movebuntur*, s. demittantur (cf. STORRII *Observatt.* p. 410. et not. ad Ps. XLVI, 3.). A. SCHULTENSIIUS tamen in *Institt. ad fundamm. Ling. Hebr.* p. 368. consona s. רָטַט exilimat rectius יִמְטוּ pronuntiarum, quod pro Niphal verbi מָטַט, ejusdem cum מָטַט notionis, habet, quemadmodum מָטַט *coctum jusculum*, Genes. XXV, 20. 34.; sit Participium Niphal אִמְטָה *ferbuit cum tumore*. מְטַטִּים *Carbones igniti*, cf. Ps. XVIII, 13. 14. Chaldaeus: וְיָבִיאוּ עֲלֵיהֶוּן גִּמְרִין מִן שִׁמְיָא *veniant super eos prunae e coelo*. מְטַטִּים *In ignem ruere ipsos faciat* scil. is, ad quem pertinet, de impiis supplicium fumere, i. e. Deus; Vs. 9. nominatus. Vel, ut Kimchius

vult, pendet hoc a labore labiorum s. mendacio, cuius Vs. 10. meminit. Chaldaeus: בְּנִירָא דְּהַהֵם גְּזֵלָנִין, in ignem Gehennae eos dejiciat. Aben-Esra באַב non in ignem, sed per ignem, i. e. lapide ignito subito interficiente, interpretatur. Ita Alexandrinus: ἐν πυρὶ καταβαλεῖ αὐτούς, igne, i. e. fulmine, dejiciet eos; nec non Lutherus: er wird sie mit Feuer tief in die Erde schlagen. Quod sane melius videtur congruere iis, quae praecesserunt: prunas in eos demittet. בְּמַהְמֹרֹת, vocabulum ἀπαξ λεγόμενον, philologi ex Hebraeis unanimi consensu מְמַרְרִין מְמַרְרִין foveas profundas exponunt, Chaldaeo haud dubie auctore, qui בְּגִיצִין דְּמַחְמְרִין, in foveas lutosas reddidit, si lectio est sana; certe pro גִּיצִין, voce nusquam alias occurrente, Buxtorfius in *Lexico Chald.* p. 424. suspicatur legendum גְּמִיצִין, foveae, et pro דְּמַחְמְרִין in Bibliis Antverpiensibus legitur דְּמַהְמֹרִין, quod hebraeo conveniens est. Et citat Kimchi locum ex Talmude, quo vox מְמַרְרִין scrobium significatione usurpetur: initio sepeliebant eos במהמורין, cumque absumpta esset caro, colligebant ossa, sepeliebantque ea in loculis. Opposuit vero jam Coccejus, fieri posse, ut Talmudici ab hoc ipso Psalmorum loco vocabulum sint mutuati, cui eam significationem tribuerint, quam contextui maxime idoneam conjicerent. Ex nostratibus certiora primus dedit J. H. MICHAELIS in *Annotatt. superiorib.* ad h. l. „Collato synonymo מְמַרְרִין Versu sequ., et Arabico המר, impulit, vel effudit aquam, item fluxit aqua, diruit, versavit, invertitque rem, et nominibus Arabicis, quae pluviae vehementem effusionem, aut nubem pluviam cum impetu effundentem denotant, verti poterit: multo cum impetu, aut imbrium et torrentis instar eos prostrernat, ita ut non resurgere possint.“ Dsjeuharii, Firuzabadii, aliorumque Philologorum Arabicorum loca, quibus verbum ممرر exponitur, collegit EVERARD. SCHEIDIUS in *Specimine Observatt. ad quaedam V. T. loca* (repetito tara in *Sylloge Dissertatt. sub Schul-*

Schultens. et N. G. Schroederi praesidio defensor. P. II. p. 958. tam ad calcem Dissertationis Scheidianae in Canticum Hiskiae Lugd. Batav. 1799.) Cap. I. §. V., locumque nostrum sic vertit: in gurgites aquarum rapidissimos, qui h. l. summas figurant calamitates, vel etiam ipsam mortem, quae aquarum vorticibus non Arabibus tantum, verum Graecis etiam poetis frequenter assimilatur, id quod Scheidius exemplis pluribus probavit. J. D. MICHAELIS in Supplem. p. 559. duplicem proponit explicationem, ab Arabico هَمْر oblatam, unam, ab impellendi notione: in impulsionibus non consistent, i. e. ita impellentur, ut consistere nequeant; alteram, a

significatione pluendi, unde ^{5 c 1} هَمْر una pluviae effusio, unus imber, nempe et vehementiore pluvia ab impellendo dicta, ut sensus sit: effusis imbribus non consistent. Quod posterius Michaelis existimat praefendum, quod manifestum est, gravem tempestatem describi; praecesserat fulmen et ignis, sequitur nunc diluvium et inundatio. Fuisse tamen jam Rabbinos doctiores, qui Arabicum هَمْر ad nostram dictionem illustrandam intelligerent assumendum esse, observavit DE ROSSI in *Varr. Lect.* ad h. l. „Optime R. Parchon in Lexico inedito *Mechabberoth* ad rad. המר במהמרה בל-נקומו פי אשר הנחלים ההולך בחזק המר: Dictio illa Ps. CXL, 10. significat inundationem torrentium euntem cum aestu et vehementia. Vertendus ergo locus: in inundationibus non subsistent. Nota, tribui a R. Parchon verbo המר eum significatum effundendi, quem habet adhuc apud Arabes, multo ante recentissimos Lexicographos, qui dictionem hanc ex Arabico هَمْر et ipsi illustrarunt. Hoc factum etiam reperio a R. Immanuel in inedito *Comment. in Psalmos*, codicis mei 615. [ineunte seculo XV. scripti]: ומלה במהמרה אין לה דימה ופחרונה לפי עניינה מכשולות ואפשר שיהיה דימה ללשון הערב באמרו המר על המים כשהם נשפכים ממקום נכוה

גבוה כלומר יפלו בשוחות עמוקות ולא יוכלו קום ולצאם
 מהם *Dictio* במהמרוח *similem non habet, significat autem
 offendicula, seu ruinas. Fieri etiam potest, ut similis
 sit verbo linguae Arabicae, in qua המר usurpatur de
 aquis, quum ipsae effundantur de loco alto; ac si dica-
 tur; cadent in profundas foveas, nec poterunt surgere,
 et egredi ex illis.* Alexandrinus ἐν ταλαιπωρίαις vertit.
 Michaelis in *Supplem.* l. c. suspicatur, eum nostram
 vocem ad radicem מרר, *amarus fuit*, ejusdemque con-
 jugationem Hiphil retulisse. Bini Graeci anonymi in
 Fragmentt. Vett. interpret. commemorati transtulerunt
 ἐσπευσμένως, *celeriter subito*, ac si במהרה legissent, quod
 ipsum reperit de Rossi in codice aliquo. Syrus vocem
 hebraeam in sua versione non expressit.

12. אִישׁ לִישָׁן *Vir linguae scil. malae, i. e. maledi-
 cus et calumniator; cujus lingua maledicentiae et calum-
 niis dedita est. Cf. Job. XI, 2. Num שפתיים justus
 erit? Chaldaeus: גבר המשתעי לישן תליתו. Vir, qui nar-
 rat lingua tertia, i. e. qui calumniatur, ut Ps. CI, 5,
 ubi not. vid. Calumniatorem aliqui, Kimchio auctore,
 h. l. Doëgam, calumniatorem Davidis intelligunt; sed
 malim in universum delatorum et calumniatorum genus
 communiter dici. בל-יכון בארץ. Non stabilietur in terra,
 non firmo erit et stabili gradu, non firmas habebit sedes,
 sed de hominum coetu et urbibus pelletur. Cf. Ps. CI, 7.
 CII, 29. — אִישׁ-הָמָס רָע וְצוֹרֵנוּ *Virum violentiae quod
 attinet, malum, infortanium s. malum, quod ipsemet com-
 misit, venabitur eum, sicuti in retia et laqueos aves ac
 ferae territatione venatorum et aucupum coguntur, ita
 calumniator insectatione hominum propelletur, ut iisdem
 artibus, quibus adversus alios usus erat, capiatur et per-
 eat. Sunt, qui רָע non pro nominativo habeant, sed pro
 epitheto nominis אִישׁ (vir violentus et improbus); tum
 verbum וְצוֹרֵנוּ impersonaliter est capiendum, venabuntur
 eum. למרחפת. Ad impulsiones bene Kimchi explicat:
 ab uno malo in alterum, donec vehementissime exagita-**

tus ad interitum praecipitetur. Sine argumento idoneo nonnulli מרחפה *praecipitia* notare contendunt. Alexandrinus: *εὐκ καταφθόρα*, Vulgatus: *in interitum*; nec aliter Syrus. Chaldaeus: *גבר חטופא גיש יצורפיה מלאך דמוחא ינקפניה בגהם*. *Hominem violentum venabitur infortunium; angelus mortis impellet eum infernum.*

13. Certum habeo, Deum, tanquam justum judicem, numquam commissurum; quin hominem inopem, justum et innocentem defendat. Quod ergo ille in univcrsum facit, idem in mea causa facturum spero.

14. *אח-פניך ישובו ישראלים* *Sedebunt*, habitabunt *recti*, *coram facie tua*, ante oculos tuos versabuntur, sub te protectore erunt. Similitudo a patrefamilias petita videtur, in cujus conspectu assidue versantur liberi, quos educat, tuetur, nutrit. Vocula אח h. l. propinquitatem denotat, ut Esth. I, 10. *Eunucli ministrabant*, *אח-פניך* *coram facie regis*; item 1 Sam. II, 11. Ps. XVI, 11. XXI, 7.

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Precatur Deum, ut sic linguam et animum componat ac moderetur, nihil ut quicquam per impatientiam in Deum aut adversarios temere effu-
tiant, neque peccet, allectus hostium, quorum ingenium et mores describit, societate et consuetudine. Postremo petit se servari et defendi ab hostium insidiis, quos optat suis ipsorum artibus perire, se salvo et incolumi.

In periculis quidem, et insidiarum metu, Psalmum scriptum esse, manifestum; sed quae illa pericula, et quae insidiae fuerint, non item. Aliqui tamen, antequam exularet, et dum adhuc in aula Saulis esset, inter malevolos et impios assentatores regis, scriptum existimant. Alii vero in exilio, et ab exule factum docent. Ex Kimchii sententia eadem occasione hic Psalmus editus est, qua praecedens, quum David exsul et in fuga esset coram Saule. Aliqui vero, qui tempus accuratius definire tentant, carmen eo referunt, quum David in spelunca Engediana
ad

ad interficiendum Saulum a comitibus infligatus fuisset (1 Sam. XXIV; 1. 5. seqq.), qua ipso tempore Psalmum eum, qui proxime hunc sequitur, conditum esse, illius titulus adfirmat. Ita AMYRALDUS: „Non dubito, inquit, habita ratione materiae, quam continet, quin referendus sit hic Psalmus ad ea tempora, quibus Davides vexatus a Saule, fugere, et ea de causa permulta pericula subire cogebatur. Tum eorum opinionem verosimilem esse duco, qui putant, eum Vs. 6. hujus odae respicere ad ea verba, quibus Saulem allocutus est, postquam ei, in caverna deprehenso, tanquam *uncto Domini* reverenter pepercit.“ Quia tamen David bis sese in cavernam recepit, Adullamiticam (1 Sam. XXII, 1.), et Engedicam (1 Sam. XXIV, 1.), ad utram illarum historiarum, ambo hi Psalmi referendi sint, vix unquam certo definire poterit.

2. Ante nomina קטרה et מנחת-ערב intelligendam esse comparisonis notam, כ, ut Ps. XI, 1. LXVIII, 14. ut alias saepe, res docet, et expressit illam Chaldaeus, qui hunc Versum bene sic reddidit: תחבון צלתי היה קטרה בוסמן קרמך זקפות ירי בצלו היה יורון בסים *Dirigatur, disponatur, oratio mea sicut suffitus aromatum coram te; elatio manuum nearum in oratione sit instar oblationis jucundae, quae vesperi offertur.* Verbum תכון aliqui *dirigatur* vertunt, et simpliciter de directo ascensu, tanquam *θυμιαμαρος*, interpretantur, hoc sensu: largire successum hunc orationi meae, ut recta ad te ascendat, et perveniat tanquam thy-

miama

miama. Ita Amyraldus: *instar suffitus, qui tibi in tabernaculo oblatus recta dirigitur ac fertur in conspectum tuum, nec, veluti fumus, a vento in aere dissipetur.* Alii faciunt: *sit stabilis* (qua notione verbum כון Pf. CXL, 12. aderat), id est, valeat et proficiat aliquid oratio mea apud te. Alii: *statuatur*, ut grata sit, atque accepta fiat. Erat autem in lege de utroque thymiamate et sacrificio, quod singulis diebus, mane et vesperi offerretur, Exod. XXIX. et XXX. — *Sublatione manuum*, משמח בפי, preces et supplicationem significari, a signo rem signatam, vix monitu opus; cf. 1 Reg. VIII, 22. Pf. XXVIII, 2. XLIV, 21. Fuere tamen, qui משמח h. l. *oblationis, muneris*, significatione, ut 2 Sam. 8. Ezech. XX, 40. 2 Paral. XXIV, 6., acciperent, sensu minime congruo, quem nec parallelismi leges admittunt, secundum quas חפלה חפלה, ac משמח משמח sibi invicem respondent. Cf. DRUSII *Animadverss.* L. II., Cap. XVI. מנהח-ערב (פ). Sicut *oblatio, vespertina*, quae ex simila & puriori farina constabat (Levit. II, 1. 2.), et jugi sacrificio matutino ac vespertino adjungebatur, Exod. XXIX, 38, 42. Num. XXVIII, 3. seqq. Quia *vespertinae* tantummodo *oblationis* mentio sit, suspicati sunt aliqui, vesperi has preces Davidem fecisse ad Deum. Alii vero de matutino simul sacrificio interpretantur *συνεδοχικῶς*.

3. שמרה Aben-Elfra habet pro Imperativo, ut Pf. XXV, 20., atque ad שיהי subaudit nomen מהסום, ut ita sit vertendum, *pone capistrum et custodi illud ori meo*, coll. Pf. XXXIX, 2. אשמרה לפני מהסום. Commodius tamen sensus exoritur, si pro nomine *custodiam* significante, capiamus, formae עצמה, חקמה. Ita Chaldaeus שרי יי מצרה לפני, Alexandrinus: σου, κύριε, Φυλακήν τῶ στόματι μου, et Vulgatus: *pone, Domine, custodiam ori meo*, ne quid impatienter aut temere adversus te et homines effutiam. Syrus שמרה לפני, *custodem*, reddidit: מצרה aliqui, ut A. SCHULTENSIIUS. in *Institt. ad fundam.*

damm. L. H. p. 421., pro nomine habent, *retinaculum* designante; ita repetendum esset *שָׁמַרְךָ*. Malim tamen, post Aben-Esram et Kimchium, pro Imperativo Cal cum ה paragógico (ut *שָׁמַרְךָ* Genes. XXXIX, 12., *שָׁמַרְךָ* Genes. XXV, 31.) - atque Dagesch euphónico capere, ut *נִצְרָה*, *custodi eam*, Prov. IV, 13. Plura hujus Dagesch euphónici exempla vid. in Geseñii *Lehrgeb.* p. 87. Cf. quae idem Vir Doctissimus de isto Dagesch attulit ex Abil-Walidi opere grammatico in *Commentar. ad Jes.* T. p. 892. not. Nomen *לָהּ* h. l. incertae est significatiónis. Nam *pauperis* notio, quam alias obtinet, commodum sensum vix dabit; quam enim dedit LUDOV. DE DIEU hujus coli explicationem: *custodiat super paupere unumquodque labiorum meorum* (*נִצְרָה* ei est tert. pers. femin. singul. praeteriti Niphal, et *שָׁמַרְךָ* distributive accipit), i. e. ne permittes, ut labiis meis piorum afflictorum causam obtrectans, ad impios deficiam, haec, inquam, interpretatio quam sit coacta, et quam parum congruat carminis consilio et scopo, unusquisque intelliget ipse. Aben-Esra et Kimchi tribuunt nomini *לָהּ* h. l. notionem *רוֹץ הַלָּהּ, janua, fores*. Quamvis minus idonea dictio videri possit *janua labiorum meorum*, quum labia sint fores oris, labia autem non habeant fores; tamen similis locutio Mich. VII, 5. *שָׁמַרְךָ פִּתְחוֹת פִּי*, *custodi ostia oris tui*. Et Job. XLI, 5. *שָׁמַרְךָ פִּתְחוֹת פְּנֵי* *fores faciei ejus* designant *os*. Sic *ἐν πύλαις στόματος* dixit EURIPIDES in *Hippol.* Vs. 882., et ARISTOPHANES in *Ranis* Vs. 861. *στόμα ἀπύλωτον* de *lingua effreni*. Alexandrinus quoque h. l. *Σύραν* vertit. Inde sententia satis apta: *custodi fores labiorum meorum, ne quid dicam tibi contrarium, aut incogitanter*. Alii alias conjecturas afferunt, sed minus idoneas. Kimchi pater a verbo *לָהּ*, *Jes.* XXXVIII, 14., cui *elevandi, sursum, tollendi* notionem tribuunt, *שָׁמַרְךָ לָהּ*, interpretatus est *elevationem* s. *elevationem labiorum meorum*, quod de verbis, quae labiis efferruntur, intelligendum putavit. ° Ita Chaldaeus: *שָׁמַרְךָ לָהּ*

על זקוף ספתי *custodi super elevatione labiorum meorum*. J. D. MICHAELIS coll. Arab. *دَوَّى*, *duxit, direxit, monstravit, indicavit, conjecit verti posse: dictum labiorum meorum*. Sed arabicum verbum de loquela simpliciter non solet usurpari. Alii a verbo *הָלַף*, *hausit*, nostram dictionem interpretantur *haustionem labiorum meorum*, i. e. prolationem cogitationum ex corde. Dure. Syrus vocem *לָף* non expressit, sensum tantummodo reddere contentus; dum *لِقَادِمِ* *لِقَادِمِ*, et *custodem labiis meis* scil. pone, transtulit. Alexandrinus: *καὶ θύραν περιούχης περὶ τὰ χεῖλη μου*, ac Vulgatus: *et ostium circumstantiae labiis meis*. „Circumstantia juxta sacrarum literarum consuetudinem arx dicitur, et editus locus, undique muris cinctus et firmus. Sic solent LXX vocare *arcem Sion* *περιούχη Σιών*, *circumstantiam Sion*, ut 2 Reg. [Sam.] V, 7. 9., et Ps. XXX. [XXXI, 21.]. Ejusmodi vero arcibus, ut quae praesidio sint, porta firmissima, et feris ac vectibus munita imponitur. Pone, inquit, ostium firmissimum labiis meis, quale solet arcibus, quae praesidio sunt urbibus, imponi. His ergo translationibus ac figuris usus est, ut cautionem loquendi significaret. Ex quo illud etiam intelligimus, paulo aliter LXX. legisse, ac suspicor, illos *מְצוּרָה* vel *מְצוּרָה* habuisse.“ AGELLIUS. Magis tamen probanda SCHARFÉNBERGII conjectura, in not. ad Cappelli Crit. S. ed. Hal. p. 684., Alexandrinum lapsum esse in eruenda origine vocis *מְצוּרָה*, quae deducenda est a verbo *מָצַר*, et quemadmodum Ps. XXXII, 7. *מְצוּרָה* *custodies me*, male reddidit *τῆς περιεχούσης με*, et Ezech. VI, 12. *הַמְצוּרָה בְּרָעַב*, *qui conservatus est*, i. qui non periit fame, *ὁ περιεχόμενος ἐν λιμῷ*, ita h. l. illum confudisse verba *מָצַר*, *custodire*, et *צָר* i. *צָר*, *cingere, circumdare*.

4. Ne inclinari sinas (*אל-ת*), propensum fieri permittas animum meum *לְדָבָר רָע*, quod Chaldaeus *מִדְבַּר רָע* *verbum malum*, Alexandrinus et Vulgatus *eis λό-*

γους πονηρίας, in verba malitiæ reddiderunt; alii tamen rectius ad rem malam, coll. 1 Sam. XXII, 15. 2 Sam. XI, 27. Coh. I, 8. 10. interpretantur; nam sicut præcedente Versu contra verborum, ita hoc Versu contra facinorum impietatem preces facit. להחטות עליו ברשע

אח-אישים פעלי-און Ad patrandum facinora in impietate i. e. impie, cum viris facientibus scelus, ne eo

me delabi sinas, ut quid mali facinoris suscipiam, et cum impiis me in facinore conjungam. Chaldaeus haec quoque verba de cogitationibus accepit, quum להחטות עליו ברשע verterit להחשב מחשבו ברשעה, ad cogitandum cogitationes in improbitate. Alexandrinus: τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἀμαρτίαις, ad excusationes in peccatis, ut Vulgatus reddidit, i. e. ut praetextus falsos praetexam ad

scelera admittenda. Recte Syrus: וְאֶעֱשֶׂה עֲוֹנוֹתַי, et faciam opera iniquitatis. להחטות enim patrandi significatione, ut Exod. X, 2. (coll. Piel Thren. I, 12. 22. II, 20.) capiendum, et עליו ברשעה facinora denotat, ut Deut. XXII, 14. 17. Ps. XIV, 1. XCIX, 8. — In verbis, quae

sequuntur, nomen מְנַעֲמִים, etsi hoc solo loco occurrat, vix tamen dubium esse potest notare delicias, quum verbo נָעַם, et voci נָעִים suavis, jucundi, dulcis notionem inesse constet. Vertendum igitur hoc modo: ne permittas, ut comedam aliquid eorum, quibus ipsi delectantur, id est, ne fruatur cum ipsis deliciis ipsorum, aut mensa communi. Id quod aut simpliciter, aut allegorice accipi potest.

Si simpliciter accipitur, significabuntur, quae Paulus appellat σιδαλόθουρα, quorum sane multa occasio fuit Davidi, dum exsul inter vicinos populos degeret. Sin figurate, poterit esse comedere, sicut usurpatur Genes. XXXI, 15. וַיֹּאכַל אֶחָד-בְּכֶסֶף, comedit argentum nostrum, id est, usus est eo ad sua commoda, cf. Genes. XLV, 18. Jes. I, 19. Esv. IX, 12., et sic fiet sententia hujus coli talis: neque communicem utendo, fruendo, usurpando quicquid eorum, quae ipsis placent, et

quae

quae me facere expetunt. Aliqui vero comedere interpretantur s̄uaviter frui, et sic erit: ne inescant me deliciae eorum, ut corrumpar. Significabuntur autem deliciae eae, quae ipsos beant, et per quas florere se putant, quae sunt impia et mala facinora; et dicet hoc vates: nē ut mihi bene sit, etiam ego faciam aliquid impie. Alexandrinus ex lectione codicis Alexandrini: καὶ οὐ μὴ συνδυσῶ μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν, et sic quoque Vulgatus: et non communicabo cum electis eorum. In Vaticano autem codice pro συνδυσῶ, legitur συνδοιῶσω, „quin etiam, inquit Agellius, Latini codices veteres combinabor habent, ut Gallicanus et Romanus.“ Clarius vero Symmachus: μηδὲ συμπάγομι τὰ ἡδέα αὐτῶν, et alius quidam interpres: μὴ συναλισθῶ ἐν ταῖς τερπνότησι αὐτῶν. Chaldaeus: יַתְּהַחֲשׂוּ הַבַּיִתָּהִי נְחוֹתָי לְחַיֵּי וְלַחֲמֵי כְּחֵי נֶחֱלֵי נֶחֱלֵי, nec fulciar, s. reficiar cantico domus convivii eorum. In Syriaca versione verba nostra ita reddita leguntur: ܕܘܫܝܘܢܐ ܕܘܚܘܪܝܘܢܐ ܕܘܝܗܘܐ ܕܘܫܝܘܢܐ ܕܘܚܘܪܝܘܢܐ, quae ab Erpenio sic translata sunt: non delicias cum ipsis, quum potius non sal sumam cum ipsis vertendum esset. Sed vix dubito, pro ܕܘܫܝܘܢܐ ܕܘܚܘܪܝܘܢܐ ܕܘܝܗܘܐ ܕܘܫܝܘܢܐ ܕܘܚܘܪܝܘܢܐ legendum esse ܕܘܫܝܘܢܐ ܕܘܚܘܪܝܘܢܐ, ut vertendum sit, ne concordem cum iis, quod cum Alexandrini συνδυσῶ convenit.

5. Ambigua et obscura est hujus Verfus sententia, unde sunt interpretationes ejus multiplices. Nos praecipuas breviter recensebimus. Alexandrinus: παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἔλεει καὶ ἐλέγξει με, ἔλαιον δὲ ἀμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλὴν μου, ὅτι ἔτι καὶ ἡ προσευχὴ μου ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν. Quae sic reddidit Vulgatus: Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum. Cujus interpretationis sensum ita exposuit AGELLIVS: „Si me justus asperitate verborum corripuerit, id misericordiae et benevolentiae deputabo, benignoque mecum agi existimabo, contraque blanda peccatoris verba, et oleo
mol.

molliora, quae tamen quibusvis sagittis ac jaculis perniciosius vulnerant, avertat Deus, ut meum caput impingent ac perfundant. Aut in modum optantis, malim, inquit, a justo homine per misericordiam ac benevolentiam caedi, quam ab impio oleo verborum ungi. Hoc idem Salomon dixit in Proverb. Cap. XXVII, 6. *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.* Et Eccles. VII, 5. *Melius est, a sapiente corripitur, quam stultorum adulatione decipi.* In Hebraeo vero est *שמן ישר*, unguentum primum, hoc est, excellentissimum, impiorum hominum nempe, ne frangat caput meum: quasi mollia illa verba, unguenta licet ac fomenta videantur, tamen caput non leniant, sed imminuant ac frangant. *Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum.* Juncta sunt haec verba cum superioribus, nam super ea, quae dicta sunt, aliquid addunt, et habent amplificationem. Tantum abest, ut mihi displiceant fidelia ac utilia verbera, mihi a justis hominibus inflicta, ut etiam pro beneplacitis eorum vota faciam, et Deo supplicem, ut illis optata concedat; nam collective dixit superius: *corripiet me justus*, id est, iusti homines, ideoque nunc quasi de pluribus, non de uno dixerit, subjungit numero multitudinis: *in beneplacitis eorum.* Aut, si Chrysostomum sequamur, non solum, inquit, non placent illorum molliora unguentis verba, et iustorum potius castigationes amplector, verum etiam omni studio precor, ut ab eorum beneplacitis, desideris, cupiditatibus, longissime absum. Ceterum *שמן ישר* Alexandrinum patet, accepisse in significatione Chaldaici *שׁר*, *velle, delectari re aliqua*, idem quod Hebraicum *שׁר*, vid. not. ad Ps. CXXXIX, 2. Cf. Buxtorffii *Anti-Critic.* p. 645. Quod autem pro *שמן ישר* Alexandrinus *ελαιον αμαρτωλων* posuit, non inde factum quod *שׁר ישר* in suo codice legit; ut coniecit J. D. MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. XIX, p. 161., sed explicationis causa. Nam sunt etiam ex Hebraeis interpretes, qui unguentum impiorum explicent, ut

mox videbimus. Porro יָגִי accepit significatione Arabici نُويّ, pinguis evasit, unde نِيّ, adeps, et نِيّ pinguedo. Ad Alexandrini sensum proxime accedit Syrus, nisi quod is רְעוּחֵיהֶם usitata significatione accepit.

נֶלֶב אִימָן, סִבְחָתְךָ מִיְמֵינִי, וְעֵינַי
לֹא יִשְׁמַח בְּחַטֹּאתָי, כִּי חֶסֶד אֱלֹהִים

Doceat me justus, et corripiat me; oleum impiorum caput meum ne pinguefaciat, quoniam oratio mea est contra malitiam eorum. Sensu diverso Chaldaeus:

וְיִטְפַחְנִי צְדִיקָא מְטוּל חֶסְדָא וְיִכְסֶנִי [כְהֵן דְמַרְבִּי] מִשַׁח רְבוּחָ
קוּדְשָא [בְרַם פְּלִיל מְלִכּוּחָא] לֹא יִבְטַל מִן רִישֵׁי אָרוּם עַד כְּרוּן
צְלוּחֵי מְסַחְרָא בְּבִישְׁתֵּיהוֹן *Percutias me justus propter benignitatem, et corripiat me sacerdos ungens me oleo unctionis sanctitatis; attamen coronam regni ne irritam faciat, s. aboleat a capite meo; nam adhuc oratio mea ordinata s. directa est in malitiam eorum.*

(Quae in Chaldaico uncinis sunt inclusa, e bibliis Antverpianis inseruimus). Ad hujus interpretis sententiam

JARCHI nostrum locum in hunc modum explicavit: „Bonum mihi est, si redarguat atque castiget me propheta verax et justus, quoniam omnes illius castigationes sunt beneficium. Unguentum regni, quod super caput meum effusum est (coll. Ps. XXIII, 5. *pingue reddidisti unguento caput meum*), non removeat caput meum a redargutione justii, ut abeam et vescar cum operantibus iniquitatem. Nam quamdiu oratio mea est in ore meo, ecce illa est propter eorum improbitatem, ne per illos cadam.“ ABEN-ESRA: „Ex sententia Moïsis, sacerdotis, hic Versus ita est capiendus: nolo cum impiis vesci; sed si percutiat me impius aliquis, corrigendo in eo, quod justum est, misericordiae loco sum habiturus, ac si increpet me, istud habebō pro oleo capitis. Nobis vero שָׁמֵן ראָא videtur idem esse, quod מְנַעֲמֵיהֶם, *deliciae illorum*

(impiorum) Vs. 4., et ראשית significatione ראשית, *praecipui*, accipiendum, ut Amos. VI, 6. ראשית שמנים ומושח *primitiis unguentorum*, i. e. praestantissimis unguentis *ungunt se*; et Exod. XXX, 23. בשמים ראש *aromata capitis*, s. *praestantissimae notae*, i. e. odoramaenta praestantissima. יני autem notione *frangendi*, ut Num. XXXII, 7., capiendum. Quum vero oleum alias vulnera capitis sanare soleat, h. l. contrarium effectum ei tribuit. Porro יני respondet ראשית, et ראשית signficat *mala*, quae ipsis sunt eventura. Ex Aben-Esrae igitur sententia partis secundae hujus Versus sensus est hic: fallaces impiorum blanditiae ne me perdant; vel, ne praetextu dulcedinis quispiam mihi in exitium meum blandiatur et indulgeat vitiis meis; nam preces facio, ne eodem lapsu cadam, quo illos prospicio ruituros. KIMCHI: „Illorum deliciae atque blanditiae mihi non placent; sed contra *percutiat me justus, erit misericordia*, i. e. hoc erit mihi beneficii loco; *et increpet me*, erit mihi *oleum praecipuum* (nam שמן ראש est ut בשמים ראש Exod. XXX, 23.), non *franget* s. laedet *caput meum*, ista percussio, quin mihi erit loco olei praestantissimi, quo inungitur plaga. Quoniam adhuc scil. ego, i. e. quoad ero, *et oratio mea erit in mala eorum*, i. e. preces faciam, ut ab eorum malefactis Deus me integrum servet. Parens vero meus verba: *oleum praestantissimum ne frangat caput meum*, de sceleratis exposuit, hoc sensu: plaga a justo mihi inflictata bona mihi est, et beneficii loco habita; at vero impius oleo praestantissimo me si inungat, clamabo ac dicam: *ne frangat caput meum*.” A. SCHULTENS in *Commentar. ad Job. XXXIII, 10.*

p. 905.; quo loco hebraico ניני notionem Arabici نين, *cruda fuit caro*, tribuit, nostrum locum ita explicat: „*Justus me tundat, erit benignitatis; arguatque me* erit שמן ראש, *oleum capitale*, quod nequam ניני ראש *crudum reddet caput meum*. Vulga *franget*: non ni-

mis apposite; minus utique decore, quam *crudum red-
det*, quod proprie et improprie pervenustum praebet sen-
sum; ubi enim aceto fricatur ulcerosum caput, crudescit;
similiter ubi correptione alicui aures effricantur, totus
saepe incrudescit. At Psaltes sibi correptionem vel seve-
rissimam pro balsamo fore dicit, quod caput non cru-
dum, sed mite, molle, submissum, sit redditurum." J.
D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1636. *נָיִי*, post Ale-
xandrinum, vertit *impinguet*, et pro *שָׁמֶן רַחֵם*, uti su-
perius monuimus, *שָׁמֶן רַחֵם* legendum censet, sententia,
ad seriem orationis, ut ipse quidem putat, aptissima: „de
conviviis cupediisque malorum (idololatrarum credo) vix-
dum sermo fuerat Vs. 4. *ne gustem delicias ipsorum!*
Pergit David: *inebriet me* [propr. *nutrare me faciat*,
scil. ebrietate, coll. *Jes. XXVIII, 1; Jes. XVI, 8.* et *Sup-
plem.* p. 544.] *pius pietate et arguat me, oleum inju-
sti ne impinguet caput meum*, i. e. ne intersum eorum
conviviis fellsque idololatricis. Oleum convivale intelli-
gitur, magna enim olim pars lauti convivii, unctio.“
Interpretatio omnium, quas adhuc recensuimus, infelici-
sima! Optimam hunc locum explicandi rationem censeo
propositam esse a DÖDERLINIO in *Scholiis in libros*
V. T. poeticos ad h. l.: „*Castiget me justus* (proprie
tundat me [cf. not. supra ad Pf. LXXIV, 6.]), *benefi-
cium erit; reprehendat me, oleum capitis erit. Non*
renuerem, si vel repeteret, nec repetitis instigationibus
irritarer. Sed jam, cum contrarium experiar, *contra*
malitiam eorum deprecari apud Deum. Injustae laesio-
nis animus impatiens querelas ac preces ad Deum desert.“
Comprobavit eam interpretationem Dathius quoque, qui
monet, verbum *נָיִי*, in quo tertia radicalis *n* omissa est
in textu vulgari [ut in *הַחַיִּי 2 Reg. XIII, 6.*, et in *נִיִּיִּי*
Jerem. VIII, 11.], quam tamen 36 codices Kennicotti
habent, recte explicari *avertere; abnuere*, ut Num.

XXXII, 7. 9. Pf. XXXIII, 10. Congruit Arab.

نَاي
(non

(non נוי, ut Dathius posuit) et נָא (pro נָוָא), *reliquit, discessit, elongavit se*, et in IV. conjug. *discedere fecit, avertit*. Eodem sensu Chaldaicum et Jarchium nostrum נָנִי explicasse, supra vidimus. Praefixum נ ante נָוָא h. l. *contra* denotat, ut Pf. LXXIV, 1. LXXVIII, 19. LXXX, 5.

6. Mirifica est et in hoc Versu interpretum discrepantia. Plerique faciunt imprecationem supplicii capitalis adversus principes eorum, a quibus premitur, ut praecipitentur seu dejiciantur de saxis petrarum. Sed tum quomodo audient sermones ejus, ut dicitur altero hemistichio, praecipitati et sublato e medio? nisi de vulgo interpretemur, quod postea audiat. Itaque aliqui dignitatis potius, quam salutis et vitae hanc praecipitationem interpretantur, ut hic sit sensus: *dejiciantur de culmine suo et honore omni exuantur principes ipsorum; tum vero, quando everfi jacebunt, exaudientur verba mea, quae jam repudiantur, et erunt populo suavia et jucunda, quibus nunc irritantur*. DOEDERLEIN l. c. hunc locum sic explicavit: „*Dimissi sunt iudices eorum juxta petram*. Alludit ad historiam 1 Sam. XXIV., quum Saulum ejusque socios in caverna secedentes incolumes atque liberos dimiserat, hoc sane facto meriturus aequi regis gratiam. Addit: *et audierunt dicta mea blanda*, vid. 1 Sam. XXIV, 9 — 12. Nihil tamen secius non paroit immilis rex vitae conservatoris sui (Vs. 7).“ Quae interpretatio non multum discrepat ab ea ratione, quam Aben-Elra sequutus est, qui tamen verba נָנִי-סֵלַע sic interpretatur: *dimissi sunt*, i. e. libere se diffundunt per loca petrosa, ut me persequerentur, principes et iudices eorum. נָנִי-סֵלַע, propr. *per latera rupis*, referendum videtur ad illud 1 Sam. XXIV, 3. *Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad investigandum Davidem et viros ejus super abruptissimas petras*. נָנִי-סֵלַע Aben-Elra re-

cte גְּרִיבֵיהֶם *proceres eorum*, exposuit, quo eodem sensu nomen שְׁפָטָם Pf. II, 10. CXLVIII, 11. Zeph. III, 3. usurpatur. Saulum et impios ac potentiores ejus affectas designare videtur. Alii *Saulum* solum respici putant, quem David tanquam principem suum semper consideravit, ac verbis pluralibus usum esse, ut sermo nonnihil mitigaretur. וְשָׁמְעוּ אִמְרֵי כִּי בָעָמִי *Et audiverunt verba mea, quod jucunda fuerint*, bonitatis et observantiae erga ipsos plenissima, nec quicquam violenti aut injurii, sed animum potius mansuetum ac placatum significantia. Respicit forsitan, quae 1 Sam. XXIV, 10 — 15. referuntur. Summa hujus Versus est: hostium meorum duces ac principes, quum me per abruptissimas rupes quaerent, audierunt verba humanitatis plena erga Saulem, nec tamen desinunt me nunc persequi; de quo Vs. sequ. queritur.

7. Qui in praecedente Versu imprecationem in hostes factam existimant; rationem hic reddi putant a crudelissimo ipsorum odio et immanitate. At qui Davidis lenitatem, et pietatem ergo illos Vs. 6. expositam censent, hoc Versu illorum odium lenitate sua minime repressum descriptam volunt, quibus et nos accedimus. Dissentiunt autem, similitudo num desumpta sit a lignorum sectione, an de terrae in aratione profcissione, qua terra vulneratur quasi et laeratur, ac effossa jacet tanquam lacera et exaggerata. Id. quidem Chaldaeus voluit; qui Versum hunc ita vertit: הַי כְּמַח גָּבַר דָּפְלָה וְנִמְבֹּעַ פְּמִרְדָּה בְּאַרְעָה *Sicut vir, qui secat et findit aratro in terra, sic dispersa sunt ossa nostra ad os sepulchri.* Eodem sensu Syrus: אִמְרֵי עֲבָדָי נִזְנְוּ אֶזְבָּאֵי אֶזְבָּאֵי אֶזְבָּאֵי כְּלֵי חֲסִיסוֹסֵי עֲבָדָי *Sicut vomer, qui diffecat terram, dispersa sunt ossa eorum ad os inferni.* Sed quum similitudo ad dispersionis comparationem dirigatur, in aratione autem nihil de solo spargitur, aut dispergitur, puto de lignorum sectione interpretandam esse similitudinem. *Sicut findens.*

dens scil. ligna, coll. Coh. X, 9. (בָּקַע עֵצִים). — בְּאֶרֶץ
In terra, quando videlicet truncus, vel lignum finden-
 dum in terra firme est repositum, ita ut frusta et frag-
 mina longe lateque in solo diffiliant. נִפְּוֹרֵי עֵצֵינוּ לְפִי
 אֵשׁוּ. Ita *dispersa sunt ossa nostra ad os sepulchri*, quod
 aliqui *ostium*, s. ingressum, interpretantur, quomodo Jos.
 X, 18. 22. פִּי הַמְּעָרָה est *ingressus cavernae*, ut Pro-
 verb. VIII, 3. פִּי קִרְחָה *ostium urbis*; alii *os mortis de-*
voraturae, sicuti gladio consumenti saepissime *os* tribui-
 tur, ut Genf. XXXIV, 26. Exod. XVII, 13. Num. XXI,
 24. Sententia igitur talis est: illi vero nos infectantur
 adeo acriter, adeo nos male habent, ut quemadmodum,
 quum faber lignarius trabem aliquam vel findit, vel exa-
 sciat, sic ossa nostra dissipata testimonium perhibeant tru-
 culentiae adversariorum nostrorum. Forsan nonnulli e
 Davidis comitibus inciderant in manus Saulis, et inter-
 secti erant. Alii respici existimant ad sacerdotes, quos
 Saul crudeliter obtruncari iussit; 1 Sam. XXII, 16 — 19.

8. פִּי אֵלֶיךָ עֵינַי *Quia tamen ad te oculi mei* scil.
 directi sunt, cf. Pf. XXV, 15. CXXI, 1.; non redditur
 hic ratio antecedentium, sed subsequen-
 tium: quia auxi-
 lium a te exspecto, et בְּכַח הַסִּיחִי *in te*, (ה' paragogicum,
 ut Jos. III, 6. Jerem. XXIX, 25.) *refugium meum quae-*
ro, ideo אֵל-הָעֵר נִפְּשִׁי *ne effundas*, scil. לְמָוֶת *ad mor-*
tem (coll. Jos. LIII, 12.), *vitam meam*, noli permittere,
 ut eorum manibus sanguis meus, in quo anima et vita
 consistere putatur. (Levit. XVII, 11. 14. Deut. XII, 23.),
 effundatur, et sic illi trucibus et immanibus animi sui
 cogitatis potiantur. Alii: ne praesidio tuo nudatam de-
 sistuas animam meam, a *nudandi* significatione, quam ver-
 bum עָרָה nonnumquam obtinet.

10. Affixum 'in בְּמַכְמְרֵי' aliqui referunt ad Deum,
 ita ut sit relativum absque antecedente, ut alias haud
 raro, quando e contextu sermonem esse de Deo intelli-
 gi potest, hoc sensu: illi mihi nunc insidiantur (Vs. 9.), ve-

rum eos tandem suo reti Deus concludet, donec ego ex illorum insidiis salvus et illaesus evadam. Alii affixum illud ad Saulum pertinere putant, hoc sensu: tam Saulus, quam qui se illi adjunxerunt ad me infectandum, *cadant in retia ejus*, Sauli, id est, una cum Saulo pereant, et quidem his ipsis artibus, quibus me appetit Saulus. Praestat tamen, affixum distributive capere (ut Ps. LXVI, 3. CXIX, 137, CXXV, 2.), ut sit: *incitant in retia quisque sua*, quae mihi expanderunt. Eadem fere sententia Ps. VII, 6. Vocem יָהָרְוּ alii ad ea, quae praecesserunt, referunt, hoc sensu: *cadant una omnes impii isti in retia*, quae ipsi pararunt; alii vero cum מִנְכִּי quod proxime sequitur, nectunt, hac sententia: *ego una* scilicet cum sociis meis (ut aliqui Ps. IV, 9. יָהָרְוּ capiunt), sollet enim *plurimum* associatio et exaequatio hac voce indicari, vid. Ps. XXXIII, 15. XL, 15. XLIX, 3. CXXXIII, 1. — עַר-מִצְבּוֹר *Donec transiero*, s. dum transeam salvus et incolumis retia ipsorum mihi exposita, imo et ipsos in retia sua delapsos. Suis ipsorum dolis et insidiis capiantur hostes mei, interim dum mihi illaeso transire liceat.

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Preces ardentissimae destituti prorsus ac desperantis ab omni humana ope, et solo Deo nitentis. Titulus habet, in specu hunc Psalmum a Davide factum. Quum autem et in Adullamico et Engeddino specu latuerit (vid. ad Ps. LVII, 1.); non explicatur hac inscriptione, in utro specu factus sit, neque hoc aliquis facile definiverit. Etsi enim aliqui hanc oden rectius ad speluncam Adullamicam (1 Sam. XXII, 1) referri censent, quod in specu Engeddino Saul potius, quam David in periculo vitae fuerit; nihilominus tamen etiam ipse David in summo vitae discrimine illic haerebat, actumque tunc de illo erat, si quo pacto deprehensus fuisset, quum ante speluncam Engeddinam exercitum haberet trium millium Saulus, atque ita ibi tanquam obsideretur Davides. Parum autem refert ad intelligendum Psalmum, ad hanc, an ad illam historiam referas.

4. בהחצתך עלי ריחי *Quum involvitur apud me spiritus meus*, scil. tristitia ac moerore, dum obrutus aegritudine spiritus meus perturbatissimus paene deficit, cf. not. ad Ps. LXI, 3. CVII, 5. — וְאָתָּה יְרַעַץ נְחִיבָתִי *Tu vero nosti semitam meam*, non uno modo explicant. Quum enim *via* utrumque significet, et cursum vitae metaphorice, et viam, qua ambulatur, simpliciter; ideo aliqui haec illi, aliqui alteri significationi accommodant. Qui *viam* metaphorice capiunt, ex quibus Kimchi, sensum sic faciunt: tu nosti causam meam, quod adversarii mei innocentem me persequuntur, ac necem meam injuste quaerunt. Qui *viam* proprie intelligunt, interpretantur vel de via et ratione evadendi, ut sensus sit: tu solus scis, quo tramite ex hoc periculo me possim eripere; vel sic: tu nosti, quot et quantis periculis sit circumsepta semita mea, quod optime congruit hemislichio, quod sequitur, וְ אֲרָחֶיךָ וְ אֲזַלְךָ כְּמַנְה פַּח לִי *in via, qua ambulo, absconderunt laqueum mihi*, undique hostes mihi insidias struunt, explorantes omnia mea itinera. De וּ וי cf. not. ad Ps. IX, 16. Verbum כְּמַנְה Aben-Efra recte observat esse impersonaliter positum, nam subaudiendum est nominativus Participii, *abscondentes*, vid. de hac loquendi formula STORRII *Observatt.* p. 410.

5. הַבִּיט יְמִין וְרֵאָה aliqui vertunt: *adspice dexteram et vide* scil. o Deus! quod sic explicant: considera et vide, quam destitutus sim omni auxilio, vide, num dexteræ meae adjutor aliquis adlit, nam *a dextra alicujus esse* significat alicui auxilio esse, vid. Ps. XVI, 8. CIX, 51. CXXI, 5. Ita optabit David, ut Deus recognoscere accuratius quasi velit conditionem suam extreme periculosam. Aben-Efra et Kimchi tamen non pro Imperativis, sed pro Infinitivis habent verba הַבִּיט et רֵאָה (id quidem ad formam הִיט Ezech. XXI, 15.), cum subaudiendo verbo finito primæ personæ, ut plene sit: הַבִּיט אֶמְיִן הַבִּיט יְמִין וְרֵאָה אֶרְאָה (ut 1 Sam. XXX, 8. הַשֵּׁב חֲשִׁיב וְהַצֵּל חַצִּיל), *respicio ad dexteram et video*, dexteram autem solam

commemoravit, sinistra praetermissa, brevitatis causa, quum ex re potiore altera minus nobilis intelligatur (cf. Pf. XCI, 7. et GLASSII *Philol.* S. p. 627. ed. Dath.), hoc sensu: in omnes partes oculos converto, num aliquis auxilio mihi veniat. In hoc sensu, qui sane aptissimus videtur, consentiunt veteres omnes. Alexandrinus: κατενόησα εἰς τὰ δεξιά καὶ ἐπέβλεπον, Vulgatus: *considerabam ad dexteram et videbam*. Syrus: Δεξιῶν ὄψαμι, *respexi ad dexteram et vidi*. Chaldaeus: על תפליח ימינא וימינא וקמיני, idem. ואין לי מכיר *Sed nullus est mihi agnoscens*, qui pro suo me agnoscat, ac meae salutis ullam rationem habeat. JARCHI: „Nullus est inter Saulis ministros, qui ipsum impediatur, et causam meam tuatur.“ אבר מנוס ממני *Periit fuga s. esugium a me*, omnis spes a facultas evadendi mihi erepta est, quo fugiam non habeo; eadem loquutio Jer. XXV, 35. Amos. II, 14. — אין הרש לבפשי *Non est, qui requirat animam meam*, i. e. qui me curet, cui vita mea curae sit. Sunt, qui vertant: *non est, qui requirat animae meae* scil. טוב, ut Esth. X, 3. הרש טוב לעמי *quaerens bonum populo suo*, i. e. studens commodis populi sui. Nihil tamen obstat, quo minus simpliciter vertas: *non est, qui quaerat de anima mea*, ut ל latine *de* sit exprimendum, ut 2 Sam. XI, 3. ויקרש לנאשה *quaesivit de muliere illa*, et Jerem. XXX, 17. הרש אין לה *non est, qui quaerat de ea*.

6. Haec cum his, quae praecesserunt, ita sunt connectenda: quum humanae opis nihil se offerat, וקראתי *clamavi ad te* etc. חלקי בארץ החיים *Portio mea in terra viventium*, a te solo exspectandum mihi est auxilium, praeter te, quo nitari aut confidam; in terris habeo neminem. Eadem figura Pf. LXXIII, 26., cf. Num. XVIII, 20. De חלקי בארץ חיים cf. not. ad Pf. XXVII, 13.

7. רבתי *Vociferatio mea*, cf. not. ad Pf. XXXIII, 1. — אטרי רבותי מאד *Attritus, attenuatus sum valde, ex-*
haustus

haustus animo et corpore, ad extrema redactus, Pf. LXXIX, 8. CXVI, 6. — אָמְצָה מִמֶּנִּי, *Praevalent mihi*, longe valentiores ac robustiores sunt me, ita ut ab eis opprimar prorsus; neque enim hoc solum dicere voluit, se esse robore et potentia inferiorem Saule, quod nemo nesciebat.

8. מַסְפָּר *Claustrum*, *carcerem* dictum plerique putant speluncam illam, in qua se David inclusus continebat hostibus undique septus. Alii metaphorice et γεννωσς de calamitatibus et angustiis exsilii, quibus circumstrictus erat, interpretantur. בִּי יִכְתָּר צְדִיקִים כִּי הִגְמַל עָלַי *Cingent me pii, quum retribueris mihi*, i. e. quum mihi beneficium, quod rogo, tribueris, tum omnes religiosi homines ad me confluent, seque mihi tuarum laudum praecones adjungent. Alexandrinus verbum יִכְתָּר reddidit ὑπομενοῦσι, et Vulgatus *expectant*, ex significatione aramaei כָּתַר, qua verbum Job: XXXVII, 2. usurpatur. Ita sensus esset: pii meam liberationem sollicitè expectant. Aptiorem tamen sensum h. l. *cingendi* significatio praebet, et locis Judic. XX, 43. Hab. I, 4. Pf. XXII, 13. unice apta, unde et *corona* כָּתַר Hebraeis dicta, quod caput *cingat*. Chaldaeus: אֲמַטְוִלְתִּי יַעֲבֹדוּן לְךָ כִּלְיִל דְּשִׁבְחָה צְדִיקִיָּא, *propter me facient tibi coronam laudis justis*, quod sequuntur Jarchi: „propter me te coronabunt pii, et gratias tibi agent, quod conserves eos, qui timent te.“ Aliter Aben-Elra: „propter me gloriabuntur pii, ac si corona regia esset in capite eorum.“ Argutiae. אָמַל h. l. significat, priorem beneficium conferre, cf. not. ad Pf. CXVI, 7.

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Orat, ut sibi in extremum jam discrimen adducto Deus opem ferat, et in se sperantem e periculis eruat. Alexandrinae versioni et Latinae vulgatae praescriptum est, in seditione Absalonica et ejus temporis exilio hunc Psalmum a Davide conditum esse. Alii eum referunt ad eadem illa pericula, quibus Psalmorum, qui proxime praecesserunt, preces sunt fusae. Nec desunt, qui in persona totius populi Psalmum cani putent, cum abductus esset in servitatem, et pleraque figurate translateque dici ad moerorem indicandum. Certe eo consilio, ut harum precum in publicis calamitatibus usus esset, lugubrem hanc odam inter carmina ad publicum cultum destinata adscitam fuisse, minime dubium esse potest.

1. בְּאֱמֶתֶךָ *In veritate tua*, i. e. pro tua fide, quae numquam fallere potest; vel: propter veritatem promissorum tuorum. עֲנֵי בְצִדְקָתֶךָ *Exaudi me pro justitia tua*, qua misere oppressis succurrere, et superbe elatos repri-

reprimere soles. Cf. Pf. XXXI, 2. Aben-Elra vult, *הַצַּדִּיקָהּ* hoc significare, ita ut conspiciatur tua justitia. Simile esse observat illud Pf. CXVIII, 5. *עָנְנִי בְּמִרְחָב*; *exaudivit me in latitudine*, i. e. ita ut positus fuerim in amplo et spatioſo loco.

2. *אַל-תִּכְבֹּד בְּמִשְׁפַּט אֶחָד-עַבְדְּךָ* *Ne intres in iudicium cum servo tuo*, q. d. nunc, quum in extremis malis et periculis verſor, noli, quaeso, ſummo jure mecum agere. Si deliqui, aut peccavi, ne, quaeso, de me ſervo tuo hoc tempore poenas ſumito. *כִּי לֹא-יִצְדַק לְפָנֶיךָ כָּל-הוּא* *Nam non erit justus in conspectu tuo ullus vivens*, nemo coram te et tribunali tuo est innocens, ut in iudicio tuo absolvi possit aut mereatur.

3. *וְהָאָרֶץ לְאֶרֶץ חֲהָיָה* *Contrivit aā terram usque vitam meam*, me prostratum in pulverem paene rededit; cf. Pf. LXXIV, 19. — *הַשֵּׁבִיבֵנִי בְּמַחְשָׁבִים כְּמַחֵי עוֹלָם* *Sedere me facit*, habitare me cogit *in tenebris*, in locis tenebricosis, veluti sepulchro aut carcere, *tanquam mortuos seculi*, i. e. dudum mortuos, quorum ipsa quoque memoria longitudine temporis evanuit, qui non amplius curantur (Pf. CXLII, 5), cf. Pf. LXXXVIII, 6., ubi eadem sententia, sed paullo aliter expressa. Nostra verba extant quoque Thren. III, 6. De significatione nominis *עוֹלָם*, quae hic locum habet; vid. not. ad Pf. CXXXIX, 24.

4. *וְהִתְעַמַּף עָלַי רִוְחִי* Cf. Pf. CXLII, 4. — *יִשְׁחַזְמֵם לְבִי* *Stupet*, stupore quasi percussum et consternatum est *cor meum*. Ingens animi consternatio ac moeror describitur, ubi spes omnis ac fiducia uno velut ictu prostrata jacet.

5. *זָכַרְתִּי יָמִים מִקֶּדֶם* *Recordatus tamen sum*, in memoriam mihi revocavi *dies ab antiquo*, i. e. anteaeta tempora, quibus non solum majores nostros, verum me ipsum etiam ex angustiis liberasti. *בְּמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ* *De factis manuum tuarum.*, i. e. potentiae et bonitatis documentis meditor.

6. כְּאֶרֶץ-עֵיפָהּ *Sicut terra lassā, i. e. deficiens sic-
citate et aestu* (Ela. XXXII, 2. Prov. XXV, 5.) pluviam
avidissime expetit, ita לָךְ *ad te* scil. sitit anima mea,
coll. Pf. LXIII, 2. XLII, 3.

7. אֶל-חֲסִמֵי פְנֵיךָ מִמֶּנִּי *Ne occultes vultum tuum,
respectum tuum a me*, cf. Pf. XXVII, 9. וְנִמְשַׁלְתִּי עִם
יָרְדִי כֹר *Nam similis redditus sum*, vel, ut alii, repe-
tita negandi particula, *ne similis reddar descendantibus
in foveam sepulchri*, Pf. XXX, 4. LXXXVIII, 5.

8. הִשְׁמִיעֵנִי *Audire, i. e. sentire, experire me fac*,
ut Pf. LI, 10. בְּפִקְרִי *Mane, i. e. cito: matura opem
tuam*, cf. Pf. XLVI, 6. הוֹרִיעֵנִי דְרָךְ-זֶה אֶלֶךְ *Notam mihi
fac viam, qua eam*, doce me, quid faciam, de me et
meis, ut pericula evitem, cf. infra Vs. 10. Alii: ut vi-
tae meae cursum recte et tuis praeceptis congrue insti-
tuem, coll. Pf. XXXII, 8. כִּי-אֶלֶיךָ נִשְׁאַחֵי נַפְשִׁי Cf. not.
ad Pf. XXV, 1. LXXXVI, 4.

9. Verba אֶלֶיךָ כִּסִּיתִי *Aben-Esra et Kimchi recte in-
terpretati sunt apud te occultavi*, secreto ab hominibus
apud te exposui aerumnas meas omnemque causam meam,
quoniam tu solas opem mihi ferre potes; tibi in occulto
revelavi, quod homines celavi. Loquendi formula, quam
praegnantem Grammatici dicere solent, et plene sic ex-
pressit Kimchi: אֶלֶיךָ צִעַקְתִּי בְּחֶסֶר וּבְמִכְסָה מִפְּנֵי אָדָם *cla-
mavi ad te ex occulto et abscondite ab hominibus*. J.
D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 1317. „Constructum,
inquit, cum אֶל hoc verbum contrariam quodammodo no-
tionem adsciscere videri possit, *revelandi*, sed facilem
expeditu: *tibi texi*, i. e. tibi clanculum et soli dixi. Sic
plane Arabes a ^سس, *arcanum*, faciunt ^سأس, *tanquam
arcanum aliquid alicui credidit*, id vero est, revelavit,
dixit, sed sub fide arcani.“ Similis est Aben-Esrae ad
h. l. observatio, quemadmodum contraria constructione,
per particulam כִּי, Genes. XVIII, 17. הֲמִכְסָה אֲנִי מֵאַבְרָהָם
lit: *num celem Abrahamum?*, ita h. l. ex diversa con-
stru-

structione, scilicet per אל, diversam et contrariam oriri significationem. Eadem de causa verbum לָקַח *sumere, accipere*, Exod. XXXV, 5. vertendum esse *dare*, et סָרַר, *recedere*, Jud. IV, 18. idem esse quod *accedere*. Alexandrinus, qui אָלַיְךָ כְּסִיחִי πρὸς σὲ κατέφυγον, *ad te confugi*, reddidit, כְּסִיחִי, ut sono non admodum diversum a הִסִּיחִי, ita et significatu cum eodem convenire putavit, quae ipsa et R. Marini fuit opinio, ab Aben-Esra commemorata, sed vana haud dubie, quum verbum הִסִּיחִי cum כְּ, ubicunque occurrit, construi soleat, vid. Ps. VII, 2. XVI, 1. XXV, 20. XXXI, 2. al. Unde apparet in codicum Regiomontanorum, quorum varietates a Lilienthalio excerptae sunt, altertro, quem Kennicottus numero 224. significavit, perperam הִסִּיחִי pro כְּסִיחִי scriptum esse.

10. לְמַדְנִי לַעֲשׂוֹת רְצוֹנְךָ *Doce me facere voluntatem tuam*, suggere mihi, ut faciam, quod tu vis, et tibi probatur. Recte observavit Dathius, Knappio auctore, haec verba non esse de auxilio divino ad vitam probe et recte instituendam intelligenda, nam Versu 9. et 11. de defensione ab hostibus est sermo. Orat igitur Deum, velit ipsi rationem et modum revelare, qua ex his periculis possit evadere. רִחֵם טוֹבָרָה *Spiritus tuus bonus*, cf. Neh. IX, 20. et Jes. LXIII, 14. (רִחֵם יְהוָה טוֹבָרָה). — בְּאֶרֶץ מִישׁוֹר *In terra planitudo*, i. e. in via recta, in qua non offendam. Cf. Ps. XXVII, 11. V, 9. Ubi humana consilia salutem expedire mihi non possunt, te duce opus habeo.

11. לְמַעַן שְׁמֶךָ *Propter nomen tuum*, ut hoc celebretur, i. e. tuae gloriae causa, quo argumento saepius nititur, vid. Ps. XXV, 11. XXXI, 4. LXXIX, 9. חַיֵּי *Vivifica me*, vitam instaure paene mortuo mihi, Vs. 3. 7.

12. כִּי אֲנִי עַבְדְּךָ *Nam ego sum servus tuus*, pars familiae tuae, et in clientela tua, hinc a te opem expecto, nullam aliunde. Cf. Ps. CXVI, 16. LXXXVI, 16.

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Initium Psalmi celebrat gloriose beneficia, quae Deus auctori, ut regi (Vs. 1. 2. 10.), peculiari-ter ad illud tempus usque contulit, virtutem bellicam, scientiam rei militaris, salutis conser-uationem in praeliis, victorias, cetera, quae tanta esse significat, ut miretur simul magnitu-
dinem eorum, et quod Deus in ipsum et genus humanum tam sit beneficus, quum tamen nihil sit in homine, quod tantam beneficentiam me-reatur, aut ea dignum sit, quippe qui conditio-
ne tam sit caduca et misera. Hanc celebratio-
nem beneficiorum Dei praemittit precibus suis ardentibus, quibus implorat opem potentiae di-
vinae adversus hostes, a quorum apparatu et ir-
ruptione periculum tum fuerit: quod beneficium si ei denuo contingat, laudem a se et celebra-
tionem novam promittit Deo benefactori suo, quam tum ei sit praesiturus, et simul bona quae-
dam pacis commemorat, quibus ut potiatur po-
pulus, vehementer orat, ut quietem populo
con-

conciliare velit Jova, et hostium irruptionem et conatus avertere.

Quodsi hocce carmen, ut titulus asserit, vere est Davidicum, non improbanda Kimchii conjectura, editum esse adversus gentium exterarum, quae undique bella contra Davidem movebant, molimina, postquam, regno potitus, et Israelitas universos imperio suo subjectos haberet, et Philisthaeos, qui in ejus ditionem irruerant, secundo proelio repulisset (vid. 2 Sam. V.). Victoriam de Goliatho reportatam a Davide hoc Psalmo celebrari, ut nunc legitur in versionis Alexandrinae libris editis, et non paucis manu exaratis¹⁾, vana est conjectura, quae ipsa Psalmi consideratione refellitur; nam latius patet argumentum ejus, quam ut ad singulare certamen unius cum uno restringi recte possit. Neque magis eorum probari potest sententia, qui hunc Psalmum vel adversus Abnerum (2 Sam. II. 13. seqq.), vel adversus Absalonem et seditiosos

1) Fuisse tamen vetustos codd., in quibus hoc additamentum non extabat, apparet ex hoc Scholio exemplo Vaticano adscripto: ἐν ἐνίοις τῶν ἀντιγράφων τῆ ἐπιγραφή προσκείμενον εὖρον πρὸς τὸν Γολιάθ. οὔτε δὲ παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐρμηνευταῖς, οὔτε μὲν παρὰ τοῖς ὁ εὖρον ἐν τῷ ἑξαπλῷ. Et Agellius: „Quis addiderit, inquit, titulo: *adversus Goliath*, nam in Hebraeo nomen tantum auctoris inscriptum est, ignoratur. Hilarius ait, Theodoretus negat, in Hexaplis praeter David aliud adscriptum.“ Forfan ex Chaldaica paraphrasi Versus 10. originem duxit hoc glossema, vid. ibi not.

fos ejus conatus factum putant. Theodoretus hoc carmen in persona Judaeorum dici existimat, quos jam de Babylone reversos gentes vicinae aggressae sunt, ac bellis atque armis opprimere conatae. Est et alius Graecus auctor, Agellio commemoratus, qui Psalmum ad Maccaica tempora refert ²⁾. Certe et his et illis temporibus carmen facile poterat accommodari ³⁾.

1. Sit laus ei, qui me instruit virtute et scientia bellica!

2. עֲבַד טִיבֵי עֲבָדִי Chaldaeus bene טִיבֵי, *faciens benignitatem*, et Kimchi מְלִיְהִי עֲבָדִי, *deus gratiae meae* (quod extat Ps. LIX, 11. 18.), i. e. benefactor meus, explicavit. Sic Deus Ps. CIX, 1. מְלִיְהִי עֲבָדִי, sed Jerem. XVII, 14. הִלְהִי (cf. Deut. X, 21.) simpliciter nuncupatur. וְצִוְיָהּ *Et arx mea*, propugnaculum meum inexpugnabile, cf. Ps. XVIII, 3. XXXI, 3. עֲבָדִי *Excelsum meum munimentum*, ad quod hostes pertingere non possunt. וְמַלְּטֵי *Et liberator meus mihi*, quasi proprius et peculiaris. Kimchi: „וְ” vel pleonastice additur, majoris declarationis causa, vel Jod Participio additum, est pa-

rago-

2) Ὡς ἐκ προσώπου τῶν Μακάβαλων τοῦτον τὸν Ψαλμὸν φέγγεται ὁ μακάριος Δαυεὶδ, νενικηκότων μὲν καὶ ἀπαξ καὶ δις καὶ πολλὰκις τοὺς Ἀντιόχου στρατηγούς· αἰτούντων δὲ τὴν τελευταίαν ἀπαλλαγὴν.

3) Extat in J. A. STARKII *Sylloge Commentat. et Observat. philologico-critic.* Vol. I. (Regiomonti 1769.) p. 229. seqq. *Psalmus Centesimus Quadragessimus Quartus ad Codd. Mss. accurate recensitus. Accedit Versio latina, Lectionis varietas et animadversiones criticae.* Quibus jungendae sunt J. B. KOEHLERI *Animadvers. critt.* in hunc Psalmum teutonice scriptae in *Repertor. Literat. bibl. et orient.* P. XVIII. p. 144. seqq.

ragógicum, qualia Pf. CXIII, 5. 6. CXXIII, 1. "רָרַר

alii ex arab. *رَدَّ* *reduxit*, vertunt: *qui reduxit* scil. compositis dissensionibus *populum meum sub me*, sub meum imperium; alii, ut N. G. SCHROEDER in *Commentar. de Vestitu Mulier.* p. 378., qui verba רָרַר et רָרָה, uti literis sibi invicem cognata, ita significationibus etiam congruere existimant, sic vertunt: *qui calcat* s. calcavit *populum meum sub me*, i. e. qui mihi imperium in populum meum contulit. Eodem significato Schroederus id ipsum verbum vertendum monet Jes. XLV, 1. לָרַר-לְפָנָיו גֵּוֹתֵי אֲדָמָה *ad proculcandum coram eo gentes. Calcandi* figura autem *subigendi, dominio alicujus subjiendi* notio significatur et reliquis verbis, *calcandi* generibus significatum, veluti בָּרַס, vid. Pf. XLIV, 6. LX, 14. CVIII, 14., porro רָרַשׁ (Jes. XXV, 10. Mich. IV. 13.), רָרָה (Deut. XXXIII, 29. Jes. LXIII, 3.), aliis, a Schroedero adductis. Ceterum pro עָמִי legendum esse עָמִים, hodie haud pauci statuunt interpretes, non uno ducti argumento, primo quidem, quod verbum רָרַר, cui subjugandi domandique cum violentia quadam notio inest, minus aptum sit imperio Davidis in Israelitas; tum, quod Pf. XVIII, 48. Davides eadem fere sententia וְרָרַר עָמִים הָהֵם dicit, denique, quod magna codicum a Kennicotto et de Rossio inspectorum copia h. l. עָמִים pro עָמִי habet. Sed notatum est jamdudum a Masorethis ad 2 Sam. XXII, 44., nostrum עָמִי unum esse ex סְבִירִין, i. e. *opinione ambigua*, quae primo intuitu lector opinetur debere vel posse aliter legi, quum vel sensus videatur sic postulare, vel quod alibi sic legantur, nec tamen aliter legenda sunt, quum ista lectio sit genuina. Vid. BUXTORFII *Tiberias* s. *Commentar. Masoreth. historic.* Cap. XIII. §. V. p. 145. (edit. in quatern.) et *Clavis Masorae* Cap. X. p. 271., cujus posterioris loci verba una cum nota Masorethica ad dictam Samuelis loc. excerptit О. П. ВЕРБОВСКИЙ de *Nomin. Hebraeor. plural. num.* §. 79. p.

83. 84., qui de tribus illis locis, quibus עמי pro עמים positum credi possit (i. e. praeter nostrum ac Samuel. loc. indicatum et Thren. III, 14.), pluribus disputavit. Ex ejus sententia locis illis עמי est nomen singularis עם cum suffixo primae personae; atque nostro quidem loco Davidem omnes homines sibi subjectos, sicut ex variis nationibus constarent, *populi sui* (עמי) nomine; completi existimat, quo eodem usu colectivo idem nomen et Job. XII, 24. Jes. XLII, 5. legitur. Ego quidem et ipse nomen עם colectivo sensu capiendum censeo, sed additum *Jod* habeo pro paragogico; ut in רב־רתי Pf. CX, 4., in הַיְשָׁבֵי Pf. CXXIII, 1. aliisque pluribus in nott. ad ea loca enumeratis. Notandum, et Alexandrinum in suo codice legisse עמי, vertit enim: ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ὑπ' ἐμῆ. Quod vero Chaldaeus עמי reddidit, nequaquam est argumento, eum עמים in suo codice reperisse; nam potuit עמי ea, quam indicavimus, ratione capere. Non sunt audiendi, qui עמי peculiarem pluralis numeri formam, litera ם decurtatam, dicunt; qua de opinione dictum supra p. 637.

3. וְהִרְעֵהוּ *Quod agnoscis eum*, scil. ut ei beneficias; *nosse* h. l. prospicere et curam alicujus gerere, ut Pf. XXXI, 8. Hof. XIII, 5. Similem praefixi ו usum cf. Pf. LXXVIII, 44. CV, 28. וְהִתְשַׁבְּהוּ *Quod reputas, aestimas, eum*, ejus rationem habes, ut Jes. LIII, 3. Cet. cf. Pf. VIII, 5.

4. הַבֵּל propr. *vanum*; Kimchi recte observat h. l. significare *halitum oris*, qui momento evanescit et dissipatur, ut Jes. LVII, 13, ubi cum רִיחַ componitur. Cf. J. D. MICHAELIS *Supplém.* p. 490., et Pf. XXXIX, 6. 7. 12. LXII, 10. כַּצֶּל עוֹבֵר *Sicut umbra praeteriens*, quae puncto temporis evanescit. Cf. Pf. CII, 12. Job. VIII, 9. XIV, 2. Coh. VI, 12.

5. הַט־שָׁמַיִם וְהָרָרָה *Inclinâ coelos tuos, et descende!* Coelum inclinari dicitur, quando nubes deorsum vergunt; ut, sicut in magnis fieri solet tempestatibus, terrae valde

sint propinquae, turresque aut montes paullo altiores videantur contingere; cf. Pf. XVIII, 10. Evocat igitur Deum e coelo, et, ut possit expedite descendere atque adesse, jubet eum coelos suos dimittere inclinando, ne de tam arduo descensu mora longior objiciatur, atque ita impediatur aut differatur auxilium. Omnis haec imago adventantis Dei et in hostes animadvertentis deprompta est a terribili tempestate ac terrae motu, ut Pf. XVIII, 10. seqq. Alii respici putant ad Jovae in montem Sinai descensum, Exod. XIX. passim, praesertim Vs. 18. *Montibus*, הרים, nimis arguti aliqui interpretes vel reges, vel quoscunque insolenter sese esserentes opinantur significari, qui יעשנו *fumo abeant*, i. e. igne sint consumendi. Sed pertinent haec ad scenae, a vate instructae, ornatum, neque in talibus ad vivum resecanda sunt omnia ac singula.

6. Cf. Pf. XVIII, 15.

7. Pro הריהו codices plures a Kennicotto et de Rossi commemorati in singulari legunt הרה, quod ipsum et versiones veteres omnes exprimunt. Et Pf. CXXXVIII, 7. legitur הרהו; cf. LXXX, 18. CXIX, 173. Starkius et Koehlerus literam ה insertam putant tanquam matrem lectionis. וְהַצִּילֵנוּ מִמֵּי רַבִּים Chaldaeus sic exposuit: וְשִׁוּיב נְהִי מֵאוֹכְלוֹסֵינוּ דְּמַחֲלֵינוּ לְמִינֵי סַבְיָעִין *eripere a populis, qui similes sunt aquis multis*. Et Kimchius מֵיִם רַבִּים interpretatur אוֹיְבִים, *hostes*, eosdemque intelligendos monet quos vates statim בְּנֵי בְּנֵי vocat. Quem sensum et Amyraldus paraphrasi expressit: *serva me ex eluvione et inundatione hominum istorum, qui more ingentium aquarum ex multitudine sua intumuerunt*; cf. Jes. XVII, 12. Pf. XVIII, 17. CXXIV, 3-5. Alii in universum pericula aquis profundis et rapidis similia significari existimant; coll. Pf. XXXII, 6: LXIX, 2. 3. 3. 16. בְּנֵי בְּנֵי Syrus ⁷אֲסָפִים, *improbos*, et Arabs نَكْوَرٌ, *invisos, iniquos reddiderunt*. Sed retinenda Alexandrini

et Vulgati interpretatio *ὄμιον ἀλλοτριῶν, filiorum alienorum*, i. e. alienigenarum, exterorum, qui eodem nomine Pf. XVIII, 45. 46. Nebem. IX, 2. nuncupantur; *barbaris* vero, s. iis, qui peregrinae sunt nationis, linguae, et religionis, omnes in genere hostes significantur, vid. not. ad Pf. LIV, 5. *AMYRALDUS*: qui ideo, quod nihil cum republica Israelitica commune habent, implacabile in nos odium fovent et alunt.

8. Verba *אֲשֶׁר פִּיהֶם דְּבַר-שָׁוְא*, quorum os locutum est, s. loquitur *vanum*, plerique interpretantur de vana virium ostentatione, de minis inanibus et vanis, et quorum nihil sit eventurum, ut hic sit sensus: animadvertite in barbaras istas atque immanitate esferatas gentes, quae post tantas acceptas clades verba grandia et superba proferre audent, quae tamen, quum ventum erit ad rem, vana et inania reperientur. Sed quum *דְּבַר-שָׁוְא* aliis locis de *sermonibus mendacibus fallacibusque* usurpetur, vid. Pf. XII, 3. XLI, 7. Proverb. XXX, 8., nos h. l. illis, quorum os vana loquitur, gentes *p̄r̄fidas* ac *foedifragas* notari exillimamus, quod praeterea suadet alterum hemistichium: *וַיְמִינָם יְמִין שָׁקֵר*, *dextra eorum dextra mendacii*. „*Aben-Esra*, et *Kimchi* aliique interpretes *dextra* hic de *robore* et *potentiā*, ut alibi saepe, explicant. At rectius R. *Salomo* ad iusjurandum *dextram* hic refert: *בַּשָּׁוְא יְמִינָם*, *falso jurant*, *בַּשָּׁוְא יְמִינָם* *extendentes ad jurandum dextram*. Confirmat hoc Arabismus, ubi *יְמִין*, *دَيْمِينَ*, *dextra* est, et *iusjurandum* [Cf. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 1091. 1092.]: R. *Adonim* etiam, a *Kimchio* laudatus, *פִּירֵשׁ אֶחָד לְשׁוֹן* *פִּירֵשׁ אֶחָד לְשׁוֹן שְׁבוּעָה מִן הָעֲרָבִי* explicavit sensu *juris jurandi* ex Arabismo. Ita et *Ben Bileam* apud *Aben-Esram* אמר כי *יְמִינָם לְשׁוֹן קָרָר שְׁבוּעָה*, ait, *dextram eorum ex lingua Kedarena tantum esse, atque iusjurandum eorum*.“ A. SCHULTENS *Animadversf. philolog.* ad. h. l.

9. *שִׁיר הַדָּשׁ* *Canticum novum* ob nova a te accepta beneficia; vel: exquisitum, vid. Pf. XXXIII, 3. XL, 4. XCVI, 1.

10. Canam Dea illi, qui me, Davidem, cultorem suum, ab exitio, quod ab hostibus imminuit, liberavit. Enallage personae eademque constructio, quae Jes. XXVIII, 16. LIV, 1. Ezech. XXI, 30. Cf. STORRII *Observatt.* p. 388. מַחֲרֵב רָעָה Chaldaeus interpretatus est: מַחֲרָבָא a *gladio malo Goliathi*. Sed non est dubium, intelligenda esse omnia in universum pericula a gladiis adversariorum.

12. Sunt, qui hoc Versu, et duobus, qui proxime sequuntur, barbarorum illorum, Vs. 7. 8. commemoratorum sermones jactabundos existiment relatos, quibus res suas florentissimas praedicent. Quod si sumas; post אַשֶׁר erit אֲמַרִים f. אֲמַר לְאֲמַר subaudiendum. Ita Alexandrinus: ὡς οἱ υἱοὶ ὧν θεόφωνα κ. τ. λ. Alii אַשֶׁר vertunt eo quod, quia, ut Genes. XXXI, 49. Levit. XX, 9. Cohel. IV, 9., sive *quandoquidem*, ut Jos. XXII, 31. Nehem. II, 3., atque haec de hactenus actō tempore interpretantur, ut petat, ne interrumpatur ab illatione calamitatis novae ab hostibus pristina et hactenus communicata felicitas, q. d. nam res nostrae alioquin belle se habent, ac restat tantum, ut nos asseras e manibus istorum extraneorum. Nos verò sensum magis idoneum nasci putamus, si אַשֶׁר pro אֲשֶׁר אֲשֶׁר לְמַעַן אֲשֶׁר, ut, quo, capiatur (ut Deut. IV, 40. אַשֶׁר אֲשֶׁר יִלְבְּנֶיךָ יִיטֵב לְךָ, ut *bene sit tibi et filiis tuis*, porro Gen. XI, 7. Num. XXIII, 13. et locis pluribus a NOLDIO in *Concordant. Particular.* p. 102. ed. Tymp. recensitis), ut petat rex, velit se Deus e periculis praesentibus eripere, et adversus molitiones hostium custodire, ut parta per ipsum pacē res Israeliticae crescant et floreat. Vertendum igitur, ut sint *filiis nostri sicut plantae* scil. adolescentes, vividae. Chaldaeus pro בְּנֵי־עַמִּים posuit דְּרִקְלִין בְּנֵי־עַמִּים, sicut *plantae dactylorum*. Cf. Pf. CXXVIII, 3. Simili imagine VIRGILIUS usus *Aeneid.* IX, 674. *Abietibus juvenes patriis et montibus aequos.* מְגַדְלִים dubium est, ad בְּנֵי־עַמִּים referendum sit, an vero ad בְּנֵי־עַמִּים, nam verbum גָּדַל dicitur non tantum de liberis, ut Jes. I, 2. Hof. IX, 12., ver-

rum de plantis quoque, vid. Jef. XLIV, 14. Jon. IV, 10. Ad *plantas* retulit Alexandrinus, qui ὡς νεόφυτα ἰδρυμένα vertit, vel, ut in aliis codicibus legitur: ὡς νεόφυτα ἠδρυμένα. Videtur tamen praefendum alterom ob proximum nomen aetatis, בְּנֵעוּרֵיהֶם quod hominum est, non plantarum. Chaldaeus: מְאֻלְפָּן מִן מְלִיחָהוֹן רַבִּין מִן מְלִיחָהוֹן in doctrina legis inde a pueritia sua educati. — וְרִיחָן

plerique *angulares columnas* ex Arabico, زُرْوِيَّةٌ, et Syriaco ܐܢܘܠܝܐ, *angulus*, interpretantur (cf. J. D. MICHAELIS *Supplem.* p. 595. seqq.), Aquilam et Hieronymum sequenti, quorum ille ὡς ἐπιγώνια, hio *quasi anguli*, vertit. Hoc certum, nomen וְרִיחָן Zach. IX, 15. de *angulis altaris* dici. *Columnarum* similitudinem vero spectare existimant ad proceritatem rectam, sicut poeta Pf. CXXXVII, 4. sagittarum rectae proceritati comparat filios, et Cant. III, 6. puella procera assimilatur חִימְרוֹה עֶשֶׂן, *elationibus fumi*, s. fumo columnae instar in altum ascendenti. Ego tamen hoc loco propter additum מְחֻשְׁבוֹת, i. e. *artificiose dolatae*, similitudinem rectius puto ad formam et speciem, egregiamque membrorum commensum referri, hoc sensu: crescant filiae nostrae pulchre et speciose, ut similes sint columnis angulorum, quae exquisito opere elaboratae in aedificiis magnificis collocari solent. Alexandrinus κεκαλλωπισμέναι vertit, exque eo Vulgatus *ornatae*, Syrusque ܐܢܘܠܝܐ ܕܥܘܠܝܐ, ut *sponsae ornatae*. A quibus non multum Chaldaeus discrepat, qui וְרִיחָהוֹן, *splendidae*, reddidit. Qui omnes vocis Hebraeae explicationem petierant ex Chaldaico וְרִי, *splendor, fulgor*, et Arabico زُرْوِي, *ornabit*, unde زُرْوِي *habitus, forma*.

13. מְרִינֵי *Anguli nostri*, i. e. anguli aedium nostrarum, s. horrea, promtuaria nostra, ut veteres omnes reddiderunt; cf. MICHAELIS *Supplem.* p. 597. מְלֵאִים *Pleni* sunt, omni scil. genere bonorum, ut Deut. VI, 11. Neh. IX, 25. מְלֵאִים מְלֵאִים — מְלֵאִים מְלֵאִים — *Exire facien-*

cientes (de verbo פָּרַק cf. not. ad Pf. CXL, 9.), i. e. proferentes, effundentes, suppeditantes omnis generis opes. Non uale Alexandrinus ἐξερρυγόμενα (scil. τάρμεια), Vulgatus *eructantia*, Hieronymus *supereffundentia*. מִן אֶל-וַיַּיֵּץ. *A specie ad speciem*, i. e. unum genus edulium post alterum, summa varietate et copia. Similem constructionem, quae abundantiam et continuitatem infert, vid. Pf. LXXXIV, 8. XCVI, 2. Jerem. IX, 2. Cf. GLASSII *Philolog.* S. p. 448. ed. Dath. וַיַּיֵּץ *speciem* notare videtur, ut Aramaeum וַיַּיֵּץ et וַיֵּץ. Sic Genes. I, 24. pro Hebraeo לֶמְנוּחַי Onkelos מְנוּחַי posuit. Alii ad וַיַּיֵּץ, *alere; cibare* referunt, ut וַיַּיֵּץ idem significet quod מַזֶּן, *alimentum*, Genes. XLV, 23. 2 Paral. XI, 23. Sed tum cum Camez, וַיַּיֵּץ, scribendum fuisset. Veteres interpretes וַיַּיֵּץ putabant idem esse, quod הֵן, *hic*, fere ut Chaldaei ex הֵן Hebraeorum, Zain in Daleth mutato, et Jod adjecto, וַיַּיֵּץ faciunt. Hinc Alexandrinus: ἐξερρυγόμενα ἐκ τούτου εἰς τούτο. Vulgatus: *eructantia ex hoc in illud*; Hieronymus: *effundentia hoc in illud*; Syrus: מִן אֶל-וַיַּיֵּץ, *effusa unum in alterum*; hi omnes ita dictum intelligentes, ut unius promptuarii opes in alterum sint transferendae propter abundantiam. At Chaldaeus: מִן שְׁמַיָּא אֶתְּשַׁבֵּץ *quae* (promptuaria) *suppeditant* necessaria *ex anno in antiquum*; proprie *ex hoc* scil. anno *in illum*. „Graves sane auctores,” inquit J. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 635., „sed displicet pronomen non nisi sensu obuium, hybridum, forma Chaldaicum, litora ἰ Hebraicum.” מִן אֶתְּשַׁבֵּץ *Oves nostrae* s. greges ovilli (cf. not. ad Pf. VIII, 8.) sint *millescantes*, i. e. recte explicante Jarchio, *per chiliades foetificantes*. Chaldaeus: מִן אֶתְּשַׁבֵּץ מִן אֶתְּשַׁבֵּץ *parientes millia*. Alexandrinus πολυτόκα, Vulgatus *uberes foetu*, *multiparae*; mille enim synecdochice pro multis, ut Pf. L, 10. XCI, 7. מִן אֶתְּשַׁבֵּץ. Imo *in myriades auctae*, vel *multiplicatae*. Cf. nomen Pf. III, 7. XCI, 7. Chaldaeus: מִן אֶתְּשַׁבֵּץ מִן אֶתְּשַׁבֵּץ *multiplicantes myriadas*. Alexandrinus:

πληθύνοντα. נתיצתה In vicis s. plateis nostris, ut, cum egrediuntur, vel ingrediuntur, plateae illis refertae sint. Cf. Deut. XXVIII, 4. XXX, 9.

14. In vocis נִיבָרִים explicacione discrepant interpretes. Quum נִבָר *portare, bajulare*, onus significet (ut Genes. XLIX, 15. Jes. LIII, 4. 11.), non pauci *onustos* scil. carne et pinguedine intellexerunt. Ita Alexandrinus, qui *παχείς*, Hieronymus, qui *pingues*, et Vulgatus, qui *crassos* vertit. Alii ad fortitudinem boum retulerunt, bajulare onera aptorum. Sic Chaldaens: מְרִיבֵי; propr. *domini oneris*, i. e. bajulationi apti; Kimchiusque in Lexico (sed et alteram explicacionem adferens): *fortes, et qui ferre possunt onera*. Eodem redire videtur Syri ~~כֹּחַ~~, *robusti, fortes*; nisi Alexandrini *παχείς* exprimere voluerit. Cui interpretationi J. D. MICHAELIS in *Supplem.* 1711: recte opposuit, bovem non esse bajulatorium animal. Neque tamen magis probandum nobis videtur, quod ipse adfert: *boves nostri crescunt, seu adole-
scunt*, ex Arabico *كَبُ*, *crevit, adolevit*. Nullius enim est V. T. locus, cui haec notio congruat, ut jure meritoque dubitandum sit, Hebraeis illam usitatam fuisse. Neque Chaldaico, Syriaco, aut Samaritano נִבָר ea significatio inest. Rectius BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XXX. p. 295. nostrum נִיבָרִים *onus uteri gestantes*, id est foetas, gravidas explicavit, quemadmodum Arabum *حَامِل*, *ferre, portare*, et *in utero gestare* significat, et praegnans mulier *حَامِلَة*, id est *onusta* dicitur. Romanis quoque gravidae boves *fordae* a *ferendo* dictae. מְרִיבֵי, ex eorum nominum, quae Grammatici *epicoena* dicant, numero (cf. STORRII *Observatt.* p. 89. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. XXI.), ut plura alia animalium nomina, haec ut ad foeminam referatur, locus postulat, ut Deut. VII, 13. שְׂבִיבֵי מְרִיבֵי est *foetus vaccarum tuarum*. Proxime antea nosser rogaverat, ut oves millecuplis foetibus auferentur,

nunc

nunc etiam armentis exoptat eandem foecunditatem. Non minus variant interpretes in iis, quae sequuntur, explicandis. Et primo quidem verba אין פָּרָךְ Kimchius sic interpretatur: *In nobis et in pecudibus nostris nulla sit orba; nam פָּרָךְ significat orbitatem.* Id vero probat ex eo, quod Uzae orbatio, seu clades פָּרָךְ vocatur 2 Sam. VI, 8. Eundem sensum forsan spectavit Syrus, qui אין פָּרָךְ , nec sit in eis sterilis. Bochartus l. c. interpretatur: *ne sit abortus* (in armentis nostris). Existimat *abortum* פָּרָךְ , quod nomen proprie *violentam eruptionem* significat (vid. 2 Sam. V, 20. Job. XXVIII, 4. Hof. IV, 2.), recte nominari, quod abortus sine violenta ex utero eruptione non fiat; additque de foetu ex utero erumpente verbum פָּרָךְ Genes. XXXVIII, 29. usurpari. Quo loco tamen, minime de abortu, sed de maturo ac vivido foetu, ex utero matris non sine singulari vigore erumpente sermo est. Quodsi vero ad abortum verba nostra referre velis, ea cum iis quae proxime sequuntur, אין פָּרָךְ , sic essent vertenda: *non sit ruptura uteri intempestiva, neque exiens, immaturus partus*, coll. ad hoc posterius Deut. XXVIII, 57. Nimium tamen hoc modo extrinsecus textui infertur. Jarchius, cui אין פָּרָךְ h. l. non sunt *boves*, sed *principes*, quomodo אין פָּרָךְ Genes. XXXVI, 15. 17. et saepius usurpatur, principes moneri putat, ut inferiores ferant, qui vicissim eis obsequantur, ne fiat פָּרָךְ , *divisio* in populo. Parum profecto apposite. Aliqui פָּרָךְ de caularum *ruptura* interpretantur, ita ut feris bestiis et furibus aditus pateat ad armenta. Ita Alexandrinus: *οὐκ ἔστι κατάπτωμα Φραγμοῦ*, et Vulgatus: *non est ruina maceriae.* Aben-Elra *rupturam* in muris urbium h. l. putat significari, de qua nomen פָּרָךְ 1 Reg. XI, 27. Alii in universum *rupturae* nomine *infortunium* intelligendum putant, quo felicitatis integritas laeceretur. Alii: non est *irruptio* vel *perruptio* hostium, *perruptio* scil. praesidiis vel ordinibus nostris, sed omnia apud nos pacata et Dege composita sunt, coll. 2 Sam. V,

20. פָּרַץ *Perrupit Jova hostes meos coram me* כַּפָּרַץ מֵים
sicut rupturam aquarum. Ita Amyraldus: neque sit no-
 bis sustinendus impetus, factus ab hostibus, neque eru-
 ptio in eos facienda; nam יִצְאָה de obsessorum eruptione
 in hostem facienda capit, quomodo verbum יָצָא Jud. IX,
 33. 38. 39. sumitur. Nos quidem cum Aben-Esr- פָּרַץ de
 percussis urbium moenibus censemus intelligendum, et
 verba יִצְאָה וְאֵין יָמִין ita interpretanda: *neque exiens* sit scil.
 נַפְשָׁא (saepius subaudiendum, ut 2 Sam. XIII, 39. Pf.
 XVI, 2.), *anima* ulla, i. e. ne sit ullus, qui aut fugam ca-
 pessere coactus, aut captivus ab hostibus abductus ex urbe
 migret; vel, יִצְאָה sensu neutro accepto; *nilhil exeat*,
 scil. direptum ab hostibus; cui sententiae optime congruunt
 verba postrema: וְאֵין צְוֹהָה בְּרִחְבֵּיהֶינָה *et nullus clamor* scil.
 luctuosus, צְוֹהָה בְּכִיחָה, *clamor ululatus*, ut Chaldaeus
 vertit, *in plateis nostris.* Deprecaturus igitur belli cala-
 mitates, petit, ne urbis ab hostibus expugnatae mala hor-
 rifica experiantur, cum rupto urbis muro, et portis effra-
 ctis hostes in urbem ingressi omnia caede rapinisque com-
 plent, ululatuque et clamore omnia miscentur. Bochartus
 verba יִצְאָה וְאֵין subaudito nomine פָּרַץ, sic exposuit:
nec sit vacca, quae emittat, s. ejiciat semen, aut foetum
 (coll. Job. XXI, 10. *Vacca ejus concipit, nec respuit se-
 men*), quasi יִצְאָה positum esset pro transitivo מוֹצִיאָה, quo-
 modo יִצְאָה et Amos. V, 3. aliqui interpretantur. Verum
 de ejectione seminis e vulva הוֹצִיאָה simpliciter dici vix puto.
 Alii post יִצְאָה subaudiunt רָעָה (coll. Jerem. XXV, 32. רָעָה
 יִצְאָה מִמִּי מֵל-מִוִי), ut sensus sit: nullum exoriatur ma-
 lum, infortunium. Exemplum omitti nominis רָעָה asserunt
 Job. IV, 5. coll. II, 11. Ezech. VII, 10. Et Chaldaeus אֵין
 מוֹצִיאָה reddidit וְאֵין מִפְּתָא בִישָׁא *neo exitus* s. prodiens
 sit *malum.*

15. O beatum populum, cujus res eo statu sunt!
 Quam felix est ea natio, cujus Jova Deus est! Ille enim
 solus omnia ista bona suppeditare potest.

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Celebrat gloriam et potentiam Dei, quae in omnibus operibus ejus elucet, sed imprimis benignitatem, quam exhibet generi humano universo, et eximiam eis, qui colunt eum, et ad eum confugiunt: hos sustentat, alit, exaudit, conservat. Singuli hujus carminis Versus literis primoribus elementorum Hebraicorum ordinem repraesentant, ut in Psalmis aliis pluribus factum est, vid. Argument. Pl. XXV. p. 681. In nostro Psalmo autem desideratur, is Versus, qui a litera *Nun* erat incipiendus post Vs. 13. Existisse quidem aliquis putare possit, et vere putavit CAPPELLUS, Versum istum in eo codice, e quo Alexandrinus Graecus interpres suam translationem concinnavit. Nam post Vs. 13. in Alexandrina versione haec leguntur: πιστὸς ὁ Κύριος ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὁσῖος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Quae ipsa et in Latinam Vulgatam, Syriacam, Arabicam, et Aethiopicam versionem translata sunt. Sed manifestum est, ista levi duarum tantummodo dictionum mutatione, et prima in subsidium ex Deut. VII, 9. arcessita, penitus ex Vs. 17. hujus ipsius Psalmi de-

unta

sumta esse, et hebraice ita sonarent: נִאֲמָן יְהוּדָה. בְּכַל-דְּבָרָיו וְחָסִיד בְּכַל-מַעֲשָׂיו. Obelo proinde Graecum illum Versum merito notavit Scholion Graecum codicis Vaticani, nec eum agnovit Hieronymus, nec Aquila, nec Theodotion, nec Chaldaeus, nec Masorethae, nec interpretes Hebraei. Neque probabile esse, vel casu hunc Versum excidisse, vel studio expunctum esse, recte observavit BUXTORFIUS **). „Casu fieri non potuit, quia error ob interruptam seriem Alphabeti nimis manifestus et facile deprehensus fuisset. Studio cur expunctus esset, quum nihil in eo sit, quod Judaeos offendere, vel ad eum eradendum permovere potuisset?“ Cf. Argument. Ps. XXV. p. 683.

3. וְלִגְדָּלְחוּ אֵין חֶקֶר. *Et magnitudini ejus nulla est scrutatio*, quanta sit ejus potentia, nemo investigando exquirere, nedum verbis eloqui potest. Aben-Efra: „secus, quam finita est potentia omnium regum aliorum.“

6. Praefixum וְ hujus Versus initio causali significatione est capiendum, sicut Ps. XLIX, 10. CXLIV, 3. al., cui respondet alterum וְ ante גִּלְיוֹנֵיהֶן, ideo vertendum. Hoc enim sine se canere res gestas Dei significat, ut propagetur ad posteritatem memoria illarum: *ut virtutem, vim incredibilem terribilium scil. factorum tuorum celebrent, ideo ego, eos incitandi causa, maxima facta tua enarrabo.*

7. Sic רַב-טוֹבָה רַב-מִיִּנְיָהוּ *multitudinem bonitatis tuae*, i. e. ingentem tuam bonitatem. Nomen רַב Kimchi recte observat

*) Quae ipsa verba leguntur in codice Hebraeo Academiae Dublinensis, seculo XV. exeunte scripto (numero 142. a Kennicotto signato) in una parte paginae.

**) *Anti-Crit.* p. 437.

servat esse h. l. non adjectivum sed substantivum, ut Jes. LXIII, 7. Ps. XXXI, 20. יִבְעֵר *Ebullient* (cf. not. ad Ps. XLV, 2. p. 1012.), quasi perpetuo fluxu orationis edisserent, sicut scaturigo, jugiter ebulliens, perpetuo novas effundit aquas. Cf. Ps. XIX, 3. LIX, 8.

8. אָרַךְ אַפַּיִם וְגִדּוֹל-חֶסֶד *Tardus ad irascendum, et promptae facilisque misericordiae*, cf. Ps. LXXXVI, 15. CIII, 8.

9. Verba וְרַחֲמֵי עַל-כָּל-מַעֲשָׂיו non sunt comparative intelligenda, quasi diceret, superare misericordiam omnia opera ejus, sed hoc sensu: misericordiam effundit super omnia ab ipso creata, erga universas res creatas exercet.

15. בְּעִתּוֹ Kimchius explicat *cuius in tempore suo*, i. e. *ἐν εὐκαιρίᾳ, in tempore opportuno*, ut Alexandrinus et Vulgatus verterunt, quod aliqui eo referunt, quod alia animantia de nocte sibi cibum parant, alia interdium. Cf. Ps. CIV, 20 — 23. Alii vero suffixum referunt ad אֲכָלֵם *cibum ipsorum*, iusto tempore paratum, et intelligunt, quod suo quaeque tempore fruges maturescant, et adolescant herbae, quibus aluntur.

16. Tu, tanquam benignissimus et liberalissimus moderator ac rector, non restricta manu, sed aperta largiter illis qui indigent tribuis, et satias omne animal eo cibo, quem quodque cupit, et illi jucundus est; id enim significat רָצוֹן, quod Kimchi bene sic explicavit: כָּל-אִחַד לְפִי רָצוֹנוֹ לְפִי רָצוֹנוֹ וְלִפִּי תַאֲרוֹחוֹ „Ut Vs. 19. רָצוֹן וְרָאִי sunt *desideria piorum*, sic in hisce verbis *desideria animalium*, sunt victus, quem optant, et quo delectantur.“ DATHIUS.

18. פְּרוֹפֵּה *Prope est*, id est, exaudit, voces ad se clamantis et invocantis accipit; nam apud nos ex longinquitate fieri solet, ut minus audiamus; qui ergo audit, is prope est. Cf. Jes. LV, 6. Ps. XXXIV, 19.

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Non in terrenorum regum ac principum, sed in Dei regis potentia spem esse collocandam; cujus et potentiam ac vires; fidem et clementiam, praesentem in afflictis rebus opem, et regnandi justitiam celebrat. Graecae Alexandrinae hujus Psalmi versioni, ceterisque, quae ex illa sunt factae, praescribitur nomen *Haggaei* et *Zachariae*, sicut et Psalmis duobus, qui proxime sequuntur. Certe quae Vs. 7. et 8. hujus carminis habentur, optime congruebant reversis ex Babylone, ut non absurde dicatur, vel ab illis hominibus Psalmum ad occasionem praesentis temporis decantatum, vel ad horum hominum personam apte compositum. Videntur autem omnio Psalmi hi quinque postremi initiis consecrati templi secundi usurpati fuisse. Habent pleraque haec carmina ἀπεδοχὰς frequentes ex Davidicis, quorum aliqua paene centones haberi possunt.

2. אָנֹכִי In *duratione mei*, i. e. dum ero, i. q. אָנֹכִי hemistichio priore. Ita Genes. XLVIII, 15. אָנֹכִי a *duratione mei* est a quo tempore exstiti. Cf. SCHROEDER *Syntax*.

Syntax. Reg. XCV, b. β. GLASSII *Philol.* S. p. 361. seq. edit. Dath.

4. Ante מַחַי subaudiendum מַחַי, ut Ps. XCI, 7., ubi not. cf. Quando exhalatur anima, quando migrat e corpore spiritus hominis, in pulverem et terram redigitur corpus ejus, unde extitit (Genes. III, 19. Cohel. XII, 7.), simulque tum pereunt consilia ipsius, et quae instituit universa. Quid igitur in his esse potest, quo fidat aut nitatur quicquam? עֲשֵׂהוּ hoc tantummodo loco obvium, ejusdem haud dubie significatus ac עֲשֵׂהוּ Job. XII, 5. *cogitationes* (nam עֲשֵׂהוּ Aramaeis et Hebraeis est *cogitavit*, vid. Dan. VI, 4. et Chaldaicam versionem Jerem. XVIII, 12.), i. e. consilia, molimina, et proposita.

5. מַחַי Beatitates scil. illius hominis sunt (cf. Ps. I, 1. XL, 5.), similis ellipsis qualis Ps. LXV, 5. שֵׂאל יְעֻזְרֵנוּ *Cujus in auxilio, vel cui in auxilio est Deus Jacobi*, cujus adjutor est ille Deus, quem Jacobus colebat, vel, ut Jarchi explicat: „qui Jacobo promisit: *ego adero tibi, et custodiam te*, Genes. XXVIII, 15.“ Ad constructionem cf. Exod. XVIII, 4. et not. ad Ps. LIV, 6.

8. מַחַי אֶפְרַיִם *Aperiens caecos*, i. e. oculos caecorum, caecis visum rediit. Aliqui *caecos* h. 1. intelligunt in carceris tenebris et squalore detentos, ut Jes. LIX, 9. 10. Et מַחַי, *incurvatos*, i. e. malis afflictos et dejectos, alii vinctos in carcere dictos existimant, qui compedibus curvati, stare non possunt, hos igitur compedibus solutis, erigit.

9. Jova tutela sua protegit מַחַי אֶפְרַיִם *peregrinos*, qui solent injuriis et insultibus peti, cf. not. ad Ps. XXXIX, 13. וְאֶלְמָנָה יְעֻזְרֵנוּ *Orphanum et viduam statuminat*, (cf. Ps. XX, 9., eorum conditionem alioqui labantem stabilit, ne contemptu superbiorum, et violentorum injuriis corruant. וְרַדְדָה רַשְׁעִים יְעֻזָּה *At viam improborum distorquet* s. invertit, vel *errantem facit* cf. not. ad Ps. XXXI, 11.), i. e. efficit, ut eorum cogitata et consilia aut nullum exitum habeant, aut longe diversum, quam



00106030

Digitized with financial assistance from
Shri Brihad Bhartiya Samaj
on 20 February, 2020

